

Prosopographia
Imperii
Romani

Saec. I. II. III

Ed. altera

1

ND
7230

G873

-1

FRIEDE UNIVERSITÄT
Bonn
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK


SIENGE UNIVERSITAT
BERLIN
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK

ND 7230

4° 7K 308² - 1

LS ~~IV 695 - 1~~

UNIVERSITY OF TORONTO



PROSOPOGRAPHIA
IMPERII ROMANI

SAEC. I. II. III

EDITA

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM BORVSSICAE

EDITIO ALTERA

BEROLINI ET LIPSIAE
APVD WALTER DE GRVYTER & CO.
MCMXXXIII

PROSOPOGRAPHIA IMPERII ROMANI

SAEC. I. II. III

PARS I

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM BORVSSICAE

ITERATIS CVRIS EDIDERVNT

EDMVNDVS GROAG

ET

ARTVRVS STEIN

BEROLINI ET LIPSIAE

APVD WALTER DE GRVYTER & CO.

MCMXXXIII



SAEC. I. VIII

PARIS I

CONSILIO ET AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM BORVNSICAE

ACADEMIAE LITTERARVM BORVNSICAE

LIBRARIIS QVIBVS EDIDIT

EDMUNDVS GROG

ET

ARTHVRVS STEIN

BEROLINI ET LISIAE

Archiv-Nr. 33 12 32

1960. 1598 25

Guth

ACADEMIAE SCIENTIARUM REGIAE BORUSSICAE
PRAEMONITVM

Per multorum annorum multorumque virorum labores Academia scientiarum eo pervenit, ut Graecorum Romanorumque hereditas, quatenus ea per aera et marmora scripta ad nos perlata est, prostet collecta et regionatim ordinata. Sane non plene executi sumus adhuc quod nobis proposueramus infortunio eo quod magnorum inceptorum comes est adsiduus; praeterea hereditas illa iam non casibus tantum, sed data opera exploratorum omnigenarum quotidie locupletata ita continuo crescit, ut quae hodie absoluta videbantur, cras inveniantur manca et imperfecta. Nihilominus id iam nobis videmur adsecuti esse, ut post messem in horreis conditam manus admoveri possint ad messorum operas secutorias. Nam ingens illa monumentorum scriptorum farrago quae continet in se eximia et per se digna quae expendantur sufficit publice proposita haberi emendate recensita. Sed longe plurimi qui extant tituli cum versentur in rebus aut privatis aut inferioris ordinis publicis, singillatim quidem examinati utilitate carent, at coniuncti inter se et compositi cum reliquis vetustis copiis multa et aperuerunt et aperient aliunde nullo modo petenda et ad priscorum temporum memoriam redintegrandam utilia. Tanta tamen est scriptorum monumentorum copia tantaque argumentorum diversitas, ut in messe collecta subsisti non possit, sed spicae oporteat terantur, grana diversa discernantur, executantur, condantur. Eï desiderio quamquam aliquatenus provisum est indicibus, quos singulis corporum nostrorum partibus addi iussimus, ne sic quidem eo perventum est, quo perveniri et potest et debet. Hoc efficiendum est, ut componantur exempli gratia onomatologica et Graecae linguae et Latinae et nationum reliquarum; item insigniorum virorum laterculi ex plebeiorum turba exempti; item ad sacra diversa quae pertinent; item cum rei publicae Atheniensium imperiique Romani monumenta per se satis emineant, rerum publicarum minorum conditionem et ordinationem municipalem quae illustrant; item de re militari maxime imperii Romani quae extant; alia multa spectantia ad mores hominum et sermonis per orbem Romanum diversitatem. Haec omnia ita concinnanda erunt, ut non titulorum solum ratio habeatur, sed ut quae auctores papyri nummi similia subministrant, simul digerantur; ita enim tandem aliquando pro litteraria epigraphica numismatica eruditione particulari ob eamque causam necessario imperfecta substituetur doctrina pendens non a copiarum specie, sed ab ipsa rerum cognitione.

Ad finem eum pervenietur cura virorum doctorum qui sunt eruntque, non Academiae nostrae. Sed adiuvari posse studia haec iudicavimus specimine eius generis aliquo proposito, et selegimus quae iam prodit notitiam hominum notabilium qui vixerunt ab imperatore Augusto ad imperatorem Diocletianum per prima tria aerae nostrae saecula. Prosopographia haec quam appellavimus vocabulo non optimo, sed recepto ut pendet ex parte magna ab inscriptionum corporibus nostris, ita imprimis diversarum terrarum monumenta in illis secundum linguas regionesque dispersa exhibet composita; deinde cum titulis coniuncta sunt quae similis argumenti tam auctores quam nummi papyrique praeberunt. Excluisimus tempora liberae rei publicae Romanae propterea quod ad ea quae pertineant tituli exhibent pauca eaque satis cognita et illustria. Excluisimus item homines qui fuerunt inde ab aetate Constantiniana, non solum propterea quod ad eorum quoque notitiam tituli non multa suppeditant, sed etiam propter nominum rationem ita diversam, ut vix recte eadem cum antiquioribus forma comprehendantur. Recensum eum per litteras ordinari iussimus. Ei adiungentur laterculi consulum eius temporis et reliquorum magistratuum maiorum ex recensu illo ita effecti, ut per singula capita plerumque sufficiat remississe ad recensum. Quae temptata sunt similia laterculis compositis modo ad scriptorem aliquem, modo de magistratu aliquo, viam monstraverunt, qua procederetur, sed simul docuerunt rem absolvi non posse nisi terminis operis latius prolatis.

Erunt fortasse qui ad incepta similia sese accingant sive suis viribus freti sive nostra opera adiuti; quod ubi eveniet, laetabimur. Interim elaboratis hisce speramus fore ut bonae litterae adiuventur.

THEODORUS MOMMSEN.

EX PRAEFATIONE PRIORIS EDITORIS

. . . Academia Regia Borussica decrevit ut totius aetatis principatus inde ab Augusto usque ad Diocletianum Prosopographia conderetur, eo consilio ut quaecunque de hominibus illius aetatis notabilibus vel per scriptores vel per titulos nummosque memoriae tradita sunt colligerentur et componerentur. Cuius operis curam Academia munere tripartito Elimaro Klebs, Hermanno Dessau, Paulo von Rohden mandavit. Atque volumen primum Klebs, alterum Dessau confecit; tertium ne simul cum his quae nunc in publicum prodeunt ederetur, gravis Pauli von Rohden valetudo obstitit. Vnde tertii voluminis ad finem perducendi curam Dessau in se suscepit. Quo confecto quartum addere in animo est, quod fastos consulares et laterculos eorum qui honoribus et muneribus publicis functi sunt continebit.

Ex legibus autem quibus ut editores in opere tractando tenerentur Academia decrevit, haec fere ad syllogem recte adhibendam digna videntur quae paucis hoc loco repetantur:

Terminos operis Academia constituit annum pugnae Actiacae et initium imperii Diocletiani. Sed etiam eorum quorum aetas utrum paullo superior an inferior fuerit non certe diiudicare licet nonnunquam ratio habita est.

Romanorum recepti sunt homines ordinis senatorii quicumque innotuerunt, ordinis equestris ii qui imperatorum negotia gesserunt, item eorum cognati familiaresque. Neque minus Romanorum quorum praeterea apud scriptores mentio fit plerique memorati sunt, inprimis ii quorum nomina apud rerum scriptores inveniuntur. Sed hominum plebeiorem infinita illa turba qua scripta ecclesiastica et auctorum iuris referta sunt procul semota est. Haec de Romanis. Graecorum autem et barbarorum hominum selecti tantum recepti sunt et ii quidem qui cum Romanis vel rebus vel hominibus quodam modo coniuncti fuerunt.

Quae ex scriptoribus titulis nummis de iis quorum nomina recepta sunt adhuc innotuerunt, ea plene, quantum in materia maxime dispersa fieri potuit, allata sunt. Sed et in imperatoribus Romanis omissis rebus quas imperium adepti gesserunt ea quae ad vitam privatorum spectant memorata sunt et de regibus barbarorum quae scitu maxime digna erant afferre satis visum est. Denique de scriptis eorum qui litterarum laude floruerunt pluribus agere non fuit consilium, quoniam qui litterarum historias condiderunt satis copiose de iis disputaverunt.

Romanorum hominum nomina per litterarum ordinem ex gentilicis, quatenus innotuerunt, vel probabiliter restitui potuerunt, sunt disposita. De Graecis autem et barbaris iis qui civitate Romana ornati tria nomina gesserunt plerumque sub cognominibus actum est. Homines polyonymi vel sub primo nomine vel sub eo quod fuit principale ac re vera paternum tractati sunt. Quicumque pluribus nominibus more Romano formatis usi sunt, eorum nomina nuda sub uno quoque nomine repetita sunt. Veluti de C. Antio Iulio Quadrato sub Iulio disputatum est, nomina repetita sunt sub Antio et sub Quadrato

Ser. Berolini mense

Decembri a. 1896.

E. KLEBS.

PRAEFATIO EDITIONIS ALTERIUS

Deliberantibus nobis, utrum praestaret primae editioni tantummodo 'Addenda et Corrigenda' subiungere an quasi novum opus componere, hoc magis placuit annuente Academia, quae hanc nobis curam detulit. Nam intra hosce plus triginta annos, ex quo primum Prosopographia Imperii Romani in lucem prodiit, tanta moles novarum inscriptionum papyrorumque accessit, ut et numerus eorum, qui in hoc opere commemorandi sunt, non mediocriter accreverit et ad descriptionem eorum, qui in primam editionem recepti sunt, haud exigua materia sit adiecta. Iam cum nova editio, quae haec omnia respiciat, paucis annis absolvi nequeat, adducti sumus, ut interim primam partem publici iuris faceremus, quam, ne iusti voluminis terminos transgredieremur, solas litteras A et B amplecti voluimus.

In conficiendo autem labore munera in universum ita distribuimus, ut Edmundus Groag de personis ordinis senatorii ageret, ego reliquas omnes tractarem, Lotharius Wickert de quibusdam hominibus litteratis quae tradita sunt illustraret; qui tamen aliis laboribus detentus huius operis socius fuit tantum inde ab *Aelio Aeliano* usque ad *Aquilam Romanum*. Sed quoniam nonnullorum virorum, qui in Groagii provinciam cadunt, ego curam suscepi neque in hominibus Wickertio tribuendis certus atque constans modus adhibitus est, singulis articulis nomen auctoris subieciimus hisce usi siglis:

Gr. = Groag

St. = Stein

W. = Wickert.

Per totum autem opus curavi et prospexi, ut tam veteres quam recentiores scriptores eisdem constanter compendiis afferrentur nec non editiones inscriptionum, nummorum, papyrorum eodem ubique modo designarentur.

De consilio et ratione operis nostri pauca monenda sunt, quia nobis eadem ferme quae priores editores proposuimus. Praecipue id egimus, ut singulos articulos quoad liceret in brevius contraheremus, contra non paucos homines inprimis claros in litteris — eosque etiam graecos — dignos iudicavimus, qui ad hoc onomasticon admitterentur, dummodo ad imperium Romanum aliquatenus pertinerent. Addidi *viros egregios*, etsi posteriore aetate etiam homines inferioris loci eius gradus honore ornantur, atque *perfectissimorum virorum* illos quoque, quos munere equestri functos esse non est traditum.

Cum in ultima huius prosopographiae parte et fastos consulum aliorumque magistratum et catalogos procuratorum praefectorumve exhibere in animo habeamus, in quibus liberti Augustorum non omnino desunt, etiam horum libertinae condicionis hominum nomina recipere non alienum ab hoc libro existimavimus. In imperatoribus Romanis quamquam omissae sunt eae res, quas imperium adepti gesserunt, tamen dignitates, appellationes honorificas, similia, licet nude, apponi utile duximus. Sed titulos eorum quotquot innotuerunt enumerare nolimus, ne taedium moveamus tanta copia prolata neve modum huic libro concessum nimis excedamus.

Nomina secundum litterarum ordinem ex gentiliciis certo traditis disposita sunt. Ceterum etsi in universum pugnam Actiacam et initium imperii Diocletiani terminos constituimus ita, ut omnes quoscumque non constaret post illam pugnam vixisse aut ante Diocletianum honorum cursum inisse, ab hoc opere excluderemus, tamen nonnullos homines, qui hos fines transgrediuntur, admisimus. Ubicumque autem res dubiae erant, magnam cautionem adhibuimus. Nam utique certiora quam plura recipere maluimus, id quod ideo monendum existimavi, ne quis ea quae consulto omisimus nos latuisse putet. Suppeditabat sic quoque ingens hominum multitudo. Neque quisquam harum rerum peritus profecto mirabitur, si hic illic pisciculus aliquis per maculas retium nostrorum quamvis minutas evasit ¹⁾.

De scribendi ratione nonnulla ut exponam, nomina senatorum eorumque liberorum et coniugum litteris quadratis imprimenda curavimus, typis crassioribus sed minusculis qui dicuntur equitum Romanorum quicumque ad procuraciones praefecturas aliave officia superiora pervenerunt. Numeri latini soli indicant volumina Corporis Inscriptionum Latinarum. Sigla in afferendis libris, ephemeridibus, editionibus scriptorum, inscriptionum, nummorum, papyrorum a nobis usurpata infra composuimus. Atque iam in hoc volumine, non in fine totius demum operis additamenta et corrigenda quaedam, quae ad hoc volumen spectant, promere visum est. Cetera quo quidque consilio instituerimus singillatim referre longum est.

Iam nihil superest nisi ut grate pieque meminerimus viri illius incomparabilis, qui prioris editionis Prosopographiae Imp. Rom. curam praecipuam egit, Hermanni Dessau, quem fato concessisse vehementer lugemus. Qui postquam Academiae auctor fuit, ut nos hanc novam editionem aggredieremur, nostrum laborem indefesso studio sustentavit. Ex schedulis autem eius nobis permissis complura didicimus, quae facile praeterissemus. Quid, quod nisi vir ille eximius totius operis fundamenta iecisset, praefinivisset lineamenta, tantam molem suscipere vix ausi essemus. — Neque silentio praetermittendi

¹⁾ Hoc loco omnes viros doctos, quicumque inscriptiones papyrosve novas, quae ad nostram prosopographiam pertinent, edunt vel edituri sunt, ut nobiscum quam primum eas communicare velint petere licet, quoniam editiones huius generis interdum serius quam par est in manus nostras veniunt.

sunt Arturus Biedl, iuvenis doctissimus, qui assiduo labore typhothetarum plagulas ad unam omnes mecum perlegit et qua est diligentia et doctrina menda plus quam unum alterumve correxit, et Guilelmus Hüttl, qui non minus strenue eodem officio functus est. Porro Aemilio Reisch, rectori Instituti Archaeologici Austriaci, qui eadem liberalitate, qua quondam Otto Benndorf, usum nobis permisit schedarum in Instituto Archaeologico conservatarum, quibus illae inscriptiones continentur, quae in Titulis Asiae Minoris eduntur, gratias agere nobile nobis videtur esse officium.

Scr. Pragmae mense Iunio a. 1932.

A. STEIN.

CONSPECTUS SIGLORUM

- Ann. ép. = Année épigraphique.
Ann. serv. Ég. = Annales du service des antiquités de l'Égypte.
Annuario di Atene = Annuario della R. Scuola archeologica di Atene.
Babelon Coll. Wadd. = Babelon, Inventaire de la collection Waddington (= Rev. numism. 1897. 1898).
BGU = Ägyptische Urkunden aus den königlichen (staatlichen) Museen zu Berlin. Griechische Urkunden.
BphW = Berliner philologische Wochenschrift.
Br. Mus. = Catalogue of the Greek Coins in the British Museum.
Buecheler CLE = Carmina Latina Epigraphica.
Bull. ant. Fr. = Bulletin de la société nationale des antiquaires de France.
Bull. com. = Bullettino della Commissione archeologica comunale di Roma.
Bull. soc. Alex. = Bulletin de la société archéologique d'Alexandrie.
Bull. tr. hist. = Bulletin archéologique du Comité des travaux historiques et scientifiques.
Compt. rend. = Comptes rendus de l'académie des inscriptions et des belles lettres.
CPHerm = Corpus Papyrorum Hermopolitanorum (= Studien zur Palaeographie und Papyruskunde V.).
CPR = Wessely, Corpus Papyrorum Raineri. 1895.
D. = Dessau, Inscriptiones Latinae selectae.
Dict. ant. = Daremberg et Saglio, Dictionnaire des antiquités grecques et romaines.
Diehl ILChr = Inscriptiones Latinae Christianae.
Ditt. Or. Gr. = Dittenberger, Orientis Graeci inscriptiones selectae.
Ditt. Syll.³ = Dittenberger, Sylloge inscriptionum Graecarum. Editio tertia.
Ἐπιτύμβιον = 'E., Heinrich Swoboda dargebracht. 1927.
Espérandieu ILG = Inscriptions Latines de Gaule. 1929.
FGrHist = Die Fragmente der griechischen Historiker von F. Jacoby.
FHG = Fragmenta Historicorum Graecorum ed. C. Müller.
Forsch. Ephes. = Forschungen in Ephesos, veröffentlicht vom Österreichischen Archäologischen Institut.
FPL = Fragmenta Poetarum Latinorum ed. Morel.
GL = Grammatici Latini rec. Keil.
Grueber Coins = Coins of the Roman republic in the British Museum.
Head HN² = Historia Numorum. 2. ed.
Hirschfeld K. V.² = Die kaiserlichen Verwaltungsbeamten bis auf Diocletian. 2. Auflage.
IGR = Inscriptiones Graecae ad res Romanas pertinentes.
Inscr. Br. Mus. = The Collection of Ancient Greek Inscriptions in the British Museum.
Jahresb. = Bursian, Jahresbericht über die Fortschritte der klassischen Altertumswissenschaft.
Jahresh. = Jahreshefte des Österreichischen Archäologischen Instituts.
Korr.-Bl. = Korrespondenzblatt der Westdeutschen Zeitschrift (Röm.-germ. Korrespondenzblatt).

- Magie = D. Magie, *De Romanorum . . . vocabulis sollemnibus cet.*, 1904.
 Mattingly Br. Mus. = Coins of the Roman Empire in the British Museum.
 Mattingly-Sydenham = The Roman imperial coinage.
 Migne Gr. = Migne, *Patrologia*, series Graeca.
 Migne Lat. = Migne, *Patrologia*, series Latina.
 Nachr. Gött. = Nachrichten von der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen.
 Not. d. sc. = Notizie degli scavi di antichità.
 Notiz. archeol. = Notiziario archeologico.
 P. Arch. = Archiv für Papyrusforschung.
 P. Bour. = Les Papyrus Bouriant. 1926.
 P. Chic. = Goodspeed, *Studies in Class. Phil.* 3 (1900): Papyri from Karanis.
 P. Cornell = Greek Papyri in the library of Cornell University. 1926.
 P. Fay. = Grenfell, Hunt, Hogarth, *Fayûm towns and their papyri*.
 P. Flor. = Papiri Fiorentini.
 P. Göt. = H. Frisk, *Papyrus grecs de la bibliothèque municipale de Gothenbourg*. 1929.
 P. Grenf. I = Grenfell, *An Alexandrian erotic fragment etc.*, 1896.
 P. Grenf. II = Grenfell and Hunt, *New classical fragments etc.*, 1897.
 PIR¹ = huius operis editio prior.
 PIR² = huius operis editio nostra.
 P. Lond. = Greek papyri in the Brit. Museum.
 P. Oxy. = The Oxyrhynchus Papyri.
 P. Rein. = Th. Reinach, *Papyrus grecs et démotiques*, 1905.
 Preisigke BL = Berichtigungsliste.
 „ SB = Sammelbuch.
 Princeton Univ. Syria 3 A = Publications of the Princeton University. Archaeological Expedition to Syria in 1904—1905 and 1909. Part III Section A.
 RgdA = Res gestae divi Augusti.
 PSI = Papiri greci e latini, pubblicazioni della società Italiana.
 P. Straßb. = Griechische Papyrus zu Straßburg.
 P. Teb. = The Tebtunis Papyri.
 RE = Pauly-Wissowa-Kroll, *Real-Encyclopädie der classischen Altertumswissenschaft*.
 SEG = Supplementum Epigraphicum Graecum.
 TAM = Tituli Asiae Minoris.
 Vollmer IBR = Inscriptiones Baiuariae Romanae.
 Wadd. = Le Bas-Waddington, *Voyage archéologique en Grèce et en Asie-Mineure*. Inscriptions.
 Wadd. Rec. d. monn. gr. As. = Waddington-Babelon-Reinach, *Recueil général des monnaies Grecques d'Asie Mineure*.
 Weber Hadrian = Untersuchungen zur Geschichte des Kaisers Hadrianus. 1907.
 Wessely Text. Gr. = Textus Graeci. (*Studien zur Palaeographie und Papyruskunde*, XX. XXII.)
 ZDMG = Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft.

ADDENDA ET CORRIGENDA

A

- **Rutillius Achilles.**
 — Aegippius, *signum* L. Mussi Aemiliani.
- 137 AELIVS ANTIPATER. *Filius eius videtur cognominis, qui nominatur inter pueros senatores, qui carmen cecinerunt ludis saecularibus a. 204 Not. d. sc. 1931, 341 sqq. v. 87.* St.
- 137a AELIVS ANTIPATER *nominatur inter pueros senatores, qui carmen cecinerunt ludis saecularibus a. 204 Not. d. sc. 1931, 341 sqq. v. 87; filius sine dubio sophistae cognominis (supra A 137).* St.
- 145 P. Aelius Aristides Theodorus. *Cf. Wiegand Ath. Mitt. 1929, 280.* St.
- 148 L. Aelius Aurelius Agrippus Memphius Apolaustus. L. Aur(eli)us, Augustorum libertus, Apolaustus Memphius *Not. d. sc. 1930, 206. Alius pantomimus, qui nomen Apolausti sibi ascivit, in actis lud. saec. a. 204 Not. d. sc. 1931, 342 sq. v. 44. 45. 46.* St.
- 260 P. AELIVS SEVERIANVS MAXIMVS. *Thomsen Meilensteine = Ztschr. D. Pal. Ver. 40, 1 sq.* Gr.
- 274a Aelius Tuccuda, princeps gentis Baquatium a. 140 t. *Volubitanus Compt. rend. 1931, 295.* St.
- [CAECILIA] PETRONI[ANA] AEMILIANA.
 — P. IVL. AEMILIVS AQVILA.
- 334 Q. Aemilius Aristides. *Tit. 1 est Sabrathensis (non Leptimagnensis) ed. a R. Bartoccini Riv. della Tripolitana 1, 1924/5, 289.* St.
- 369 M. AEMILIVS LEPIDVS. *Huius M. Lepidi (praenomen in parte codd., cf. Hense) fortasse philosophus Aristo Sen. epist. 29, 6 (de M. Aemilio Lepido n. 371 cogitat Stein supra A 1049).* Gr.
- 373 PAVLVVS AEMILIVS LEPIDVS. *Ex t. VI 4497 in monumento familiae Marcellae minoris reperto Aemilia Paulli l. Le . . . sacerdos C. Cassio (mulieris) et Paulli [l.] Epigono licet colligere Paullum arta necessitudine coniunctum fuisse cum Cassia quadam C. Cassii filia; fortasse mater eius fuit eademque soror C. Cassii praetoris a. 44 a. C., cuius partes Paullum secutum esse constat.* Gr.
- 416a AEMILIA IVNIA C[LEMEN]TINA, una ex 'puellis mat[ro]nis', quae ludis saecularibus a. 204 carmen cecinerunt *acta lud. saec., Not. d. sc. 1931, 345, v. 88.* Gr.
- Aquilius Agre . . .
 — M. Sempronius Albanus.
- 476a Albina, vetula femina dives et orba *Iuvenal. 3, 130.* St.
- 492a Alciphro *M. Antonin. εἰς ε. 10, 31.* St.
- 498a Alexander, Memnonis filius, amicus M. Aureli Cottae Maximi Messalini proconsulis Asiae t. *Ephesius Forsch. Ephes. 3, 112, 22.* St.
- 518 L. Alfenus Avitianus. *Ad eum videtur pertinere II 3401 lectionis incertae.* St.
- 523 P. ALFENVVS VARVS. *Ante servi insere dominus.* Gr.
- 526 L. ALFIDIVS HERENNIANVS. *Idem fortasse Aufidius Herennianus, cui divi fratres rescripserunt Ulp. dig. 50, 4, 6, 1.* Gr.
- 530a ALFIVS AVITVS *memoratur in actis ludorum saec. a. 204 inter pueros ordinis senatorii,*

- qui carmen cecinerunt *Not. d. sc. 1931, 345, v. 85. Vide num idem sit P. Alfius Avitus Numer(ius) Maternus (n. 531).* Gr.
- 560a **Ammianus**, vir perfectissimus, praefectus Aegypti aliquot annis ante a. 271 *PSI 1102.* St.
- 622 . . . US ANNIAN[US]. Cf. *Jacobi Obergerm. raet. Limes 2, 10, 16, 2.* Gr.
- 642 **Annius Diogenes**. Epistula eius ad strategum nomi Arsinoitae a. 302 data *PSI 1125.* St.
- 716 ANNIA GALERIA FAVSTINA (II) = FAVSTINA AVGVSTA. *T. Teius IG 4, 1562 non ei, sed uxori imperatoris Galerii, filiae Diocletiani, positus est.* St.
- 762 L. ANTISTIUS MVNDICIUS BVRRVS. *Ab hoc fortasse civitatem accepit (Mundicius) Burrus civis Atheniensis IG 3, 901.* Gr.
- 780 C. ANTIVS. *Ab hoc nomen accepisse alam Gallorum (et Thraecum) Antianam comiecit Lambrino Rev. d. philol. 5, 1931, 257.* Gr.
- 792a ANTONINVS GALLVS, consul sub Valeriano *vita Aureliani 8, 2 in epistula ficta.* Gr.
— VLPIVS ANTONIN[VS].
- 848a **Antonius Macro** (sic v. 31, v. 8 Ἀντωνίου Μάκρωνος errore typothetae), a. 138 (d. 5 mens. Martii) (epistrategus Heptanomia) *P. Mich. 2922 ed. a Boakio Journ. Eg. Arch. 18 (1932), 70—72.* St.
- 885 ANTONIA AVGVSTA. *De nummis Romanis vide Wruck Die syrische Provinzialprägung (1931), 65. Ei videtur una cum Tiberio (Gemello) positus esse t. Corinthius Amer. Journ. Arch. 1925, 254 (cum imagine), cf. 1926, 461, 30: Ant[oniae] Augu[stae]. De praediis eius Aegyptiacis cf. Rostovtzeff Gesellschaft u. Wirtsch. im röm. Kaiserreich 2, 294.* St.
- 886a ANTONIA . . . memoratur inter puellas quae carmen cecinerunt *acta lud. saec. a. 204 Not. d. sc. 1931, 345, v. 88.* Gr.
— Flavia [A]ntonia [? Bith]ynic[a . . .] vel [Phr]ynic[he . . .]
- 944 L. APPIVS vel Lappius. *Tegulae iam sunt XIII 12168, 7—9; 12171, 7; 12173, 16—18.* Gr.
- 986a Aquilius Agre . . . nominatur inter [e]questres in actis ludorum saecularium a. 204 *Not. d. sc. 1931, 341. Uxor Claudia V . . . centina.* St.
— SEX. AQVILIVS (?) QVNTILIVS CONDIANVS v. Sex. Quintilius Condianus.
- 1013 L. ARADIVS ROSCIVS RVFINVS SATVRNINVS TIBERIANVS. Aradius Saturninus *quidam Septimiae Sever(a)e coniugi t. posuit sepulcralem Interpretarii Eph. ep. 8 p. 33 n. 132; notandum L. Septimium alicui ex Aradiis Rufinis nobilibus saec. IIII ephemeridem belli Troiani dedicavisse.* Gr.
- TIB. CLAVDIA AVRELIANA ARCHELAIS.
- 1071 M. ARRANIVS VENVSTVS BASSILIANVS. Cf. *B 73.* Gr.
. . . LIA CRISPINA ARRIAN[A].
- 1089 C. ARRIVS ANTONINVS. . . lia Crispina *non fuit Arrii Antonini uxor; nam in fragmentis actorum ludorum saec. a. 204 nuper repertis . . . lia Crispina Arrian[a] memoratur inter puellas, quae carmen saeculare cecinerunt Not. d. sc. 1931, 345 v. 88; unde stemma p. 214 corrigendum.* Gr.
- 1117a Arri[a] . . . r . . . [Cle]mentina *memoratur in fragmento actorum lud. saec. a. 204 nuper reperto inter puellas quae carmen cecinerunt Not. d. sc. 1931, 345, v. 89.* Gr.
— Artavasdes *Vell. 2, 94, 4 errore, sc. confundens eum cum Tigrane, ubi vide.*
- 1183 M. Artorius Asclepiades. *Titulum Delium (3) invenies iam ap. Dürrbach Choix d'inscr. de Délos 1, 2, 171.* St.
— Asilius Sabinus v. *supra A 1213.*
- 1242 C. ASINIVS POLLIO. Cf. *Mowat Rev. num. 1902, 286.* Gr.
- 1263a [A]sper. [A]spro [et] Orfito [c]os. *supplevit Patsch in fragmento t. Dalmatici III 13849.* Gr.

- 1304 T. ATILIVS RVFVVS. *Eundem esse Rutilium Rufum consularem (sic) Cretae insulae tertio decimo anno Neronis imperii, qui memoratur in prologo L. Septimii ad ephemeridem belli Troiani Dictyi attributam (FGrHist 1, 49, 4 p. 274), coniecit Cichorius nescio an recte.* Gr.
- 1325* ATTALIANA. Cf. Schenk v. Stauffenberg *Röm. Kaisergesch. bei Malalas 329 sq.* St.
— VLPIVS ATTIANVS.
- 1338a ATTIC[VS], co[s.] XIV 4749 *fragm. Ostiense.* Gr.
- 1388 Aufdius Iulianus. *Tit. 4 iam ap. Jerphanion Mél. de l'univ. S. Jos. Beyrouth 13 (1928), 245.* St.
— Domitia Diotim[a G]r(a)ecina Au[g]urina.
— P. MESSIVS AVGVSTINVS MAECIANVS.
— ALFIVS AVITVS.
— AURELIANVS, *vita Nigri 7, 1, v. Pescennius Aurelianus.*
— Aurelius Avitus *vide A 1641.*
- 1604 M. Aurelius Sebastenus. *Imaginem tituli fracti Macrino imperante positi dedit Cagnat Hespéris 7 p. 367.* St.
- 1680 L. AVTRONIVS PAETVS. *Plocamus Autroni I 740 = Herzog Tess. numm. 64 (a. 33 a. C.).* Gr.

B

- 4a [B]aburia V . . . , *una ex puellis quae carmen saeculare cecinerunt acta lud. saec. a. 204 Not. d. sc. 1931, 345, v. 89.* Gr.
- 21 Baebius Macer. *Pro 'Fulg. serm. 6' scr. 'Fulg. serm. ant. 6 p. 113 H.'* St.
- 25 BAEBIVS MARCELLINVS. *Quod conieci Baebii Marcellini nomen supplendum esse in actis ludorum saec. a. 204, id confirmatur fragmentis nuper repertis, in quibus Baebius M[a]r-cellinus, sine dubio unus ex filiis aedilis cognominis, inter 'pueros senatores' qui carmen cecinerunt nominatur Not. d. sc. 1931, 345, v. 87.* Gr.
- 25a BAEBIVS M[A]RCELLINVS *vide n. 25 Add.* Gr.
- 27a CN. BA[E]BIVS [T]AM[PHILVS] *fortasse nominatus fuit in fragm. t. rep. loco qui hodie dicitur Azizieh prope Ephesum Μουσ. κ. βιβλ. τ. εὐαγγ. σχολ. Smyrna 5, 1884/5 p. 71: . . . στῶ πατρῶνι καὶ . . . Γναίῳ Βαββίῳ Παμ . . . Potest pertinere ad aetatem liberae reipublicae.* Gr.
- 135 BLAESVS. *Tit. iam est VI 39 092.* Gr.
- 135a . . . BL[A]ESVS, *leg. pro pr. III 6407 fragm. t. Dalmatici. Fortasse Q. Iunius Blaesus cos. a. 10 p. C.* Gr.

A

— FL(AVIVS) VLP(IANVS) A....IUS (?).

— M. POMPEIVS A.....

1 M. A..... I.... SEVERIANVS. *In t. christiano prope Caesaream Mauretaniae reperto VIII 9585 = 20958 = Diehl ILChr 1583 exstat M. A. I. Severiani c(larissimi) v(iri). Litterarum M. A. I. explicationem quam protulerunt de Rossi Mommsen alii M. A(ntoni) I(uliani similiterve) prorsus incertam esse vix est quod moneam, quamquam constat virum quendam clarissimum M. Antonium Severianum nominari in signaculo IX 6083, 17.* Gr.

2 S. A(.....) P(.....), c(larissimus) v(ir), *in fistula aquaria Ostiensi XIV 5309, 27; vide num suppleri possit S(ex.) A(nicii) P(aulini).* Gr.

— Ababa, *vide* Hababa.

— Ti. Claudius Abascantus.

— T. Flavius Abascantus.

— L. Satrius Abascantus.

3 Abdagaeses, Parthus, pater Sinnacis *Tac. a. 6, 36. 37. 43. 44. Idem videtur Abdagases στρατοπεδάρχης Artabani (III.) regis Parthorum Joseph. ant. 18, 333 sq. Diversus Abdagases, rex Bactrianorum I p. C. saec., cf. Sallet Z. f. Num. 6, 365—367. Whitehead Catalogue 1, 153—155.* St.

4 Abdus, eunuchus Parthus *Tac. a. 6, 31. 32.* St.

5 Abgarus (V., filius Manni; Acbarus *Tac.*, *sed illam nominis formam usitatum fuisse docent tituli nummiquae regum qui sequuntur, apud Graecos plerumque Αὔγαρος; cf. Gutschmid Kl. Schr. 3, 86, 69), rex Arabum (sc. Osroenorum) Edessae a. 49 in Meherdaten perfide se gessit Tac. a. 12, 12. 14. De hoc atque de ceteris regibus Osroenorum egit Gutschmid Mém. de l'acad. de St. Pétersbourg 1887.* St.

6 Abgarus (VII., filius Izatis), rex Osroenorum, a. 109 regnum a Pacoro rege Parthorum multa pecunia emendo accepit *Suid. s. ὠνητή, de tempore v. Acts of Šarbil, Cureton Ancient Syriac Documents p. 41. Traiano a. 114 Antiochiae degenti dona misit Dio exc. 68, 18, 1; 21, 1. Traiano Edessam progressu obviam profectus Aryandis filii causa veniam cunctationis et amicitiam impetravit Dio 68, 21 (= Suid. s. ἄκρα, ἰκέτευμα, παρήγαγε). Suid. s. Αὔγαρος, Ἔδεσσα, ἑλλόβια, φυλάρχης, ὠνητή, cf. ἀπό θυμοῦ, ὑφηγήσονται = Arrian. Parth. p. 238 sq. R.* St.

7 Abgarus, rex, quem Antoninus Pius ex orientis partibus sola auctoritate deduxit *vita Pii 9, 6.* St.

- 8 L. Ael(ius) Aurel(ius) Sep(timius) Abgarus. *Nomina plus minus integra (cognomento Μέγας) exhibent nummi Br. Mus. Arabia p. C sq. 93—96, tab. 13, 14—16; 14, 1—9; 50, 10, 11, cf. Gutschmid Mém. de l'acad. de St. Pétersbourg 1887, p. 32. 38 sq. Filius Manni, rex Osroenorum (Abgarus VIII. vel IX.) sub Commodo et Septimio Severo nummi; Persarum rex vita Sev. 18, 1. Vict. Caes. 20, 14 (errore). Regnavit circa a. 179—214, cf. Babelon Mém. Numism. 2, 209 sqq. A. 195 Pescennii Nigri partes secutus a Severo subactus est vita Sev. l. l. Vict. l. l. Dio exc. 75, 1. 2, 3 (nomine non posito, cf. Hasebroek Unters. zur Gesch. des Sept. Sev. p. 74 sqq.). Regno in provinciam redacto paulo post restitutus a. 197 filios obsides dedit, sagittarios subsidio adduxit Herodian. 3, 9, 2. Severo imperante Romam venit Dio exc. 79, 16, 2. Ad eum pertinere videtur, quod Eusebius (Hieronym. chron. Ol. 249, p. 214 H. c) = Euseb. arm. p. 224 K = Syncell. 676) Sex. Julium Africanum secutus dicit Abgarum ἱερὸν ἀνδρα, quo Christianum eum significare haudquaquam certum est, cf. H. Gomperz Arch.-epigr. Mitt. 19, 154—157. Eum intellegit African. Tact. c. 29 vet. mathem. ed. Thévenot p. 300 (traditur Ἐναγκάρου). Filius Mannus ib. Huius ni fallor Abgari familiaris Bardesanes Epiphani. haer. 56, 1, eiusdem meminit Bardesanes ap. Euseb. praep. evang. 6, 10, 40 = syriace c. 20 ap. Merx, Bardesanes (1863) p. 53 sq. St.*
- 9 Severus Abgarus (IX. vel X.). *Sic nummi imperante Caracalla cusi Br. Mus. Arabia 96, 38; tab. 14, 10; 50, 15. Journ. Rom. Stud. 6, tab. 12, 13. Abgarus, rex Osroenorum, in suos crudeliter se gessit, a Caracalla regno exutus et in vincula coniectus est Dio exc. 77, 12. Hic igitur videtur appellari ὁ πρὶν βασιλεὺς Ἄβγαρος in t. sepulchrali urbano Abgari filii mortui annos nati viginti sex posito a fratre (filio eiusdem regis Abgari) Antonino IG 14, 1315 = IGR 1, 179. St.*
- 10 Abgarus, filius regis Abgari (eius qui praecedit), vixit annos viginti sex t. urbanus sepulchralis positus ab Antonino fratre IG 14, 1315 = IGR 1, 179. St.
- 11 Abgarus (X. vel XI.) Phraates, rex Osroenorum, Hoddae coniugi t. posuit VI 1797 = D. 857 (traditur Prahates filius rex principis Orrhenoru). Eundem esse Abgarum regem, quem Gordianum in expeditione Persica circa annos 242—244 in paternum regnum restituisse nummi docent (Br. Mus. Arabia cet. 113—117, tab. 16, 7—11; 17, 1—4. Babelon coll. Wadd. 7288 sq.), viri docti haud ita certa coniectura posuerunt. St.
- 12 Abinnericus (Ἀβεννήριος Jos., Adinerglos vel Abinerglos nummi, cf. Drouin Rev. num. 1889, 225 sq.), rex Characenorum. Izaten, Monobazi regis Adiabenorum filium, ad se missum praediis donavit et ei Samacho filiam in matrimonium dedit Jos. ant. 20, 22 sq.
- Nummi extant duo (tetradrachma), quorum alter cusus anno 321 vel 324 aerae Seleucidarum (= 9/10 vel 12/13 p. C) nomen ..δινηργλ.. sive*

..βινηργλ... *praebet, alter anni 333 = 21/2 p.C. Ἀδινυργλ. Waddington Rev. num. 1866, 317 tab. 12, 10. Babelon Journ. intern. d'arch. num. 1, 388 tab. IH fig. 8. Hill Br. Mus. Arabia cet. 295, tab. 43, 7; 54, 5, cf. p. CXCI sqq., qui opinionem Babelonii hos duos nummos diversorum esse regum refellit.*

St.

13 Ablavius Murena, praefectus praetorio Valeriani *vita Claud. 15 (epistula ficta).* *St.*

14 (M.) ABONIVS . . . RICVS (?), consul *suffectus a. inc. Tituli mutili Vicentini V 3120 cf. p. 1074 positi a liberto adcenso consulis.* *Gr.*

15 Abronius Silo, rhetor, pater cognominis fabularum scriptoris *Sen. suas. 2, 19.* *St.*

16 (Abronius) Silo, qui pantomimis fabulas scripsit *Sen. suas. 2, 19.* *St.*

17 ABVDIVS RVSO, legatus legionis sub (Cn. Cornelio) Lentulo Gaetulico, *qui exercitui Germaniae superioris praefuit inde ab a. 29; functus aedilitate (fortasse ante legationem legionis) dum Lentulo periculum facessit, damnatur atque urbe exigitur a. 34 Tac. a. 6, 30.* *Gr.*

18 T. Abudius Verus, subpraefectus classis Ravennatis *V 328 = D. 3290.* *St.*

19 D. ABVRIVS BASSVS, consul *suffectus non. Sept. a. 85 cum Q. Julio Balbo dipl. mil. III p. 855.* *Gr.*

— C. SENTIVS ABVRNIANVS.

20 [L. (?) A]burn[ius . . .] (*extat nomen gentile et praenomen L. eius qui titulum posuit*), praefectus fabrum Romae, tribunus legionis III Augustae, praefectus cohortis III Augustae Thracum equitatae, praefectus cohortis III Thracum Syriacae equitatae, curator cohortis I Ulpiae Petraeorum, curator annonae bello Parthico (*a. 114—117*) ad ripam Euphratis (*ἐπιμελ[η]τῆς εὐθηρίας ἐν τῷ πολέμῳ τῷ Παρθικ[ῶ] τῆς ὄχθης τοῦ Εὐφράτου*), tribunus legionis VI Ferratae, donis donatus ab imp. Traiano, praefectus alae I Ulpiae singularium *t. Alabandae rep., v. Premerstein Jahresh. 13 B. 200 = D. 9471.* *St.*

21 Q. ABVRNIVS CAEDICIANVS, legatus Augusti *legionis XIII geminae ut videtur Jovi Statori aram posuit Apuli III 1089 = D. 3010. Idem est Q. Aburnius Caedicianus (praenomen extat XV 227—230. 607. Bull. com. 1906, 103), dominus figlinarum urbanarum Furianarum XV 230 (= D. 8659 a). 231—233 a. 123 XV 227 = D. 8659 b. Not. sc. 1913, 48, a. 125 XV 228 = D. 8659 c. Bull. com. 1911, 87, a. 140 XV 229 = D. 8659 d, item Tempesarum XV 605 a. 123 XV 603. 604. 607. 608. 614, a. 140 Bull. com. 1906, 103; praedia eius memorantur a. 126 XV 234. — Hic fortasse Caedicianus (nomen corruptum putaverim) praetor, qui memoratur a Pomponio dig. 4, 3, 7, 10 neque diversus Caedicianus (Καδικιανός traditur), qui in longaevis memoratur Marc. εἰς ε. 4, 50.* *Gr.*

— L. FVLVIVS ABVRNIVS VALENS.

- 22 Acastus, Augusti libertus, procurator provinciae Mauretaniae et tractus Campaniae *t. Formianus X 6081 = D. 1483.* *St.*
- 23 Accaus Postumius, declamator *Sen. contr. 7, 6, 20.* *St.*
- M. ACCENNA HELVIVS AGRIPPA *v. Helvius Agrippa.*
- M. ACCENNA M. F. GALERIA HELVIVS AGRIPPA *v. Helvius Agrippa.*
- 24 M. ACCENNA L. F. GALERIA SATVRNINVS, quaestor, tribunus plebis, praetor, proconsul provinciae Baeticae *XIV 3585 t. Tiburtinus* positus ab uxore Atilia Balbilla. *E provincia Baetica ortus esse videtur.* — M. Accenna Cessillanus *nominatur in fistula urbana XV 7367.* *Gr.*
- Q. MVTILLIVS SVRA ACCIANVS NEPOS.
- 25 P. Accius Aquila, centurio cohortis sextae equestris *Plin. ad Trai. 106. 107.* *St.*
- 26 ACCIVS IVLIANVS, consul *suffectus anno incerto medii fere vel vergentis saeculi p. C. secundi, nominatur in titulis Saepinatibus C. Neratii Fufidii Anniani et C. Neratii Fufidii Prisci pronepotum IX 2451. 2452 = D. 1131. 1132; videtur socer fuisse Neratii Prisci consulis (suffecti a. inc.), avi (materni) Neratiorum Fufidiorum.* *Gr.*
- 27 L. ACCIVS IVLIANVS ASCLEPIANVS, clarissimus vir, consul (*suffectus a. inc.*), curator et patronus reipublicae Utik(ensis), una cum Gallonia Octavia Marcella uxore, Accia Heureside Venantio et Accia Asclepianilla Castorea filiabus honoratur ab Uticensibus *VIII 1181 saec. III.* *Gr.*
- 28 ACCIVS SVRA, quem ut Traianus praetura exornet, rogat Plinius *ad Tr. 12, qui natalium Surae splendorem et summam integritatem in paupertate commemorat. Ex huius puto posteris Q. Mutillius Sura Accianus Nepos V 876 (t. Aquileiensis).* *Gr.*
- 29 ACCIA ASCLEPIANILLA CASTOREA, clarissima puella, L. Accii Juliani Asclepiani et Galloniae Octaviae Marcellae filia *VIII 1181.* *Gr.*
- 30 ACCIA HEVRESIS VENANTIVM, clarissima puella, L. Accii Juliani Asclepiani et Galloniae Octaviae Marcellae filia *VIII 1181.* *Gr.*
- 31 P. ACCOLEIVS LARISCOLVS, *nominatur in nummis (quos a. 711 = 43 cunos esse statuit Mommsen Röm. Münzw. p. 652. 658) Babelon Monn. de la rép. Rom. 1, 100. Grueber Coins 1, 569 sq. (pl. 55, 19. 20); denarius in parte adversa caput Augusti exhibens cum inscriptione . . . tr. pot. IIX hybridus est (cf. Bahrfeldt Num. Z. 32, 6). Idem fortasse, certe ex eadem domo P. Accoleius Larisc. . . ., qui memoratur in t. Lavinio, cuius scriptura Augusti temporibus vindicatur Not. d. sc. 1898, 66.* *Gr.*
- M. SEDATIVS SEVERIANVS JVL. ACER METIL. NEPOS RVFINVS TI. RVTILIANVS CENSOR.
- 32 CN. ACERRONIVS PROCVLVS (*ex posteris puto Cn. Acerronii Cic. pro M. Tull. 16. 17*), consul a. 37 cum C. Petronio Pontio Nigrino usque ad kal. Jul. *XIV 4535 fasti Ostienses* (per sex menses *Dio 59, 6, 5. XVII kal. Apr. Suet. Ti. 73. [a. d.] V idus Mai[as] II 172 = D. 190*). *In con-*

- sulatu*: Cn. Acerronius Proculus II 172. *Suet. Ti.* 73. Γνωστός Ἀκερρώνιος Πρόκλος *Ditt.*³ 797 = *IGR* 4, 251. Cn. Acerronius XIV 4535. *Tac. a.* 6, 45. Γαίου Ἀκερρωνίου *Dio ind. l.* 59. Cn. Proculus *Dio* 58, 27, 1.nius X 6638 *fastiAntiates*. Proculus *alibi*.
- Huius filius videtur* Cn. Acerronius Proculus proconsul Achaiae, *filia* Acerronia Polla. Gr.
- 33 CN. ACERRONIVS PROCVLVS (Γνωστός Ἀκερρώνιος Πρόκλος), proconsul (Achaiae), honoratur publice ab Atheniensibus *IG* 3, 611 et Thespiensibus *Bull. hell.* 50, 442, 79. *Non idem ac consul a. 37, sed filius eius fuisse videtur; nam provincia Achaia inde ab a. 15 usque ad a. 44 a legato Moesiae administrata est.* Gr.
- 34 ACERRONIA POLLA (Ἀκερρωνία Πώλλα *Dio*, Acerronia *Tac.*), Agrippinae familiaris, in naufragio eius occiditur (a. 59) *Tac. a.* 14, 5. 6. *Dio* 61, 13, 3; bona eius iussu Agrippinae obsignantur *Tac.* 14, 6. *Filia videtur Cn. Acerronii Proculi cos. a. 37.* Gr.
- 35 ACHAEVS, praeses Syriae Palaestinae sub Gallieno (*post a. 260*) *Eus. hist. eccl.* 7, 15, 3. Gr.
- MVMVIA ACHAICA.
- Aelius Achilles.
- Achilleus, parens Zenobiae qua victa a Palmyrenis ad imperium evocatus est *vita Aurel.* 31, 2. *Vide* Antiochus. St.
- 36 Acholius, magister admissionum Valeriani principis, scripsit acta eius, ex libro nono *afferuntur quaedam vita Aurel.* 12—14. Scripsit et de Severo Alexandro *vita Sev. Alex.* 14, 6; 48, 7; 64, 5. *Omnia suspecta neque est igitur veri simile eundem esse qui honoratur a Sardonianis nuncupatus Acholius ὑπάρχων Asiae Am. Journ. arch.* 1913, 47 = *IGR* 4, 1510, *cf.* 1750 = *A. Wilhelm Anatolian Studies ... to Ramsay (1923), 431, cf. Robinson Rev. ét. gr.* 38, 71. St.
- Q. GARGILIVS MACER ACIDINVS.
- 37[PRIS?]CILLA ACILIANA, *filia videtur* M'. Acilii Glabrionis Cn. Corneli Severi (consulis a. 152) XIV 2484 *cf. add. p.* 492; *v. infra sub* M'. Acilio Glabrione. Gr.
- CATINIA ACILIANA.
- 38 Acilianus, heredem ex parte instituit Plinium *epist.* 2, 16. St.
- L. FABIVS CILO SEPTIMINVS CATINIVS ACILIANVS LEPIDVS FVLGINIANVS.
- MINICIVS ACILIANVS.
- P. Postumius Acilianus.
- 39 ACILIVS, proscriptus a. 711 = 43 a. C., sed ab uxore servatus evasit in Siciliam *App. b. c.* 4, 39, 163. *Eundem fuisse auctorem elogii uxoris, quod vulgo dicitur 'laudatio Turiae' (VI 1527 cf. 31670 = D. 8393), coniecit Hirschfeld Kl. Schr.* 827. Gr.
- 40 Acilius, ad quem scripsit Plin. *epist.* 3, 14. St.

- 41 M'. ACILIVS C. F., cui positus est t. urbanus (*mutilus*) VI 1331 = 31631; *idem sine dubio* M'. Acilius Aviola consul a. 54, v. *infra*. Gr.
- 42 M. ACILIVS, consul suffectus kal. Iul. a. 721 (IX 422 *fasti Venusini*), non diversus videtur a M. Acilio Glabrione proconsule Africae a. 729, v. *infra* n. 71. Gr.
- 43 M. Acilius., nominatur in t. sarcophagi reperti in coemeterio Priscillae VI 31679; cf. n. 66. Gr.
- 44 P. Acilius, avunculus Minicii Aciliani, filius Serranae Proculae Plin. *epist.* 1, 14, 6. St.
- C. POMPONIVS RVFVS ACILIVS . . . VS COELIVS SPARSVS.
- 45 P. ACILIVS ATTIANVS. *Tria nomina tituli in insula Iva rep.* XI 7248 = D. 8999 (1). XI 2607 (2) *fistula aquaria ut videtur. Eidem sine dubio attribuenta est fistula aquaria ex agro Praenestino, cuius inscriptio XIV 3039 (3) semel descripta P. Acidi Attiani praebet. Caelium tatianum vita Hadr.* 1, 4, ceterum Attianus (Τατιανός Zonar. 11, 23).
Eques Romanus *vita Hadr.* l. c. et 4, 2. Hadriani municeps *Dio-Xiph.* 69, 1, 2 (*oriundus igitur Italica*) et tutor *ib.* *vita Hadr.* 1, 4; 4, 2; 9, 3 et amicus 4, 2.
Hadrianum Traiano mortuo cum Plotina adoptione ficta ad imperium promovit *Dio l. c. (Zonar. l. c.)*, cf. *vita Hadr.* 9, 6. Hadrianum sub primis imperii diebus admonuit, ut adversarios occideret *vita* 5, 5. Reliquias Traiani una cum Plotina et Matidia Romam detulit *ib.* 5, 9. Praefectus praetorio t. 1 Hadriani (*sine dubio iam Traiani*) *vita* 8, 7; 9, 3. Qui cum potentiam eius ferre non posset, praefectura eum summovit *vita* 9, 3—6, Attianum ex praefecto praetorio ornamentis consularibus praeditum fecit senatorem *ib.* 8, 7. Postea hostium loco habuit *ib.* 15, 2. St.
- 46 ACILIVS AVIOLA (*sic Val. Max., Aviola Plin.*), vir consularis Plin., in rogo vivus crematus est *Val. Max.* 1, 8, 12. Plin. n. h. 7, 173. Gr.
- 47 ACILIVS AVIOLA, legatus Aug. provinciae Galliae Lugdunensis a. 21, seditionem Andecavorum et Turonorum oppressit *Tac. a.* 3, 41. *Hic videtur esse Ἀουιόλας συγκλη[τικός] a. 41, vide infra n. 49. Pater fortasse M. Acilii Aviolae consulis a. 54.* Gr.
- 48 ACILIVS AVIOLA, unus ex pueris patrimis et matrimis senatorum filiis, qui Arvalibus ministrarunt a. 183 et 186 VI 2099. 2100 *acta Arv.*; nepotem fuisse consulis a. 122, patrem consulis a. 239 probabile est. Gr.
- 49 M'. ACILIVS AVIOLA, consul a. 54. *In consulatu: M'. Acilius Aviola dipl. mil. C. r.* 1930, 132 sq. IV 3340 *tab. cer. Pomp.* 5. 6. 8. M'. Acilius *tab. cer.* 7. 9. *Tac. a.* 12, 64. Acilius Aviola *Suet. Cl.* 45. *Aviola fasti.* — M'. Acilius C. f. VI 1331 = 31631 *titulus urbanus mutilus, quem ei attribuit Borghesi opp.* 2, 137, *coniectura probata exemplo Domiano ex lapide sumpto.* — Acilius Aviola *Frontin. de aq.* 102.
Filius fortasse Acilii Aviolae legati provinciae Lugdunensis a. 21. —

Honores in t. urbano recensiti erant sed magna ex parte perierunt. Quaestor divi Claudii t. Consul a. 54 cum M. Asinio Marcello tabulae ceratae Pompeianae (VI idus Maias tab. cer. n. 5. IIII k. Iunia[s] n. 6 cf. 7. 8). *dipl. mil.* (XIII k. Iulias). *Tac. a. 12, 64. Suet. Cl. 45. fasti; hos consules non in integrum annum fasces tenuisse apparet ex Suet. Cl. 46* (Claudius) cum consules designaret, neminem ultra mensem quo obiit (*Octobrem scil.*) designavit. Proconsul provinciae Asiae t. urbanus; nummi Ephesii in parte adversa 1) cum capite et nomine Neronis Waddington *Fast. As. n. 93, 3. Mus. Vindob. 31480 cf. Münsterberg Num. Z. 1912, 25 = Beamtenn. p. 89.* 2) Νέρων Ποππία capite Neronis et Poppaeae exhibentes Waddington n. 1. 2. *J. Friedländer Beitr. 1, 183 sq., 6. Br. Mus. Ionia p. 74, 212—214.* 3) Μεσσαλίνα cum capite Messalinae Waddington n. 5. *Babelon Inv. coll. Wadd. n. 1620. Imhoof-Blumer Sitz.-Ber. Münch. 1890, 639, 286, in parte aversa plerumque cum inscriptione Ἀουιόλα ἀνθυπάτω κτλ. vel ἐπ' Ἀβιόλα (Babelon l. l.). Nummis partim ad Poppaeam partim ad Messalinam pertinentibus probatur Aviolum anno proconsulari 65/66 Asiam rexisse. Curator aquarum ab a. 74 ad a. 97 Frontin. de aq. 102; ad summam igitur senectutem videtur proventus esse. Sodalis (aut Augustalis Claudialis aut Titius aut Flavialis Titialis) t. Non hic sed pater eius (n. 47) videtur esse Ἀουιόλας συγκλητικός in consilio Claudii a. 41 habito nominatus in actis quae vocantur martyrum Alexandrinorum, cf. Uzkull-Gyllenband Sitz. Ber. Berl. 1930, 670.*

- Maritus Aediae Serviliae t. urbanus positus a. 51 a M. Aidio Serviliai Avioli lib. Amerimno VI 353 = D. 4375. *Avus videtur M. Acilii Avioli consulis a. 122. — Cf. etiam infra sub Acilio (Glabrione?) n. 62. Gr.*
- 50 M. ACILIVS AVIOLA, consul a. 122 cum Corellio Pansa. *In consulatu: M. (errore ut videtur) Acilius Av(av)iola D. 9060 tabula honestae missionis, Acilius Aviola VI 10048 = D. 5287, ceterum Aviola fasti. Idem sine dubio M. Acilius Aviola cos. una cum M. Atilio Bradua cos. a. 108 bonorum possessor Ser. Cornelii Dolabellae Metiliani IX 3152 = D. 5676 t. Corfiniensis. Avus puto Acilii Avioli pueri a. 183. Gr.*
- 51 M. (?) ACILIVS AVIOLA, consul a. 239 cum Gordiano Aug. *In consulatu: M. (fortasse errore pro M.) Acilius Aviola XIV 461 = VI 1159 b, ceterum Aviola fasti. Ex posteris videtur consulis a. 122. Gr.*
- 52 MANIVS ACILIVS BALBVS SABINVS, vir clarissimus, curator alvei Tiberis riparum et cloacarum sacrae urbis Diocletiano et Maximiano regnantibus VI 1242 = 31 556 = D. 5894. VI 1225 = 31 264. Gr.
- 53 ACILIVS BVTA, praetorius temporibus Tiberii, patrimonium ingens luxuria consumpsit *Seneca ep. 122, 10. 12. 13. Gr.*
- 54 M. ACILIVS M. F. CANINVS, quaestor urbanus, honoratur a negotiatoribus ex area Saturni I² 810 = XIV 153 = D. 892. *Quaestura videtur functus esse ante annum 726 = 28 a. C., quo anno cura aerarii Saturni quaestoribus*

- adempta est (Mommsen). Parentela probabiliter coniunctus cum M. Acilio Caniano sive Caniniano (sic libri meliores *Caes. b. c. 3, 39, 1*), qui legatus Caesaris et a. 707/710 proconsul Siciliae fuit. Gr.
- 55 ACILIVS CLARVS, v(ir) co(n)s(ularis), p(raeses) p(rovinciae) N(umidiae) VIII 2729 t. *Lambaesitanus*; idem videtur A[c]ilius Clarus, [v. c. corrector] Italiae, qui Diocletiano t. posuit Aquileiae a. 286 V 8205. Gr.
- CLAVDIVS ACILIVS CLEOBOLES.
- 56 A[CI]LIVS (?) FAVSTINVS (potius quam A[e]lius Faustinus; in lapide fuit Aelius, sed littera e erasa, cf. *Gatti Bull. com. 35, 118*), nominatur inter viros ordinis senatorii saec. IIII fere ineuntis VI 37 118; e stirpe puto *Glabrionum*. Gr.
- 57 M'. ACILIVS FAUSTINVS, consul a. 210 cum A. Triario Rufino. M'. Acilius Faustinus in titulis *Allifanis filiae IX 2333 = D. 1133 et neptis IX 2334 = D. 1134*; in consulatu M'. Acilius Faustinus VI 1984, M. (in lapide, potius quam M'.: errore ut videtur) Acil[ius Faustinus] VI 31 128, M'. Acilius Faustinus XIV 4562, 4 fasti *Augustalium Ostiensium*; praenomen perit VI 864; Faustinus fasti; Faustinianus *perperam fragm. Vat. 295*.
Filius M'. Acilii Glabrionis cos. II (a. 186), pater Aciliae Manliolae, avus Aciliae Gaviniae Frestanae t. *Allifani*; frater fortasse Acilii Glabrionis n. 63 (ubi vide). Hic *Claudium Acilium Cleobolen, filium probabiliter Aciliae Frestanae sororis suae et Ti. Claudii Cleobolis (v. infra sub Claudio Acilio Cleobole), in familiam Glabrionum adoptasse videtur (cf. stemma Glabrionum)*. Gr.
- 58 Q. Acilius Fuscus. Tituli *Thibursicensis Bure positus publice VIII 1439 (et 15255) = D. 1430 (1)*. *Ostiensis positus a corpore mesorum frument(ariorum) adiutorum et acceptorum Ost(iensium) XIV 154 = D. 1431 (2)*. C. fil. *Papiria t. 1. 2*. [Civis] *Thibursicensis t. 1*. Fiscus advocatus codicillaris stationis hereditatum et cohaerentium, procurator operis theatri Pompeiani, procurator annonae Ostiensium trium Augustorum (*tertia litterae erasae sunt sc. ad Getam pertinentes, a. 198—211*); sacerdos Laurentium Lavinatum t. 12. St.
- 59 ACILIVS GLABRIO. Acili (Agili t.) Glabrionis nescio cuius servus VI 809 = XIV 74. Glabrionis n(ostri) servus vilicus hortorum VI 623 (*de hortis Aciliorum cf. quae exposuerunt Ersilia Caetani-Lovatelli Soc. nat. d. ant. de France Centenaire 1904 p. 255 sq. Jordan-Hülse Topogr. 1, 3, 446*). — Princeps Glabrionis (servus) XI 6689, 195 in tegula. Gr.
- 60 (ACILIVS) GLABRIO, patronus coloniae Ostiae, Saluti Caesaris Augusti dedicavit t. *Ostiensem XIV 4324*; fortasse idem atque M. Acilius Glabrio proconsul Africae a. 729, sub quo vide. Gr.
- 61 ACILIVS GLABRIO. Adiutor quidam tabulariorum Acilii Glabrionis legati fortasse Lusitaniae nominatur in t. *Lusitano mutilo et male habito II 5210 (Aglii Glabrionis traditur)*. Gr.

- 62 ACILIVS (GLABRIO?), octoginta fere annos natus interfuit cōsilio Domitiani in Albano una cum filio (consule a. 91) *Iuvenal. 4, 94 sq., ubi solum gentili-
licium ponitur*; Glabrio *schol. Vallae ad Iuven. 4, 94*. Consul sub Domitiano
fuit, indignus pati, quae passus est; huius cum filium iuvenem Nero oc-
cideret, ipsum Acilium servavit, qui poenas sentiret orbitatis *schol. in
Iuven. 4, 94, ubi apparet Neronem et Domitianum confundi*. Nobilitatem
et patriciatum eius et filii laudat poeta (v. 97. 102); *inter patricios igitur
adlectus aut ipse aut unus e maioribus. Nescio an idem sit M'. Acilius Aviola
consul a. 54, qui familia Glabriorum extincta filio cognomen illud illustre
dedit. Notandum Acilios Glabriones saec. II et III munera municipalia
gessisse honoribusque affectos esse Allifis (IX 2333. 2334), ubi M'. Acilii
Aviولae cos. a. 54 uxorem praedia habuisse constat (IX 2363. 2365. 2424).*
*Acilios Glabriones aetatis imperatoriae in tribu Galeria censos esse apparet
ex t. Tiburtino M'. Acilii Glabrioris Cn. Cornelii Severi cos. a. 152 XIV
4237 = D. 1072.* Gr.
- 63 ACILIVS GLABRIO, quem Severus et Antoninus non audierunt desideran-
tem restitui adversus fratrem *dig. 4, 4, 18, 1; fortasse filius M'. Acilii
Glabrioris cos. II a. 186, frater M'. Acilii Faustini cos. a. 210.* Gr.
- 64 ACILIVS GLABRIO (Ἀκέλιος Γλαβ(ρ)ίων), consularis et proconsul Africae,
statua honoratus ab Aemilio Latiniano amico *t. Ephesius CIG 2979;*
*incertum quis ex Aciliis Glabrioribus saeculi p. C. secundi vel potius tertii
(v. infra sub M. Acilio Glabrione n. 71).* Gr.
- 65 ACILIVS GLABRIO, nominatur in laterculo virorum nobilissimorum *saeculi
III exeuntis vel IIII ineuntis, qui ad opus quoddam faciendum contulerunt
VI 37 118. Filius fortasse M. Acilii Glabrioris consulis a. 256; eundem
fuisse proavum Anicii Acilii Glabrioris Fausti (consulis a. 438) statua
honoratum a pronepote VI 37 119 coniecit Bang probabiliter.* Gr.
- 66 ACILIVS GLABRIO, filius . . . *inscriptio sarcophagi reperti in coemeterio Priscillae
quod vocatur ad viam Salariam sito VI 31680 (imago Bull. arch. crist.
1888/9 tav. V 1); fortasse Diocletiano recentior. In eodem coemeterio alii
quoque sarcophagi Aciliorum inventi sunt: M. Acili, M'. Acilii V
et Priscillae (cf. n. 84), Acilii Rufini (n. 77), Claudii Acilii Valerii :
hic et Rufinus certe christiani fuerunt, de ceteris parum constat (cf. de Rossi
Bull. arch. crist. l. l. 15—66. Diehl ILChr ad n. 127).* Gr.
- 67 M'. ACILIVS GLABRIO, consul a. 91. *In consulatu: Manius Acil[ius Gl]abrio
D. 9245 = Espérandieu Inscr. Lat. de Gaule 1, 350. M'. Acil[ius Glabrio] VI
1988 = XIV 2392. Ἀκέλιος Γλαβρίων Dio exc. 67, 12, 1 (nomen corruptum).
Glabrio fasti. — Acilius Glabrio Suet. Dom. 10; Glabrio Dio 67, 14, 3.
Filius Acilii Iuven. 4, 94 sq. (nomine non posito), filius Glabrioris *schol.
Vallae ad Iuven. 4, 94 (v. supra n. 62). Papinii Statii carmine de bello Ger-
manico, quod Domitianus egit, probatus schol. Vallae l. l.: tribunus igitur
legionis particeps fuit expeditionis contra Chattos a. 83 susceptae. Una cum**

- patre interfuit consilio Domitiani in Albano *Iuven.* 4, 95. Consul a. 91 cum M. Ulpio Traiano VI 1988 = XIV 2392. D. 9245. VI 2067 (= D. 5044) v. 63 (III k. Maias) cf. VI 2068 = D. 5036 *acta Arv. (ubi nomen perit)*. *Dio* 67, 12, 1. *fasti*. Consul bestias confecit in Albano *Dio* 67, 14, 3. *Iuven.* 4, 99—101. *Fronto ad M. Caes.* 5, 23 cf. 22 p. 82 N. = 1, p. 210 *Haines (his locis nomen omittitur)*. In exilium actus quasi molitor rerum novarum iussu Domitiani interficitur a. 95 *Suet. Dom.* 10. *Dio* 67, 12, 1. 14, 3. *Iuven.* 4, 95 sq. *item schol. (v. patrem supra n. 62)*. — Pater videtur M'. Acilii Glabronis consulis a. 124. Gr.
- 68 M'. ACILIVS GLABRIO, consul a. 124 cum C. Bellicio Torquato Tebaniano. *In consulatu*: M'. Acilius Glabrio VI 10 048 = D. 5287. XIV 51. M'. [Acilius] Glabrio III 7371 = D. 4056. [Μάγ]ιος Ἀκέλιος Γλαβρίων *Jahresh.* 11, 109 = IGR 4, 1398, *plerumque Glabrio fasti*. Epistula divi Hadriani ad Glabronem consulem scripta memoratur *Dig.* 48, 2, 12, 1. *Filius puto M'. Acilii Glabronis consulis a. 91, pater M'. Acilii Glabronis Cn. Cornelii Severi consulis a. 152, qui dicitur M'. f. in t. Tiburtino XIV 4237 = D. 1072.* Gr.
- 69 M'. ACILIVS GLABRIO, consul II a. 186. M'. Acilius Glabrio t. *Allifanus* nepti positus IX 2333 = D. 1133 (1). Acilius Glabrio t. *item Allifanus* pro-nepti positus IX 2334 = D. 1134 (2). *Dio exc.* 73, 3, 3. Γλαβρίων *Herodian.* 2, 3, 3. *In consulatu*: M'. Acilius Glabrio VI 420 = D. 398. VIII 23 956. [M'. Ac]ilius Glabrio VI 1980. Glabrio *alibi*.
- Nobilissimus Romanorum illius aetatis originem gentis suae ab Aenea Veneris et Anchisae filio repetebat *Herodian.* 2, 3, 4. Filius M'. Acilii Glabronis sen(ioris) consulis (a. 152) t. 1. *Consul I suffectus anno incerto*. Consul II t. 1. 2. *Herodian.* l. l. ordinarius cum imp. Commodus cos. V a. 186 *fasti*; v. *supra*; *iterationis nota adest III 1396 (= D. 2630)*. VI 420 (= D. 398). 1980. VIII 23 956. X 4726. XIV 2590 *et in fastis Theon. Alex. Chron. min.* 3, 376. Extremis Commodi annis videtur a negotiis publicis se removisse *Dio* 73, 3, 3. Imperium a Pertinace in senatu sibi oblatum (k. Ian. a. 193) aspernatur *Herodian.* 2, 3, 3. 4; a Pertinace summo honore affectus *Dio* 73, 3, 3. 4. — II vir quinquennalis Allifis t. 2.
- Pater M'. Acilii Faustini consulis (a. 210) t. 1. 2; avus Aciliae Manliolae t. 1; proavus Aciliae Gavinae Frestanae Claudii Acilii Cleobolis filiae t. 2. Huius Cleobolis pater Ti. Claudius Cleoboles teste titulo *Ephesio nondum edito* in matrimonium duxit Aciliam Frestanam, sororem ut putaverim M'. Acilii Faustini; itaque Claudius Acilius Cleoboles aut filius naturalis fuit M'. Acilii Faustini, adoptivus Ti. Claudii Cleobolis mariti amitae suae aut Cleobolis filius ex Frestana genitus ab avunculo suo M'. Acilio Faustino adoptatus est, nisi statuimus Claudios Cleoboles bis e gente Aciliorum uxores duxisse (cf. stemma Glabronum infra propositum). Acilius quoque Glabrio,

qui Severo et Antonino regnantibus litem egit adversus fratrem (*cf. n. 63*),
fortasse filius fuit consulis a. 186. Gr.

70 M'. ACILIVS GLABRIO, consul, maritus Arriae Plariae Verae Priscillae t. Pi-
saurensis XI 6333 = D. 1073; fortasse consul a. 152 (*v. infra sub hoc*). Gr.

71 M. ACILIVS GLABRIO, proconsul (Africae) Augusto nonum consule (a. 729 =
25 a. C.) nummus, ut docet inscriptio Latina, in Africa cusus Babelon coll. Wadd.
n. 7449 = Rev. num. 2, 629. Idem videtur M. Acilius, consul suffectus a. 721
= 33 a. C., qui fasces gessit ex kal. Iul. usque ad kal. Oct. *vel, quod minus
verisimile videtur, ad kal. Sept. fasti Venusini IX 422 = D. 6123. Di-
versum puto Ἀκέλιον Γλαβ(ρ)ίωνα consulem et proconsulem Africae
statua honoratum Ephesi CIG 2979, nam et omissa in titulo huius viri prae-
nomina et appellationis συνκλητικοῦ usus (cf. Magie p. 6. 51) aetatem
altero p. C. saeculo non antiquiorem indicare videntur.*

Glabrio patronus coloniae Ostiae, qui Saluti Caesaris Augusti dedicavit
titulum Ostiensem XIV 4324, propter nuda Caesaris Augusti vocabula
(sane de Claudio quoque et Nerone usurpata) fortasse idem statuendus est
atque proconsul Africae a. 25 a. C. Nescio an hic frater minor fuerit M'.
Glabrionis, M'. Acilii Glabrionis consulis a. 687 et Aemiliae M. f. filii, qui
pro M. Scauro avunculo iudices rogavit a. 700 = 54 (Ascon. in Cornel.
p. 25 KS); pater vel avus M. Acilii Memmii Glabrionis (n. 75). Gr.

72 M. ACILIVS GLABRIO, consul a. 256 cum L. Valerio Maximo II (pleno nomine
XI 6335 = D. 7218, ceterum Glabrio); pater fortasse Acilii Glabrionis
n. 65. Saeculis quoque posterioribus Acilios Glabriones inter nobilissimas
gentes floruisse constat. Gr.

73 M'. ACILIVS GLABRIO CN. CORNELIVS SEVERVS, consul a. 152 cum M. Valerio
Homullo. Tituli Tiburtini: XIV 4237 = D. 1072 (1), quem ei posuit
s(enatus) p(opulus)q(ue) Tiburs, alter mutilus XIV 2484 *cf. add. p. 492* (2)
positus fortasse ab ipso filiabus; memoratur in t. Allifano proneptis IX
2333 = D. 1133 (3).

M'. Acilius M'. f. Gal(eria) Glabrio Cn. Cornelius Severus t. 1, [M'. Acilius
Glab]rio Cn. Cornelius Severus t. 2, M'. Acilius Glabrio sen(ior) t. 3, M'.
Acilius Glabrio t. Pisaurensis Arriae Plariae Verae Priscillae uxori positus
XI 6333 = D. 1073 (4), si ad hunc pertinet. In consulatu: M'. Acilius
Glabrio XIV 250 = D. 6174; Glabrio alibi.

Filius M'. Acilii Glabrionis cos. a. 124. Honores usque ad consulatum
enumerat t. 1: III vir aere argento auro flando feriundo, VI vir turmarum
equitum Romanorum, tribunus militum legionis XV Apollinaris, salius
Collinus, legatus provinciae Cretae Cyrenarum, legatus provinciae Africae
(legationibus functus est nondum quaestorius, extra ordinem), quaestor Imp.
Caesar. T. Aeli Hadriani Antonini Aug. Pii, praetor, legatus Asiae (*v.
infra*). Pontifex t. 1. Consul a. 152 t. 1—4. fasti (perperam Glabrio II
fasti Hydat. Chron. min. 1, 224, chron. Pasch. ibd., Prosper Tiro p. 427,

Stemma Glabriorum 1).

Acilius (Glabrio?)

cos.

M. Acilius Glabrio

cos. a. 91

M. Acilius Glabrio

cos. a. 124

Faustina ~ M. Acilius Glabrio Cn. Cornelius Severus ~ Arria Paria Vera Priscilla

cos. a. 152

M. Acilius Glabrio. M. Acilius Vibius Faustinus. Faustina. (infans). Priscilla Aciliana.

cos. II a. 186

Acilius Glabrio. M. Acilius Faustinus. Acilia Frestana ~ Ti. Claudius Cleoboles.

cos. a. 210

cos. a. inc.

Acilia Maniola

Claudius Acilius Cleoboles.

Acilia Gavinia Frestana.

Gr.

1) *nonnulla in hoc stemmate incerta esse non est cur moriamur.*

Cassiodor. Chron. min. 2, 142; error eo explicatur, quod in fastorum exemplari, ex quo laterculi illi derivati sunt, annus 150 male significatus erat Glabrione — pro Gallicano — et Vetere). — Patronus municipi Tiburtis, quinquennalis designatus t. 1.

*In t. 2 ante Glabrimonem nominati fuerunt Faustina et altera Faustina, post eum nescio quis, qui vixit annis XIII mensibus II diebus XI, et [Pris]cilla Aciliana, quae vixit ann. . . mens. III dieb. XIII. Recte opinor statuit Dessau Faustinam uxorem cum marito titulum sepulcralem liberis posuisse mature defunctis. Sane ex nominibus Priscillae Acilianae fortasse colligere possis hanc filiam fuisse Arriae Plariae Verae Priscillae, quae teste t. Pisaurensi (4) M'. Acilio Glabrioni cos. nupta fuit; quod si recte ponitur, Glabrio hic bis matrimonium iniit (nihil obstat quominus statuamus nomina Priscillae Acilianae postea titulo inscripta esse). Cornelius Severus maritus Sergiae L. f. Paullinae (*Journ. Rom. stud. 16, 203*) ab hoc diversus videtur. — Pater M'. Acilii Glabrionis consulis II a. 186 t. 3.*

*Hic fortasse Γλαβρίων ὁ πᾶνυ amicus Aelii Aristidis oratoris or. 27 D. = 50, 97 K. (ier. λόγ. 4 vol. 1 p. 530 Dind. = vol. 1 p. 449 Keil); certe nulli genti senatoriae huius aetatis cognomen Glabrio inditum erat nisi Aciliis. Quodsi Waddington (*Mém. de l'acad. d. inscr. 26, 1 p. 246. Fast. As. n. 140*) recte ad eum rettulit verba Aristidis paullo post (p. 450 K.) sequentia ὁ σοφιστής, οὗ μικρῶ πρόσθεν ἐμνήσθη, ἦρχεν (*cf. Boulanger Aristide p. 486*), inde nequaquam cum Waddingtonio concludere licet Glabrimonem proconsulem Asiae fuisse: immo fuit legatus provinciae Asiae (t. 1) neque negandum est vocabulum ἄρχειν etiam de legato proconsulis usurpari posse.*

Gr.

74 Acilius Lucanus, Cordubensis, orator, pater Aciliae, avus Annaei Lucani Vaccae quae fertur vita *Luc. p. 1 Endt.* *St.*

75 M. ACILIVS MEMMIVS GLABRIO, nominatur inter curatores riparum et alvei Tiberis, qui praesidente L. Caninio Gallo cos. a. p. C. 2 (ripam) reficiendam curaverunt, VI 31543 = D. 5893, aetate Tiberii ante a. 24, ut demonstravit Cantarelli *Bull. com. 1889, 191 sq.* Fortasse filius M. Acilii Glabrionis proconsulis Africae a. 729. *Gr.*

76 Aciliu[s Phili]ppus (?), subpro[c(urator)] nescio cuius officii VI 36935, inter a. 212 et 217. *St.*

— ..[V]ALERIVS CLAVD[IVS...] ACILIVS PRISCILIANVS... (D. 8979) v. infra sub Valeris.

— M. ACILIVS PRISCVS EGRILIVS PLARIANVS v. sub Egriliis.

77 [A]cilius Rufinus, christianus, sepultus in coemeterio Priscillae de Rossi *Bull. arch. crist. 1888/9, 23 (tav. V 5).* Marucchi *Elements d'arch. chrét. 2, 352 cf. Diehl ILChr 127; videtur fuisse post Diocletianum.* *Gr.*

78 L. ACILIVS RVFVS, L. f. Qui(rina), honoratur publice ab Hispellatibus *Thermis Himeracis, ubi oriundus videtur, X 7344. In titulo honores usque*

- ad id tempus suscepti enumerantur: quaestor pro praetore provinciae Siciliae, tribunus plebis, praetor, praefectus frumenti dandi ex senatus consulto. Postea consul (suffectus); neque enim diversus videtur Acilius Rufus, qui consul designatus in senatu sententiam dixit a. 106 ut videtur Plin. ep. 5, 20, 6; 6, 13, 5. Vel idem vel propinquus L. Acilius L. f. Rufus II vir col[oniae] T[h]er[mitanorum?], cui positus est t. Mazaritanus X 7210. Gr.*
- 79 M. Acilius Rufus, M. f., tribu Gal., procurator Caesarum II 3840 (cf. p. 967) = D. 1376 t. Saguntinus, quem posuit conventus Tarrachon(ensis). Traditur praenomen tam M(arcus) quam M. et patris et filii. St.
- 80 ACILIVS SEVERVS, unus ex pueris patrimis et matrimis senatorum filiis, qui Arvalibus ministrarunt a. 183 et 186 VI 2099. 2100 acta Arv. Gr.
- L. GABO ARVNCVLEIVS P. ACILIVS SEVERVS.
- 81 Acilius Sthenelus, libertinus vinearum cultor, aequalis Remmii Palaemonis Plin. n. h. 14, 48—50. St.
- 82 L. ACILIVS STRABO, consul (suffectus) a. d. XVIII kal. Oct. anni 71 ut videtur cum Sex. Neranio Capitone t. Neapolitanus IGR 1, 452 = D. 6460. Idem probabiliter Acilius Strabo praetorius a Claudio Cyrenas missus disceptator agrorum ab Apione rege populo Romano relictorum, a. 59 a Cyrenensibus in senatu accusatus sed a Nerone absolutus Tac. a. 14, 18.
- Post consulatum videtur pervenisse ad legionem exercitus Germanici ni fallimur inferioris XIII 7709 = D. 3456 t. positus a centurione „pro se et comilitones singulares pedites Acili Strabonis leg. Aug.“ — Nominatur in fistulis aquariis repertis Cumis Not. d. sc. 1893, 211, Puteolis ib. 1902, 630. Amer. Journ. arch. 1898, 391 = Ann. ép. 1899, 34: L. Acili Strabonis.*
- Filius eius puto adoptivus L. Stertinius Quintilianus Acilius Strabo C. Curiatius Maternus Clodius Nummus. Gr.*
- L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO Q. CORNELIVS RVSTICVS APRONIVS SENECIO PROCVLVS v. infra sub Q. Cornelio Proculo.
- 83 L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO C. CVRIATIVS MATERNVS CLODIVS NVMMVS. Tituli: Ephesius ab eo C. Clodio Nummo patri positus III 429 (1), Neapolitanus ipsi dicatus X 1486 (2).
- [L. Ster]tinius Quintilianus [Cur]iatius Maternus [Clo]dus Nummus Acilius ... Strabo t. 1. L. Stertinius C. f. Maecia Quin[tilianus] Acilius Strabo C. Curiat[ius Ma]ternus Clodius Nummus t. 2.
- Eum origine Neapolitanum fuisse colligi potest ex tribu Maecia. Pater naturalis C. Clodius C. f. Maecia Nummus, quaestor provinciae Asiae t. 1, adoptivus puto L. Acilius Strabo consul a. 71. Nomina Curiatii Materni videtur sumpsisse a Curiatio Materno oratore et poeta aetatis Neronis et Flaviorum.*
- Haud diversus videtur L. Acilius Strabo Clodius Nummus, legatus Traiani Aug. pr. pr. (legionis III Aug.) anno ni fallimur 116 (cum in titulis*

- Traianus appelletur cos. VI imp. XIII nondum appelletur Parthicus) tituli terminales VIII 28073b = D. 5958b (ubi haud recte Gellius Nummus legitur), melius Gsell *Inscr. de l'Alg.* 1, 2829 (3). Gsell 2939 bis (4), ubi errore imp. XIII pro XIII traditur. 2989 (5). Successor eius probabiliter T. Sabinius Barbarus, legatus legionis eiusdem a. 117 (*Mél. Boissier* p. 99). — In nomen adscisse videtur L. Stertinius Quintilianum Acilium Strabonem Q. Cornelium Rusticum Apronium Senecionem Proculum, cui nomina principalia fuerunt Q. Cornelius Proculus. Gr.
- 84 M'. ACILIVS V... (M. CIL, rectius excepit Bormann; cf. imaginem *Bull. arch. crist.* 1888/9 tav. V 2), clarissimus vir, nominatur una cum Priscilla clarissima [femina], uxore sc. sua, in t. sarcophagi reperti in coemeterio Priscillae quod vocatur in via Salaria VI 31681 = Diehl *ILChr* 127. Gr.
- 85 CL(AVDIVS) ACILIVS VALERI[VS], [ὁ λαμπρότατος? νεα]νίσκος, sepultus in coemeterio quod dicitur Priscillae, christianus, de Rossi *Bull. arch. crist.* 1888/9 tav. V 4 = Marucchi *Elements d'arch. chrét.* 2, 352 cf. Diehl *ILChr* ad n. 127; fortasse post Diocletianum. Gr.
- 86 M. ACILIVS VIBIVS FAVSTINVS, e sacerdotio saliorum Palatinorum exiit flamen factus a. 170 VI 1978 = D. 5024; fortasse filius M'. Acilii Glabrionis Cn. Corneli Severi cos. a. 152 et Faustinae (cf. stemma Glabrionum). Gr.
- 87 Acilia, Acilii Lucani filia, M. Annaei Melae uxor, M. Annaei Lucani mater, Cordubensis Vaccae quae fertur vita *Luc. p. 1 Endt. Tac. a.* 15, 56. 71. Coniuratione Pisoniana detecta a filio inter socios nominata sine absolutione, sine supplicio dissimulata est *Tac. l. c.*, cf. (*Suet.*) alteram vitam *Luc. p. 51 R.* St.
- 88 (Acilia), P. Acili soror, Serranae Proculae filia, Minici Macrini uxor, Minici Aciliani mater *Plin. epist.* 1, 14. St.
- 89 ACILIA FRESTANA (in t. Ἀκειλία Φριστάνη, sed cf. IX 2334), uxor Ti. Claudii Cleobolis, una cum marito in titulo filii (cuius nomen perit) Ephesio nondum edito nominatur; filius videtur Claudius Acilius Cleoboles; cf. stemma Glabrionum. Gr.
- 90 ACILIA GAVINIA FRESTANA, clarissima puella, Claudii Acili Cleobolis filia, M'. Acili Faustini consulis (a. 210) neptis, Acili Glabrionis bis consulis (II a. 186) proneptis, Ti. Claudii Cleobolis senioris consulis neptis IX 2334 = D. 1134 t. Allifanus. Gr.
- 91 ACILIA M'. F. MANLIOLA, clarissima femina, M'. Acili Glabrionis sen(ioris) consulis (a. 152) proneptis, M'. Acili Glabrionis cos. II (a. 186) neptis, M'. Acili Faustini consulis (a. 210) filia, statua honoratur ab ordine decurionum Allifanorum IX 2333 = D. 1133. Num legendum sit in latere XV 2225 ex pr(aedis) Acili(ae) Mallio[lae], ut placuit Borghesio, valde dubito. Gr.
- 92 Acme, Iudaea, Liviae Augusti ancilla, Augusti iussu interfecta *Ios. ant.* 17, 134. 137. 139, 141. 145. 182. 183, bell. 1, 641—643. 645. 661. St.

- 93 L. ACONIVS CALLISTVS, *signo* Cynegius, clarissimae memoriae vir, maritus Oratiae Maximae t. Volsiniensis XI 2700 = Diehl ILChr 143. *Filius videtur eius qui sequitur nisi idem est.* St.
- 94 L. Aconius Callistus, tribunus militum leg. XIII Geminae Severianae t. Volsiniensis XI 2699 = D. 5013. *Idem videtur L. Aco.... filius L. Aco[ni] P[om.] Call[isti] aedilis (Volsiniensium) XI 2708 neque diversus L. Aconius L. [f.] Callistus [L]aur. Lavina[s] XI 7282 t. Volsiniensis.* St.
- L. RANIVS OPTATVS *signo* ACONTIANVS.
- 95 Acratus, Neronis libertus Tac. a. 15, 45; 16, 23, Dio Chrys. orat. 31, 149. St.
- Helenius Acro.
- Claudia Acte.
- C. ARRIVS SPEDIVS ACTIANVS.
- 96 Actius, comoedus a Tiberio manumissus Suet. Tib. 47. St.
- CN. PAPIRIUS ACTIVS.
- Actumerus, v. Catumerus.
- VS C. IVLIVS ACVRIVS (?) ... PATERNVS.
- 97 Q. ACVTIVS Q. F..... (*num praeter tribum cognomen perierit, incertum*), inter testes senatus consulti de Mytilenaeis facti a. 729 = 25 IG 12, 2, 35. Gr.
- 98 Q. ACVTIVS FAIENANVS (*sic in t. teste Wickert*), legatus pro praetore provinciae Lusitaniae primis imperii temporibus ut videtur t. Emeritae rep. Bull. ant. Fr. 1914, 105, 3. Gr.
- 99 Q. ACVTIVS FLACCVS, proconsul (Achaiae ut videtur), patronus communis Thessalorum, a quo honoratur t. Phalannae Perrhaeborum rep. Ἀρχ. Δελτ. 10, 51, 2. Gr.
- 100 M. Acutius Iust[us vel Iustinus], nominatur in t. Lambaesito Nerva adhuc vivo et Traiano consulibus, i. e. a. 98 ante diem XXV mensis Ian., posito (Ann. ép. 1918, 28); videndum num legatus fuerit legionis III Aug. Gr.
- 101 Q. ACVTIVS NERVA, consul designatus a. 100 in senatu sententiam dicit Plin. ep. 2, 12, 2 (Acutius Nerva), consul igitur suffectus eodem anno. Legatus Aug. pro pr. Germaniae inferioris paullo post, fortasse ab a. 101 usque ad a. 103/104, nominatur in titulis a vexillationibus exercitus Germaniae inferioris, q(uae) s(ub) Q. Acut(io)s(unt), Herculi Saxano dedicatis XIII 7715. 7716. 7967. Gr.
- 102 ACVTIA, P. Vitellii (comitis quondam Germanici) uxor, post eius mortem a. 37 a Laelio Balbo maiestatis postulata et damnata Tac. a. 6, 47. Gr.
- Antonius Acutus.
- 103 Adaeus, rhetor Graecus, e Asianis non proiecti nominis Sen. contr. 9, 1, 12, sententiae eius ib. 1, 7, 18; 9, 2, 29; 10, 4, 19; 10, 5, 21. St.
- 104 Addon (cf. Holder Altcelt. Sprachschatz s. v., sic Dio 55, 10 a, 6 = Zonar.

- 10, 36, Ador *Strab.* 11, 529, Adduus *Vell.* 2, 102, 2, Donnes *Flor.* 2, 32 = *Ruf. Fest.* 19), a rege Parthorum Artagiris praefectus C. Caesarem vulneravit, mox interfectus est *Strab.*, *Vell.*, *Dio.*, *Flor.* l. c. *St.*
- 105 Adgandestrius, princeps Chattorum *Tac. a.* 2, 88. *Nomen corruptum esse ex forma Gandestrius post Iacobum Grimm multi probare studuerunt, cf. Much Wörter u. Sachen* 6, 218 sq. *St.*
- Calventius Adiutor.
- C. CLODIVS ADIVTOR.
- 106 Adminius, Cynobellini Britannorum regis filius, a patre pulsus ad imperatorem Gaium confugit *Suet. Cal.* 44, 2 = *Oros.* 7, 5, 5 (*ubi nomen Minocynobelinus corruptum et cum patris confusum*). *St.*
- 107 ADSIDIUS (?) SEVERVS, praeses provinciae ut videtur, cui divus Traianus rescripsit *Ulp. l.* 7 de officio proconsulis dig. 48, 19, 5. *Nomen gentile sine dubio corruptum; fortasse fuit Annidius et idem atque Annidius Severus consularis VI 9146 = D. 7378.* *Gr.*
- 108 Adventus: ad eum dedit Iulius Solinus collectanea *inscr.* *St.*
- Q. ANTISTIVS ADVENTVS POSTVMIVS AQVILINVS.
- L. ANTISTIVS BVRRVS ADVENTVS.
- M. OCLATINIVS ADVENTVS.
- 109 Advolans, gladiator *Martial.* 5, 24, 6. *St.*
- . . . VS C. IVLIVS ADVRIVS (?) . . . PATERNVS.
- P. Atilius Aebutianus.
- 110 Aebutius, decurio equitum bello Iudaico occisus *Ios. bell.* 3, 144; 4, 36; *vita c.* 24. *St.*
- 111 Aebutius Liberalis, ad quem Seneca libros dedit de beneficiis, *ubi nominatur passim. Idem sine dubio Liberalis noster tristis incendio Lugdunensis coloniae patriae suae Sen. ep.* 91, 13. 1. 3, *cf. de benef.* 7, 31, 5. *Parentela quadam coniunctus Q. Aebutius Liberalis centurio legionis XI Claudiae Neronis opinor aetate III 2883 (= 15045²). 9973 = D. 5953 a. 5953. Jahresh.* 8 B. 53. *Ex eadem familia videtur Ti. Claudius Liberalis Aebutianus, Ti. f. Quirina, tribunus militum legionis III Cyrenaicae XIV 4239 = D. 1013.* *St.*
- 112 Aedemon, libertus Ptolemaei regis Mauretaniae, cuius necem ulciscens Claudio principe rebellavit *Plin. n. h.* 5, 11. Oppressus bello a M. Val. Severo t. *Volubilitanus Compt. rend.* 1915, 396 (= *Cagnat-Merlin Inscr. Lat. d'Afr.* 634 p. 187; *Journ. des sav.* 1916, 484). *St.*
- 113 M. AEDINIUS IVLIANVS. *Tituli IX 338 album Canusinum (1). XIII 3162 (imago Rev. épigr. 1914 pl. II) (2). Papyri P. Flor.* 3, 382 (= 1, 57) (1). *P. Oxy.* 1, 35 (2). *Tria nomina t. 1, ceterum Aedinius Iulianus. Praefectus Aegypti p. 1, v. 27; 2, a. 222 p. 1, v. 92 et 223 p. 2. Eodem anno iam clarissimus vir, patronus Canusinorum t. 1. Legatus Augusti provinciae Lugdunensis t. 2. Praefectus praetorio a. 238 vel paullo ante t. 2.* *St.*

- 114 AEDIA SERVILIA, memoratur in titulis libertorum servorumque urbano VI 353 = D. 4375, quem posuit libertus a. 51 (1), Allifanis IX 2424 (2). 2363 = D. 6514 (3). 2365 (4), cf. etiam 2344. 2370.
Aedia Servilia t. 2. Servilia alibi. M. f. ex praenomine liberti t. 1 (M. Aidius Serviliai Aviol[ai] lib. Amerimnus; L. Aedius L. l. Optatus IX 2364 = D. 6515 fortasse libertus fratris); uxor (M. Acilii) Aviolae (cos. a. 54) t. 1; fundos videtur habuisse Allifis. Gr.
- 115 M. AEFVLANVS (supplendum aut patris nomen aut cognomen ipsius), proconsul (Asiae) sub Nerone, memoratur in t. Smyrnaeo CIG 3187 = IGR 4, 1410. Huius fortasse libertus M. Aefulanus M. l. Primus VI 34221. Gr.
- 116 Aefulanus Marcellinus, ad quem scripsit Plinius ep. 5, 16; ad eundem fortasse 8, 23 (inscriptam Marcellino). St.
- 117 Aegialus, sub Nerone avaritia et potentia multum rapuit perdiditque Tac. h. 1, 37. Vix idem Vetulenus Aegialus. St.
— Vetulenus Aegialus.
— Aegnatia Priscilla v. Egnatia Priscilla.
— Q. Aegrilius Plarianus v. Egrilius.
— Axia Aeliana.
- 118 AELIANVS, consul cum Pertinae sub divo Marco frgm. Vat. 203; fortasse Iulianus pro Aeliano ponendus, v. infra sub M. Didio Severo Iuliano. Gr.
— AELIANVS III 3747 v. infra sub Flavio Aeliano.
- 119 Aelianus, facundus, amicus Martialis 12, 24, 3; nescio an idem 11, 40, 5. St.
- 120 Aelianus, auctor libri, qui *Tactica* inscribitur, dedicati Traiano Augusto (perperam Ἀδριανέ traditur, cum Nervam patrem dicat) colloquio Formiis habito cum (Sex. Iulio) Frontino viro consulari (cos. ord. III a. 100) *Aelian. tactic. praef.* Incertum num recte iudicaverit Wiegand eundem esse Ael. Aelianum stoicum (t. *Milesius Abh. Berl. Ak.* 1911, 71). St.
— Ael. Aelianus.
— **Aelius Aelianus.**
— P. AELIVS AELIANVS ARCHELAVS MARCVS.
— L. AELIVS PLAVTIVS LAMIA AELIANVS.
— Aemilius Aelianus.
— M. ANNAEVS SATVRNINVS CLODIANVS AELIANVS.
— **Antonius Aelianus.**
— **Q. Axius Aelianus.**
— CAPITO AELIA[NVS].
— **Casperius Aelianus.**
— Q. CASSIVS AGRIANVS AELIANVS.
— CELSVS AELIANVS.

- Claudius Aelianus.
 — FLACCVS AELIANVS.
 — FLAVIVS AELIANVS.
 — C. IVLIVS FLACCVS AELIANVS.
 — Maecius (?) Aelianus.
 — CN. PAPIRIVS AELIANVS.
 — CN. PAPIRIVS AELIANVS AEMIL[IANVS] TVSCILLVS.
 — PLAVTIVS [AELIVS LA]MIA SILVANVS [AELIANVS] v. *infra* n. 206.
 — TI. PLAVTIVS SILVANVS AELIANVS.
 — POMPEIVS AELIANVS.
 — CN. POMPEIVS HERMIPPVS AELIANVS.
 — **Porcius Aelianus.**
 — L. ROSCIVS AELIANVS MAECIVS CELER.
 — L. ROSCIVS AELIANVS PACVLVS.
 — L. ROSCIVS [AELIANVS? PACVLVS? MAE]CIVS CELER M.... POSTVMVS
 MAM..... VERGILIVS STABERIA[NVS].
 — L. ROSCIVS AELIANVS PACVLVS SALVIVS IVLIANVS.
 — T. Ulpius Aelianus Antoninus.
 — T. Ulpius Aelianus Papianus.
 — C. VLPIVS AELIANVS SEVERVS.
 — Aelius: [qui et] Ceionius et Aelius vocitatus est, *vide* Nicomedes.
 121 Aelius, vir militaris, coronis aureis donatus, propter insanabilem morbum
 mortem sibi conscivit *Apollonides (qui scripsit Augusti aetate) anth. Pal.*
 7, 233. *St.*
 122 Aelius, vir egregius, procurator Augusti (ὁ κράτιστος ἐπίτροπος) in
 Aegypto a. 135/6, *BGU* 3, 891. *St.*
 123 Aelius, pr(aeses) [provinciae Sardiniae] *Eph. ep.* 8, 753 *miliar.*
Sard. *St.*
 124 P. Aelius, proc. mo[netae Augusti?] aetate Caracallae VI 36938. *St.*
 125 Q. A[ELIVS?] (*litterae bon num ad nomina pertineant, incertum*),
 honoratur una cum P. Aelio Secundino, *fortasse patre eius*, a Thuggensibus
 VIII 26577. *Gr.*
 126 VS L. AELIVS RVTOTIANVS (?), ὁ λαμπρότα[τος ὑπατικός?],
 honoratus publice t. *Bithymiae Bull. hell.* 24, 421, 129 (... ὁ Λούκιον
 Αἴλιον . . . ρου Τοτιανοῦ *editor minus recte puto*). *Cognomen quomodo*
restituendum sit, discernere vix ausim. Fortasse saec. IIII. *Gr.*
 127 Aelius Achilles, rationalis Augustorum a. 193 VI 1585 a. b = D.
 5920 (*imago tituli Gradewitz Simulacra t. XXV. XXVI*). *St.*
 128 Ael(ius) Aelianus, philosophus stoicus, πρ(ο)φήτης *titulus Didymaeus quem*
ed. Wiegand Abh. Berl. Ak. 1911, Anhang Abh. 1, 71; editori idem videtur
ess e Aelianus qui cum (Sex. Iulio) Frontino consulari viro Formiis col-
loquio habito adductus ad scribendum de re militari Graecorum τακτικὴν

θεωρίαν imperatori Traiano dedicavit *Aeliam. prooem.*, cf. *Koehly-Ruestow Griech. Kriegsschr.* 2, 199 sqq. *K. K. Müller RE* 1, 482, 10. *Christ-Schmid* 2^o, 804. *Quod Aelianus tacticus in subscriptione cod. Laur.* 55, 4 ἀρχιερέως nominatur, id utrum ad sacerdotium prophetae pertineat an errore a Claudio Aeliano ad Aelianum tacticum translatum sit, incertum est. *W.*

- 129 **Aelius Aelianus**, vir egregius, ducenarius ex protectoribus procurator Epiri et Pannoniae et procurator (*nescio cuius officii*) in Italia, censitor provinciae Norici *t. positus Photice Epiri Bull. hell.* 31, 39 = Ἐφημ. ἀρχ. 1914, 240 (*cum imagine*) = *D.* 9478. *Idem videtur Aelius Aelianus praefectus legionis II adiutricis, protector Augusti III 3529 (t. Aquincensis), neque fortasse diversus Aelius Aelianus, vir perfectissimus, praeses provinciae Mauretaniae Caesariensis, qui ob prostratam gentem Bavarum Mesegneitisium praedasque omnes ac familias eorum abductas dedicavit t. VIII 21486 = D. 4495. St.*
- 130 **P. AELIVS P. FIL. AELIANVS ARCHELAVS MARCVS**, originis clarissimae vir, patronus Volturni *t. ei positus Volturni X 3725; III. vel IIII. saec. Gr.*
- 131 **Aelius Aemilianus**, praefectus classis Misenensis a. 247 *III p. 2003 dipl. 91 = X 3335. St.*
- 132 **T. Aelius Agathopus**, Augusti libertus, procurator vicesimae hereditatum *VI 5554 = D. 1547. St.*
- 133 **Aelius Aglaus**, vir egregius (ὁ κράτιστος), procurator Augustorum et vice proconsulis Asiae sub Septimio Severo, *ut videtur*, et Caracalla *t. Lydius ed. ab Jos. Keil et A. Premerstein, Denkschr. Wien. Akad.* 57, 1 (1914) n. 55. *St.*
- 134 **P. Aelius Alcibiades**. *Ei positi sunt tituli Nysaei a phylis huius oppidi (cf. Ramsay Bull. hell.* 7, 269 sq.) *CIG 2947 (= D. 8857) (1). 2948 (2). Ramsay l. l. = Pappakonstantinu Αἱ Τράλλεις n. 73 (3), ab homine privato Lebas 1652 f = Sterrett Epigr. Journey n. 3 = Pappakonstantinu l. c. 81 (4); ipse posuit eodem loco (non Trallibus) in honorem Hadriani tit. Ἀρχ. Δελτ. 7 (1921/2), 86 (cum imagine) = Pappakonstantinu n. 51, cf. Ath. Mitt. 46, 21 = SEG 1, 441 (5); tit. arae, quam in thermis Tauri prope Centumcellas Nymphis dedicavit, Not. d. sc. 1923, 342 = SEG 2, 529 (6). Tria nomina exhibent t. 1—4, ceterum Alcibiades. Origine Nysaeus. Hadriani libertus (t. 5. 6) a cubiculo t. 1—6. Phlegon Trallianus ad eum dedit Olympiadas Photius 83, 97 B.*
- ... Aelius [Alc]ibiades [ὁ νεώτερος, filius eius *ut videtur*, [Arte]midorus nepos *t. Mastauensis Wadd. 1666; idem filius fortasse vel arta parentela cum eo coniunctus T. Aelius Alcibiades t. Nysaei Bull. hell.* 9, 124—128 (*imaginem habes Δελτ. l. c. 83, cf. Wilhelm Jahresh. 24, 191 sq.) et alter ineditus. St.*
- 135 **P. Ael(ius) Ammonius**, praefectus cohortis Hispanorum, tribunus cohortis I Germanorum, praepositus numerorum Cappadocum in Armenia tendentium (ἡγησάμενος στρατιωτικοῦ ἐν παρατάξει Ἀρμενιακῆ στρατιω-

τῶν ἐπαρχείας Καππαδόκων; cf. *Mommsen Ges. Schr.* 6, 149, 1), praefectus alae I Flaviae Gaetulorum, praepositus numerorum in ea provincia (sc. Moesia inferiore), praefectus classis Flaviae Moesicae Gordianae, vir egregius, procurator Augusti provinciae Moesiae inferioris t. *Tomitanus D.* 8851. *Potest idem esse Ammonius, ad quem Gordianus rescripsit a.* 240 *Cod. Iust.* 6, 45, 2. St.

136 **P. Aelius Hammonius**, [i]un(ior), procurator Aug[g.] (Daciae Apulensis) t. *Sarmizegetusensis, Daicovici, Anuarul institutului de studii clasice, Cluj (Klausenburg)* 1930, 4 = *Ann. ép.* 1930, 135. *Filius sine dubio eius, qui praecedat.* St.

137 AEL(IVS) ANTIPATER (nomen gentile in t. *Ephesio*), Zeuxidemi filius, Hieropolitanus Phrygiae (cf. *Cichorius Jahrb. Ergänz.* 4, 35 sqq.), sophista, ab epistulis Graecis ([τὴν τὰξιν τῶν Ἑλλη[ν]ικῶν ἐπιστολῶν ἐπιτετραμμένος tit.) imperatoris Septimii Severi, magister Antonini et Getae *Philostr. v. soph.* 2, 24; 25, 4 (ab epistulis eo tempore, quo Severus in Oriente versatus est). *Galen.* 14, 218. *Epistula Caracallae Forsch. Ephes.* 2, 125, 26 v. 18, vir egregius, amicus et magister Caracallae *Forsch. l. c.* Adlectus inter consulares a Severo, legatus Augusti Bithyniae, postea dimissus *Philostr. l. c.* 2, 24, 2. Superstes Getae sexaginta octo annos agens mortuus est inedia (ob iram Caracallae in se conversam?) *ib.*

Scriptis praeter orationes res gestas Severi *ib.* 24, 1. Filiam Hermocrati Phocaeensi in matrimonium dedit *ib.* 25, 4. Nominatur *ib.* 26, 3, *Rhet. Gr.* 7, 235. 244 W. *Diversus ab eo strategus Hierapolis nummus semel descriptus a Vaillantio (Mionnet* 4, 34, cf. *Münsterberg Num. Ztschr.* 1915, 120), ubi legitur Αὐρ. Ἀντιπάτρου. St.

138 **T. Aelius Antipater**, procurator Augustorum, maritus Umbriciae Bassae t. *Sentinis XI* 5738 = *D.* 4397. St.

139 P. Ael. Antipater Marcellus, eques Romanus, decurio coloniae Apuli, filius P. Aeli Antipatri a militiis et duumviri coloniae eiusdem, et ad-optimus P. Aeli Marcelli t. *Apulensis III* 1181, cf. *Ann. ép.* 1930, 7. 8. St.

140 T. AELIVS ANTONINVS, M. Aureli Caesaris et Anniae Faustinae Augustae filius t. *Olympicus, Inschr. v. Olymp.* 616 = *D.* 8803c. *Idem potest esse filius Marci Caesaris qui a. 147 ineunte natus paucis diebus post defunctus est (t. Smyrnaeus Dittenberger Syll.* 2³, 851 = *IGR* 4, 1399) nec fortasse diversus a T. Aurelio Antonino cuius t. sepulchralis in mausoleo Hadriani fixus erat (*VI* 993 = *D.* 383), ut nomina eius fuerint plena T. Aelius Aurelius Antoninus. St.

141 P. Aelius Apollonianus, primipifaris, filius P. Aeli Hilariani consularis, pater P. Aeli Hilariani equitis Romani et aliorum (vel certe alterius) ordinis senatorii, maritus Tiberiae Iuliae Antoniae Letoidis tituli *Aphrodisiadenses Wadd.* 595. 1617. St.

142 P. Aelius Apollonius, Atheniensis, ἄρξας τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν καὶ ἄρξας

τὴν τοῦ βασιλέως ἀρχὴν καὶ στρατηγήσας ἐπὶ τοὺς ὀπλείτας καὶ ἐπιμελησάμενος τῆς γυμνασιαρχίας καὶ κηρυκείσας τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς *tit. Eleus.* Ἐφ. ἀρχ. 1885, 147/8. *Idem videtur esse Apollonius, Athéniensis, sophista; artis rhetoricae Athenis magister, ibidem ἀρχων ἐπώνυμος et στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὄπλων et, iam senex, hierophanta Eleusinius. Legatione ad imperatorem Septimium Severum suscepta (a. 197? cf. J. Hasebroek Sept. Sev. p. 1 not. 2; v. etiam v. Premmerstein Jahresh. 16, 263) Romae Heraclidem sophistam certamine vicit. Mortuus est ca. 75 annos natus Philostr. v. soph. 2, 20. Ad eum pertinere videtur fragmentum inscriptionis IG 3, 775 a. Nec diversus fortasse Apollonius Atheniensis hierophanta tit. Eleus. Ἐφ. ἀρχ. 1883, 79/80 n. 7. Omnino cf. Wilhelm RE 2, 121, 1; Kirchner ib. 122, 9; W. Schmid ib. 144, 88. Wilhelm Beitr. zur gr. Inschriftenkunde 96 sq. Toepffer Att. Genealogie 59, 18.* W.

143 **Aelius Apollonius**, procurator Augustorum a. 169 (vel paullo ante) *t. Gortynius III 14 120 = D. 4052.* St.

144 **L. AELIVS APPAIENVVS IVNIANVS**, clarissimus puer *t. sarcophagi rep. in sacra via VI 31 682; fortasse saec. IIII.* Gr.

145 **P. Aelius Aristides Theodorus**, rhetor. *Titulus eius Alexandrinus (?) CIG 4679 add. p. 1185 sq. = Ditt. Or. Gr. 709 (1), quem ei posuerunt ἡ πόλις τῶν Ἀλεξανδρέων καὶ Ἐρμούπολις ἡ μεγάλη καὶ ἡ βουλὴ ἡ Ἀντινοέων νέων Ἑλλήνων καὶ οἱ ἐν τῷ Δέλτα τῆς Αἰγύπτου καὶ οἱ τὸν Θηβαϊκὸν νομὸν οἰκοῦντες Ἕλληνας. Aristides ipse posuit fortasse tit. Hadrianutheris Mysiae rep. Ath. Mitt. 1904, 280 (2). (Titulus a Ligorio fictus CIG 6026 = IG 14, 156*.)*

Plena nomina exhibet tit. 1. Aelius Aristides in inscriptione orationis 41 D. = 19 K. ad imperatores Marcum et Commodum missae et in enarratione oraculi cuiusdam 1,540 D. = 2,457 K. Theodori nomen post morbum sibi indidit Arist. 1, 518. 522 D. = 2, 439. 443 K. In tit. 2 et apud scriptores semper Aristides.

Oriundus fuit ex civitate Mysiae Hadrianutheris, *v. Wiegand Ath. Mitt. 1904, 280. Weber Hadrian 131; cf. Philostr. vit. soph. 2, 9, 1. (Sopatri) Proleg., Arist. 3, 737 D. Suid. s. Ἀριστείδης. Filius Eudaemonis Proleg., Suid. l. l.; εἴτε Εὐδαίμωνος εἴτε Εὐδαίμων Philostr. l. l. Grammaticam didicit sub Alexandro Cotiaensi, in cuius honorem mortui scripsit ἐπὶ Ἀλεξάνδρω ἐπιτάφιον or. 12 D. = 32 K. Rhetoricae magistro usus est (Antonio) Polemone Smyrnaeo Suid., Proleg. l. l., praeterea Athenis audivit Herodem Atticum, Pergami Aristoclem Suid., Philostr. l. l. Adulescens itinera suscepit in Aegyptum Arist. or. 48 D. = 36 K., Philostr. 2, 9, 2. Imperante Pio profectus est Romam, ubi orationem εἰς Ῥώμην (14 D. = 26 K.) habuit. In eo itinere gravi morbo correptus est Arist. 1, 481 sqq. D. = 2, 408 sqq. K., quo per multos annos laboravit Arist. passim, neque*

pestis Lucii Veri bello Parthico exorta ei pepercit *Arist. 1, 475 sq. D. = 2, 402 sqq. K.*; cf. *Boulanger Aelius Aristide (1923), 469 sqq.*

Ab imperatore eiusque filio (sc. *Pio et Marco*) immunitatem accepit *Arist. 1, 524 D. = 2, 444 K. De proconsulum Asiae, qui ab Aristide memorantur, serie cf. Boulanger l. l. p. 472 sqq. et 485 sqq.* Litterae (C. Avidii) Heliodori praefecti Aegypti ad eum datae *Arist. 1, 524 D. = 2, 444 K.* Imperator Marcus cum Commodo filio (a. 176) eum Smyrnae audivit *Philostr. 2, 9, 3 sq., cf. Proleg. 738 et Arist. 1, 439 sq. D. = 2, 23 K.* Cum Smyrna urbs a. 178 terrae motu graviter percussa esset, Aristides oratione ad imperatores missa (*or. 41 D. = 19 K., cf. or. 20 D. = 18 K.*) effecit, ut Marcus urbem restaurandam curaret *Philostr. 2, 9, 2. 4, cf. Arist. or. 21 D. = 20 K.* Vitam produxit usque ad Commodi imperium *Suid.,* cui misit orationem *22 D. = 21 K.* Ἀποθανεῖν δὲ τὸν Ἀριστείδην οἱ μὲν οἴκοι γράφουσιν, οἱ δ' ἐν Ἰωνίᾳ, ἔτη βιώσαντα οἱ μὲν ἐξήκοντά φασιν, οἱ δ' ἄρχου τῶν ἑβδομήκοντα *Philostr. 2, 9, 7.*

De chronologia vitae eius post alios copiose egit Boulanger l. l. 461 sqq. Omnino cf. W. Schmid RE 2, 886, 24. Christ-Schmid 2⁶, 698 sqq. 1493 sq. Boulanger l. l. 111 sqq. v. Wilamowitz Sitz.-Ber. Berl. 1925, 333 sqq.

W.

146 Aelius Asclepiades, scripsit librum, qui Στέφανοι *inscriptus fuisse videtur, Athen. 15, 676 f; cf. 679 b, ubi cognomen solum affertur.* W.

147 T. AELIVS AURELIVS, M. Aurelii Caesaris et Faustinae Augustae filius, *t. sepulchralis in mausoleo Hadriani VI 994 = D. 384; defunctus vivo Pio.* St.

148 L. Aelius Aurelius Agrippus Memphius Apolaustus. *Tituli ei positi VI 10 117 = D. 5190 (1). IX 344 = D. 5188 Canusinus (2). X 3716 = D. 5189 Campanus (3). XIV 4254 = D. 5191 (cf. add. p. CLXXXV) Tiburtinus (4). XIV 5375 Ostiensis (5); ipse posuit X 6219 = D. 5187 Fundanum (6); nominatur in fragmento Veientano XI 3822 = D. 5192 (7).* Agrippus histrio, cui cognomentum erat Memfi, quem Verus Apolaustum nominavit *vita Veri 8.* [L. A]elius [Aur]elius Apolaustus *t. 2.* L. Aurelius Apolaustus Memphius *t. 1. 4.* L. Aurelius A[p]olaustus pantomimus Mem[fi]us *t. 6.* L. Aurelius Augustorum libertus Apolaustus Memphius *t. 5.* [L.] Aureli[us] Apolaustus *t. 3.* [... Apolaus]ti Memphi senioris *t. 7.* Apolaustus *Fronto ad Ver. 1, 2 (p. 115 N. = 1, p. 304 Haines). Vita Comm. 7.*

Pantomimus *t. 2. 4. 6,* hieronica temporis sui primus *t. 2. 4,* bis coronatus et dia panton (διὰ πάντων) *t. 1. 3.* (*Idem videtur L. Aur. Apolaustus, qui in catalogo Neapolitano Not. d. sc. 1890, 41 memoratur victor διὰ πάντων*). Parasitus et sacerdos Apollinis solus vittatus *t. 1. 3. 4.* Augustalis Capuae maximus *t. 3.* Archiereus synhodi et Augustorum *t. 1.* Augustalium quinquennalis (Canusii) *t. 2.* Herculanus Augustalis (Tibure), ornamentis decurionatus honoratus *t. 4.*

Verus eum e Syria veluti tropaeum Parthicum adduxerat *vita Veri* 8. Augusti libertus *t. 2*, Augustorum libertus *t. 1. 4*, libertus aulicus *vita Comm. 7*. Cleandro occiso interemptus est *ib.* *Eum* significat Athen. 1, 20 C Μέμφιν histrionem doctissimum appellatum esse ex antiquissima urbe regia contendens. Memoratur ut pantomimus celeberrimus Fronto *l. c.*, quamquam Mommsen *Ges. Schr. 4*, 483 sqq. eundem intellegi negat; nam talia artificum nomina tralaticia fuisse et Friedländer-Drexel *Sittengesch. 4^o*, 197 sqq. ostendit et denuo testis est tit. Capenas XI 7767 saec. p. Chr. n. primo scriptus nomen Apolausti maioris et Apolausti minoris exhibens; cf. *Cultrera Not. d. sc. 1915*, 161 sqq. Idem, si non eiusdem viri, nomen Ad. Wilhelm *Herm. 62*, 491 sqq. in fragmento protreptici sophistae anonymi quod ed. post Cramerum *Anecd. Gr. Paris. 1*, 165 sqq. A. Bohler *Diss. Strassb. 1903* pro tradito ἀπ' αὐτοῦ probabiliter restituit. Diversus ab eo Aur. Apolaustus eques Romanus archiater Ephesi *t. Ephesus ed. ab J. Keil, Forsch. Ephes. 3*, 141, 55. St.

— M. AELIVS AVRELIVS CAESAR *vide* M. ANIVS VERVS.

— L. AELIVS AVRELIVS COMMODVS *vide* L. CEIONIVS COMMODVS.

— IMP. CAESAR L. AELIVS AVRELIVS COMMODVS *vide* M. AVRELIVS AVGVSTVS COMMODVS ANTONINVS.

149 T. AELIVS AVRELIVS T. F. EPIANVS, praetor, legatus pr. pr. provinciae Africae, curator viae Clodiae, legatus Aug. legionis X geminae XIV 2164 *t. mutilus Aricinus (repetitus VI 31 683)*; honores in *t. ordine inverso recensentur. Fortasse filius Epii Aug. (sc. Antonini Pii) lib. tabularii rationis hereditatum et Flaviae Callistae, qui memorantur in t. sepulchrali Albano XIV 2262 = D. 1645.* Gr.

— L. Ael. Aurel. Sep. Abgarus *v. Abgarus.*

150 M. AELIVS AVRELIVS THEO, memoratur in titulis, quos ei posuerunt Ariminii ordo Ariminensium XI 376 = D. 1192 (1), Bostrae optiones centurionum legionis III Cyrenaicae Valerianae Gallianae (*sic*) III 89 = D. 1193 = *Princeton Univ. Arch. exped. Syria sect. 3 A 4*, 232 (2), in eodem oppido Statilius Ammianus praefectus alae III 90 = *Princ. Univ. p. 225* (3); nominari videtur in *t. reperto loco qui hodie dicitur Kalaat ez Zerga Rev. bibl. 1905*, 94, cf. Brünnow-Domaszewski *Arabia 3*, 293 (4).

M. Aelius Aurelius Theo *t. 1*; Aelius Aurelius Theo *t. 2. 3*; Aur[elium Theone]m (?) *t. 4*.

Vir clarissimus *t. 1. 3*. Honores usque ad iuridici officium ordine inverso exhibet *t. 1*: decemvir scitibus (*sic*) iudicandis, tribunus militum latilavus legionis XI Claudiae item trib. mil. laticl. leg. XII Fulminatae, adlectus inter quaestorios, tribunus plebis, praetor, sodalis Hadrianalis, iuridicus de infinito per Flaminiam et Umbriam Picenum. Postea legatus Augustorum (*Valeriani et Gallieni*) pr. pr. (praeses *t. 3*) provinciae Arabiae *t. 2. 3* (*quid vocabulum vet. in t. 3 post praes. provinc. Arabiae positum*

sibi velit, discernere nolim; vel restituit Kubitschek Sitz. Ber. Wien 177 (1916) 4, 28). 4 (si huc pertinet); consul designatus t. 2 (in fine co(n)-s(uli) [fe]c(erunt) legendum esse coniecit Mommsen). Patronus Arimnensium t. 1. Gr.

— M. AELIVS AVRELIUS VERVS CAESAR vide M. ANNIVS VERVS.

151 Aelius Baebius Heliodorus, filius Aeli Heliodori, pater Aeliae Baebiae Heliodorae t. *Thessalonicensis ed. in ephemeride quae appellatur Ἀλήθεια d. 23 sept. 1906. St.*

152 AELIVS BASSIANVS, proconsul Africae aetate Antonini Pii *vita Clod. Alb. 4, 5, 6 in epistula ficta. Gr.*

153 AELIVS BASSVS (Petr. Patr. fr. 6) recte Iallius Bassus, sub quo vide. Gr.

154 P. AELIVS BRVTT[IVS] LVCIANVS, ὁ λαμπρότατος, proconsul Lyciae [et Pamphyliae], publice honoratus Attaleae Pamphyliae IGR 3, 776. Gr.

— L. AELIVS CAESAR vide L. CEIONIVS COMMODVS.

155 T. Aelius Carpus, Augusti libertus, procurator (rationis patrimonio ut videtur) provinciae Lyciae III 14 179 t. *Pataris positus ab Aelia Cale uxore. St.*

156 Ael(ius) Casinus Atianus, vir perfectissimus, praeses provinciae Ponti a. 279 *miliarii prope Sinopen rep. Amer. Journ. arch. 1905, 329 (melius 1906, 433). Amer. Journ. phil. 1906, 449. St.*

157 SEX. AELIVS CATVS, consul a. 4 p. C. — *In consulatu: Sex. Aelius Q. f. L. n. Catus fasti Capitolini I² p. 29. Σέξτος Αἰμίλιος Κ. υἱ. Κάτος Dio ind. l. 55. Sex. Ael. Cat. Not. d. se. 1902, 268, 1. Sex. Aelius I² p. 68 = XIV 2801 fasti Gabini (min. XI). VI 33 544. Cassiod. chron. (Chron. min. 2, 136). .. Aelius Catus XI 1421 v. 52 = D. 140. Aelius Catus Vell. 2, 103, 3 ... Aelius I² p. 243 (kal. Amitern). X 893. Catulus chronogr. a. 354. fasti Ital. (cf. Chron. min. 3, 501).*

Q. f. L. n. fasti Capitol., Q. f. Dio l. l. Q. Aelii L. f. Tuberonis iuris consulti filium fuisse probabiliter coniecit Cichorius Röm. Stud. 226 sq.; idem suspicatur Varronem logistoricorum librum, qui inscribitur 'Catus de liberis educandis', patri Cati nostri tunc ipsum nati dedicavisse.

Consul primo semestri a. p. C. 4 cum C. Sentio Saturnino v. supra. Hi consules legem tulerunt de manumissionibus Aeliam Sentiam, quae citatur apud Gaium passim, Ulpian. reg. 1, 11—15; 7, 4, Dosith. 16, collat. 16, 2, 5, dig. 40, 9, 32 cet. (cf. Leonhard RE 12, 2321). Idem videtur Αἴλιος Κάτος, qui quinquaginta milia Getarum e regionibus Transdanuvianis in Thraciam traduxit Strabo 7, 303; minus recte Premerstein Jahresh. 1 B. 157 hunc Aelium Catum diversum putavit a consule a. 4 (aptius Mommsen R. g.² 132. Ritterling RE 12, 1238) neque merito pro nomine lectionis corruptae Λούκιος Γάιος Dio 54, 20, 3 substituit Λούκιος Κάτος (cf. Ritterling l. l. 1229, cuius lectio Λούκιος Τάριος mihi probatur). Pater fortasse Aeliarum Catellae et Paetinae. Gr.

- 158 AELIVS CELSVS, senator a Septimio Severo sine causae dictione occisus *vit. Sev. 13, 2, pater fortasse Aeliae Celsinillae consularis feminae. Gr.*
- 159 AELIVS CESETTIANVS, praefectus urbi a. 275 *vita Tac. 7, 2; nomen fictum videtur. Gr.*
- 160 Aelius Cladeus, a memoria et cubiculo Aug(usti), VI 8616 = D. 1672. *Sine dubio libertus Augusti (Hadriani vel Antonini Pii). St.*
- 161 AEL(IVS) COERANVS. *Sic t. Ephesius, Forsch. Ephes. 2, 125, 26; Coeranus Dio.*
 Natione Aegyptius *Dio exc. 76, 5, 5.* A libellis imperatorum Severi et Caracallae (τὴν ἐξή[γησι]ν τῶν ἀξιωματῶν πεπιστευμένος) *tit.* Propter Plautiani affectatam amicitiam in insulam relegatus (a. 205), septem annis post revocatus, primus (*quod non plane convenit*) omnium Aegyptiorum in senatum adlectus statim consul factus est *Dio 76, 5, 3—5, cf. 51, 17, 3; 77, 3, 3. St.*
- 162 P. AELIVS COERANVS. *Titulus ei positus a decurionibus Tiburtibus XIV 3586 = D. 1158 (1). Nominatur in actis fratrum Arvalium VI 2086 (= D. 5041) (2). 2103 (3). 37 165, 15 (4). 39 443 I 23 (5).*
Tria nomina t. 1. 2 (II 10). 3 (a 10). 4. 5; additur iun(ior) t. 3 (b 9); Aelius Coeranus t. 2 (II 7. 8. 11. 12). Quaestor, tribunus plebei candidatus, praetor urbanus, iuridicus per Flaminiam et Umbriam, legatus legionis VIII Augustae, proconsul provinciae Macedoniae, consul, frater Arvalis *t. 1; in collegio adfuit a. 213 t. 2, 214 t. 3, 239 t. 4, 240 t. 5.* Curator civitatum Antiatum et Aquinatium, patronus et flamen Dialis Tibure, IIII vir iure dicundo (*nisi subest IIII vir viarum curandarum*) *t. 1. Filius sine dubio eius qui praecedit. Alteruter idem videtur ac P. Luplus (?) (fortasse scr. Publius) Aelius Coeranus fistula aquaria urbana XV 7487. St.*
- 163 Ael(ius) Constans, procurator imperatoris Commodi a. 191 *vel 192 (propter praenomen L. Commodi) Daciae Porolissensis ut videtur; decurionatu colonia Napocensis honoratus III 865. St.*
- 164 Aelius Corduenus *v. Pesc. Nigri 4, 4 (epistula ficta). St.*
- 165 P. Aelius Crispinus, procurator (Mauretaniae Tingitanae) sub Marco (*vix Caracalla*) *t. Volubilitanus VIII 21 826. St.*
- 166 P. Aelius Da...., [proc.] rationis [... heredita]tium sub Marco et Vero *ut videtur VI 31 313. St.*
- 167 T. Aelius Decrianus, procurator Aug. Mauretaniae Caesariensis *milliaria Mauretaniae Caesariensis VIII 10 432 (1). 10 436 (2). 10 461—10 463 (3)—(5). 10 465 (6). 10 468 (7). 10 469 (8). 22 623 (9). 22 626 (10). 22 628 (11), sub Macrino t. 11 et fortasse 10, sub (Elagabalo et) sub Severo Alexandro t. 1—9. Vir perfectissimus t. 1. St.*
- 168 AEL[L(IVS)] DIODOTVS, clarissimus vir, heres centurionis cuiusdam legionis II adiutricis, cui titulum sepulcralem posuit Aquinci *III 3571. Idem videtur Aelius Diodotus, praetor (tutelar), cui rescripserunt Severus et Antoni-*

nus *fragm. Vat. 159. 246 (his locis nomen integrum). 206 (?). 211. 215.*
Gr.

— [AELIVS?] [DIO]NYSIVS III 5874, v. *infra sub Dionysio.*

— L. AELIVS DIONYSIVS v. L. Aelius Helvius Dionysius.

- 169 Aelius Dionysius, grammaticus Halicarnassius, scripsit Ἀττικῶν ὀνομάτων libros quinque, quos Scymno cuidam dedicavit *Photius 152. 153*, floruit sub Hadriano, e posteris Dionysii Halicarnassii rhetoris, qui scripsit antiquitates Romanas *Suid. s. Διονύσιος d. Fragmenta collegit E. Schwabe Aelii Dionysii et Pausaniae atticistarum, 1890. Adde Diels Herm. 26, 243 sqq. Wentzel ib. 30, 367 sqq. Diversus videtur a Dionysio Halicarnassio sophista musico aequali, cf. Cohn RE 5, 987 sqq. Nescio quo modo coniunctus cum Aelio Dionysio philosopho a Museo Bull. hell. 1880, 405, 21, tit. sepulchralis Halicarnassius.* St.
- 170 P. Aelius Dionysius (*signo*) Palladius, perfectissimus vir, rationalis, pater Vettieniae Sabinillae virginis Vestalis VI 1587 = D. 1446 *fortasse etiam* L. Aeli Helvi Dionysi praefecti urbi a. 301—2, avus (?) P. Helvi Aeli Dionysi (*cf. n. 188*). St.
- 171 Aelius Egrilius Euaretus, philosophus, amicus Salvi Iuliani; Aelia Timoclia uxor t. *Rhenanus XIII 8159 = D. 7776.* St.
- 172 Aelius Faustinus, epistrategus Thebaidis a. 159 *pap. Gr., quam ed. S. de Ricci Compt. rend. 1905 p. 161 sq. = Wilcken Chrest. n. 28.* St.
- AELIVS FAVSTINVS (VI 37118) v. *supra sub Aelilio Faustino.*
- 173 Aelius Faustus, vir egregius, epistrategus (Heptanomia) ducenarius a. 267 *P. Oxy. 17, 2130.* St.
- 174 T. Aelius Faustus *signo* Macarius, procurator *ut videtur* ad oleum *inter a. 176 et 180, VI 34001 = D. 9022.* St.
- 175 Aelius Festus Aphthonius, vir perfectissimus, *scripsit de metris: Aelii Festi Aphthonii v. p. de metris omnibus explicit l. IIII in subscriptione l. IIII Marii Victorini, qui Aphthonium epitomavit GL 6, 173, 32. Cf. Goetz RE 1, 2800, 2. Schanz 4, 1², 152.* W.
- 176 Aelius Florianus, perfectissimus vir, praefectus vigilum *intra annos 226 et 244 VI 266.* St.
- 177 P. Aelius Florus, Augusti libertus, qui procuravit in ratione hereditatum ad leges praediorum VI 8432 = D. 1526. St.
- (Aelius) Galenus.
- 178 Aelius Gallus. Pomponio Secundo obiectabatur Aelii Galli amicitia, qui punito Seiano in hortos Pomponii quasi fidissimum ad subsidium perugisset *Tac. a. 5, 8. Parentela sine dubio coniunctus cum Seiano, filius certe non fuit.* St.
- 179 M. (?) Aelius Gallus (*praenomen exhibet Galen. 13, 179, si quidem hic intellegitur*), ex equestri ordine *Plin. n. h. 6, 160, praefectus Aegypti Strabo 2, 118; 17, 806, cf. 816; Dio 53, 29. Eo duce expeditio facta est in*

Arabiam quae appellatur Eudaemon *Strabo* 2, 118; 16, 780—782. 819. 820. *Plin. l. c. Dio l. c. Ios. ant.* 15, 317, *cf. Mon. Anc. c.* 26. *Hor. c.* 1, 29, 1—4, anno fere a. C. 25—24 *Dio l. c. Ios. ant.* 15, 317, *cf.* 299.

Arte medica imbutus multos in Arabia milites sanavit remedio contra viperarum morsum adhibito, quod ex Arabia reversus Augusto praebuit *Galen.* 14, 189. 203, *cf.* 114. 158. 170 sq. *Idem igitur est Aelius Gallus, cuius medicamenta affert Galen.* 12, 625. 738; 13, 885 (?). 14, 161, *idemque Gallus ib.* 12, 874; 13, 28. 29. 77. 138. 202. 310. 472. 550. 556. 838; 14, 159. *Dioscorid.* 3, 6 p. 346 *Sp.*, ad quem Antipater epistulas dedit, *Caes. Aurelian. morbor. chron.* 2, 13 p. 172 *H.*, *cf.* 187, *Aelius Galen.* 12, 730.

Amicus Strabonis 2, 118, *cf.* 17, 816. *L. Aelium Seianum ab eo adoptatum esse ex nomine Aeli Galli (eius qui praecedit) suspicari possis. Num ad eum referendus sit tit.* *IG* 3, 577 *C. Aelio Gallo positus vehementer dubito.* St.

180 P. AELIVS GEME(L)LVS, vir clarissimus, t. *Apulensis III* 1006; fortasse pater *Aeliae Gemellinae.* Gr.

181 Aelius Gordianus, Gordiani imperatoris (*nescio quid*), vir insignis, in consilio Severi Alexandri *vita Alex.* 68, 1. St.

182 M. AELIVS GRACILIS, M. f. Gal(eria), quaestor, legatus Augusti (legionis ut videtur), patronus Dertosanorum, qui ei posuerunt *titulum Eph. ep.* 9, 385; probabiliter origine Dertosanus. *Idem Aelius Gracilis, legatus (Aug. pro pr.) provinciae Belgicae eodem tempore quo L. Antistius Vetus cos. a. 55 exercitui Germaniae superioris praefuit, i. e. a. 55 et 56 Tac. a.* 13, 53 (*sub a. 58*). Gr.

— Cn. Pompeius Homullus Aelius Gracilis Cassianus Longinus.

183 Aelius Hadrianus, patruus magnus Hadriani imperatoris v. *Hadr.* 2, 4. St.

184 P. AELIVS HADRIANVS = IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. *Tituli ei nondum imperatori positi ab Atheniensibus archonti a.* 112 *III* 550 = *IG* 3, 464 = *D.* 308 (1), a *Coronensibus IG* 7, 2879 (2).

P. Aelius Hadrianus, P. f., *Sergia t.* 1; P. Aelius Hadrianus *Dio exc.* 68, 33, 1. t. 2. *VI* 2016 = *XIV* 2242. *IG* 3, 1096. *P. praenomen ei fuisse nomina quoque libertorum indicant. Filius Aeli Hadriani Afri Italicensis et Domitiae Paulinae Gaditanae v. Hadr.* 1, 2, *cf. Dio exc.* 69, 3, 1. *Epit. de Caes.* 14, 1. *Consobrinus Traiani, qui postea imperavit vita* 1, 4, *cf.* 1, 2. *Vict. Caes.* 13, 11. *Epit. l. c.* Natus est d. 24 m. Ian. a. 76 *vita* 1, 3. *fast. Philocal. et Pol. Silv. CIL I² p.* 255 (*ubi errore positum IX Kal. Ian. pro IX. Kal. Febr.*). 256. 257, *cf. VI* 33 885 v. 9 sq. *XII* 169, *Italicae Eutrop.* 8, 6, 1 (= *Hieron. chron. Ol.* 224, p. 197 *H.*) *aut Romae vita* 1, 3; *ceterum Italicam patriam eius dicit Appian. Iber.* 38, *intellegunt vita* 19, 1 (*cf.* 3, 1). *Dio* 69, 10, 1; *Italica ortus Gell.* 16, 3, 4, *quocum convenit tribus Sergia; civis Traiani (nati Italicae Eutrop.* 8, 2, 1, *Italica orti Vict.* 13, 1) *Vict.* 13, 11.

Dio 69, 1, 1. Appian l. c. Pater eius Adriae ortus epit., Hadria ortos maiores suos apud Italicam Scipionum temporibus resedisse Hadrianus ipse commemorat vita 1, 1. Decimo aetatis anno patre orbatus Ulpium Traianum praetorem tunc, qui postea imperium tenuit, et P. Acilium Attianum (male traditur Caelium Tatianum vel simile) equitem Romanum tutores habuit vita 1, 4; 2, 2; 4, 2; 9, 3. Dio 69, 1, 1, 2. Graecis studiis imbutus, quinto decimo anno in patriam (Hispaniam Roma, ut videtur) rediit ac statim militiam iniit (in collegio iuvenum ni fallor) vita 1, 5; 2, 1. A Traiano abductus a patria nec multo post decemvir stlitibus iudicandis vita 2, 2. t. 1. Praefectus feriarum Latinarum, sevir turmae equitum Romanorum t. 1. Tribunus legionis secundae adiutricis piae fidelis t. 1. Vita 2, 2; post hoc in Moesiam inferiorem translatus extremis Domitiani temporibus vita 2, 3, tribunus legionis quintae Macedonicae t. 1, tribunus legionis XXII primigeniae piae fidelis t. 1, a. 97, cum biographus narret eum Traiano a Nerva adoptato ad gratulationem exercitus missum in Germaniam superiorem translatum esse v. 2, 5; ex qua a. 98 ad Traianum (Agrippinae tunc temporis degentem) festinavit, ut primus excessum Nervae ei nuntiaret v. 2, 6. Quaestor imperatoris Traiani a. 101 v. 3, 1. t. 1 et comes expeditionis Dacicae v. 3, 2. t. 1, donis militaribus ab eo donatus bis t. 1 (quod perperam interpretatus biographus fabulose narrat eum locupletissime muneratum esse v. 3, 3). Post quaesturam ab actis senatus v. 3, 2. Tribunus plebis a. 105 v. 3, 4. t. 1. Secunda expeditione Dacica legatus legionis I Minerviae piae fidelis v. 3, 6. t. 1 eodemque tempore praetor t. 1, praetor factus est 'sub Surano bis et Serviano iterum consulibus' v. 3, 8 (ubi consulatus a. 102 Sura II et Serviano II et 107 Sura III et Senecione II inter se confundi videntur et alteruter eorum certe corrupte traditur). Legatus Augusti pro praetore Pannoniae inferioris (v. 3, 9. t. 1). Sarmatas compressit, ob res bene gestas consul est factus vita 3, 10. Consul (t. 1) suffectus (Dio 69, 1, 2) d. 22 m. Iun. a. 108 VI 2016 = XIV 2242, cf. VI 10229 v. 124. Septemvir epulonum, sodalis Augustalis certe a. 112 t. 1. Archon Athenis t. 1. Phlegon FGrHist 2 B, 257 p. 1184, XXV. Vita 19, 1. Dio 69, 16, 1. IG 3, 1096, anno 112 Phlegon, vel accuratius anno Attico 112/3 potius quam 111/2, cf. Kolbe Ath. Mitt. 46, 106 sq. Eo fere tempore honoratus a Coronensibus IG 7, 2879. Plotinae favore legatus expeditionis Parthicae tempore destinatus v. 4, 1, legatus Syriae certe a. 117 (sed vide infra) v. 4, 6. Dio 68, 33, 1; 69, 1, 2; 2, 1. Consul designatus II (nummi Hadriani imperatoris a. 117 Cohen² n. 251. 744. 876. 1004. 1026. Mattingly-Sydenham 2, 341, cf. P. Strack Unters. zur röm. Reichspräg. 231, 981) item favore Plotinae vivente etiam tunc Traiano v. 4, 4, consul II a. 118. A Traiano adoptatus, d. 9 Aug. 117 litteras adoptionis accepit v. 4, 6; nummi a. 117 inscripti 'adoptio' Cohen² n. 3—7. Mattingly-Sydenham 2, 339, 3 (t. XII); 341 sq., 22, d. 11 ex-

cessus Traiani Antiochiam ei nuntiatus est v. 4, 7. *Dio* 69, 2, 1; adoptatus est duo annos apud Traianum versatus *catal. cod. astrol. Gr.* 6, p. 68 (*de genitura Hadriani, nomine neglecto, scriptum post alios ab Antigono Nicaeensi*). Dies imperii 11 Aug. a. 117 XIV 4235 = D. 318. VI 33885, 17, diem imperii commemorat, non definit tessera plumbea urbana XV p. 995, 2. Erant qui adoptionem (*cf.* v. 3, 10; 4, 3. 4. *Vict. Caes.* 13, 11. *Auson. Caes.* 2, 59 sq. p. 117, 8 *Sch. Nummi Cohen* 2², 107, 3—7 = *Mattingly-Sydenham* 2, 339. 341 sq.) fictam esse putarint v. 4, 10, auctoribus Plotina amore in eum incensa et Attiano *Dio* 69, 1 (*cf.* 10, 3¹). *Vict. Caes.* 13, 13. *Eutrop.* 8, 6, 1; haec vera aut certe veri similia esse *Dessau Festschr. f. Kiepert* (1898), 85—91 probavit, quamquam *Groag Röm. Mitt.* 14, 269—279; 16, 270—272 (*et eum secutus, sed tamen dubitanter, Brassloff Herm.* 49, 593) illam famam refutare conati sunt; quod in anaglyphis arcus Beneventani ad Hadriani adoptionem alludi videtur, id argumento non potest esse, quia haec anaglypha post mortem Traiani facta esse post alios *Snyder Jahrb. d. Arch. Inst.* 41, 94—128 demonstravit, *cf. Kornemann Kaiser Hadrian* 11—21; *P. Giss.* 1, p. 21, *Domaszewski Sitz.-Ber. Heidelb.* 1918, 6, 14. *Weber Hadrian* 1 sqq. *Kubitschek Klio* 10, 255 sq. *Strack l. l.* 231, *contra Pick Antike Münzen Nordgriech.* 1, 183, 4. Consul III a. 119. Tribunicia potestate I 11. Aug. 117—9. Dec. 117, II 10. Dec. 117—9. Dec. 118 *et.* XXII 10. Dec. 137—10. Iul. 138 (VI 998 = D. 331. *Notiziario arch.* 2, 197; III 13795 = D. 8909 errore t. p. XXIII). Obstant quidem tituli perpauci (VI 968 = D. 310, *cf. Eph. ep.* 8 p. 343 sq. *tab. II*; *dipl. mil.* III p. 875), sed frustra haec testimonia inter se conciliare conatur *Mattingly Journ. Rom. Stud.* 20, 82, *cf. Mommsen St. R.* 2³, 801, 1. Imperator II a. 135 (errore iam a. 118 *Not. d. sc.* 1910, 64, a. 124 *Ann. épigr.* 1920, 121; *imp.* IIII miro errore in terminis riparum Tiberis a. 121 VI 1240. 31552 (= D. 5931), a. 124 *Not. d. sc.* 1916, 319; a. 125 *Bull. tr. hist.* 1921, p. CCXLV t. *Thamugadensis*; *imp.* V II 4737, *imp.* VI II 2014). *Primis imperii annis nuncupatur* Optimus, Germanicus, Dacicus, Parthicus, in nummis nonnullis Graecis Nerva Traianus Hadrianus. Patris patriae nomen delatum sibi statim et iterum postea distulit *vita* 6, 4; publice inde ab a. 128 pater patriae appellatur, *cf. Euseb.-Hieronym. chron. Ol.* 226 p. 199 c) H.; *arm.* p. 220 K.; *Syncell.* p. 659. *Chron. Pasch.* 475. *Oros.* 7, 13, 3, in titulis et nummis tamen haud raro ante id tempus. Olympius inde ab a. 129 dictus in titulis Orientis Graeci.

Mortuus est apud Baias *vita* 25, 6; *vita Pii* 5, 1. *Vict.* 14, 12, d. 10 Iul. a. 138 *vita* 25, 6, annos natus LXII (*libri LXXII*), menses V dies XVII (*natus scilicet d. 24. Ian. a. 76, v. supra*); annos LXII menses V dies XIX *Dio* 69, 23, 1 minus accurate *vita* 25, 11; annos LXII *epit. de Caes.* 14, 12, annos circiter LXIII *Antigonus l. c.* Imperavit annis XXI, mensibus XI *vita* 25, 11; annos XX et menses XI *Dio* 69, 23, 1; et menses X dies XXIX

Eutrop. 8, 7, 3; et menses X dies XXVIII *Chryseros apud Theophil. ad Autolyt.* 3, 27 C (*Migne Gr.* 6, 1164). *Clemens Alex. Strom.* 1, 21, 144, 4 p. 89 *St. Chronogr. a 354*, p. 138 M.

Conscripsit praeter alia sermones et versus Latinos, epigrammata Graeca, libros vitae suae; *fragmenta collegit H. Peter Hist. R. fr.* p. 324 sq.; *Hist. R. rel.* 2, 117 sq., cf. p. CLXXVII—CLXXVIII. *Schanz* 3³, 6—9. v. *Rohden RE* 1, 493—495.

Uxor Vibia Sabina, filii per adoptionem L. Ceionius Commodus = L. Aelius Caesar, T. Aurelius Fulvus Boionius Arrius Antoninus = Imp. Caesar T. Aelius Hadrianus Antoninus Aug. Pius. *St.*

- 185 P. AELIVS HADRIANVS AFER. *Praenomen cum tribu innotuit ex titulo filii III 550.* Aelius Hadrianus cognomento Afer *vita Hadr.* 1, 2. Hadrianus Afer *Dio exc.* 69, 3, 1. Aelius Adrianus *epit. de Caes.* 14, 1. Italica oriundus *vita Hadr.* 1, 1, unde tribu Sergia (v. sub filio); e posteris (Aelii) Marullini *ib.* 1, 2; praetorius *Dio l. l. (Zon.* 11, 23); mortuus, cum filius decimum aetatis annum ageret, i. e. intra d. 24 m. Ian. a. 85 et d. 24 m. Ian. a. 86, *vita Hadr.* 1, 4, aetatis anno quadragesimo *epistula quae dicitur Hadriani Aug. ad Antoninum Pium data P. Fay.* 19. Uxor Domitia Paulina, liberi P. Aelii Hadrianus, qui postea imperavit, *natus a. p. C.* 76, et (Aelia) Domitia Paulina v. *Hadr.* 1, 2. 3. Consobrinus Traiani v. *Hadr. l. l. (haud accurate ib.* 1, 4 *dicitur* Traianus consobrinus Hadriani Aug.). *epit.* 14, 1; *contra* Hadrianus Aug. *dicitur* filius consobrinae Traiani *Eutr.* 8, 6, 1 (*inde Hieron. chron. Ol.* 224 p. 197 b H.), cf. *Dio-Xiph.* 69, 1, 1. *Gr.*

— IMPERATOR CAESAR T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVGVSTVS PIVS = T. AVRELIVS FVLVVS BOIONIVS ARRIVS ANTONINVS.

- 186 Aelius Harpocrates rhetor Graecus, cuius scripta rhetorica enumerat *Suidas s. v. Ἀρποκράτιων*; *utrum Harpocraciones quidam ibidem et alibi memorati (in quibus Harpocrates grammaticus Graecus auditus a Vero vita Veri* 2, 5) *idem putandi sint necne, adhuc in dubio manet. Cf. Radermacher RE* 7, 2411 sq., n. 3; *H. Schultz ib.* 2414, 26 sqq. Πο. Αἴλιος Ἀρποκράτιων ὁ καὶ Πρόκλος *in t. Perinthio CIG* 2024 (cf. *IG* 12, 7, *5) *viz idem.* *W.*

- 187 Aelius Heliodorus ὁ κράτιστος, t. *Thessalonicenses Arch. epigr. Mitt.* 17, 118 (cf. *notam Mommseni*) = *Ath. Mitt.* 22, 224 (1); Ἀλήθεια (*Saloniki* 23. sept. 1906) (2). Pater Aeli Baebi Heliodori t. 2. *Thessalonice colonia dicta (t. 1) non ante Decium [Mommsen].* *St.*

- 188 L. AELIVS HELVIVS DIONYSIVS. *Tituli: urbani VI* 1673 (cf. 31901 a) = *D.* 1211 ei positus a collegio fabrorum tignuariorum (1), *VI* 255. 256 = *D.* 621. 622 ab ipso dedicati genio Iovii Aug. (2) item genio Herculei Aug. (3); *memoratur in titulis urbano VI* 773 = *D.* 626 (4), *Maxulitano VIII* 12459 (5), *Vagensi VIII* 14401 = *Cagnat-Merlin Inscr. lat. d'Afr.* 441 (6), *Thuggensi VIII* 26562 = *Cagnat-Merlin* 531 (7).

L. Aelius Helvius Dionysius *t. 1.* L. Aelius Dionysius *t. 4. 5.* Aelius Dionysius *t. 2. 3. fragm. Vat. 41. chronogr. a. 354; nomina plus minus plena fuerunt t. 6. 7. — Filius videtur P. Aelii Dionysii (n. 170).*

Clarissimus vir *t. 1—4. 6. fragm. Vat. l. l. Pontifex dei Solis t. 1. Curator operum publicorum t. 1 Diocletiano et Maximiano regnantibus t. 2, item t. 3, ubi officium non enuntiatur. Curator aquarum et Miniciae t. 1 non post a. 293 t. 4. Corrector utriusque Italiae, praeses Syriae Coeles, iudex sacrarum cognitionum totius Orientis t. 1. Proconsul provinciae Africae t. 6 a. 298 t. 7 d. 15 m. Mart. a. 298 fragm. Vat. 41 (officio non posito), procos. p. A. IIII *t. 5; Africam rexisse videtur ab a. 296 usque ad a. 300 (cf. quae exposuit Poinssot Nouv. arch. d. miss. scient. 21, 16. Mém. soc. ant. France 1924, 264 sq.). Amicus Diocletiani et Maximiani Augustorum fragm. Vat. l. l. Praefectus urbi a. 301—302 chronogr. a. 354 (Chron. min. 1, 66). Nomina eius erasa t. 6. 7.**

P. Helvium Aelium Dionysium consularem virum, correctorem Campaniae, cuius uxori Fulviae Augurinae positus est *t. Formianus X 6084 = D. 1212, ab hoc diversum putant Mommsen, Dessau alii, eundem Premerstein RE 4, 1653.*

Gr.

— P. AELIVS HELVIVS DIONYSIVS *v. sub eo qui praecedat.*

- 189 Aelius Herodianus, grammaticus, Apollonii Dyscoli Alexandrini filius. *Plena nomina exhibet inscriptio operis eius περι μονήρους λέξεως (ed. Lentz Gramm. Gr. 3, 2, 2, 908) et inscriptio fragmenti περι ἀκλίτων ῥημάτων (ib. p. 782); ceterum Herodianus. Alexandriae a patre educatus patriam reliquit, Romam profectus ab imperatore M. Aurelio in amicitiam receptus est. Quo auctore de prosodia scripsit; prosodiam catholicam imperatori dedicavit vita Herodiani (vitas eius habemus duas, quarum altera edita est Gramm. Gr. 2, 3 p. XI sq., altera ib. 3, 1 p. VI = 1, 3 [1901] p. 129; accedit epistula Constantini Lascaris ib. 3, 1 p. VI et vita Herodiani apud Suidam). Puteolis convivium scripsit Steph. Byz. p. 230, 20 M. Artium minutissimus sciscitator Amm. Marc. 22, 16, 16. Omnino cf. de vita et scriptis eius quae exposuit A. Lentz Gramm. Gr. 3, 1 p. VII sq.; adde H. Schultz RE 8, 959 sqq., 4. Christ-Schmid 2^e, 887 sq. W.*
- 190 P. AELIVS HILARIANVS, consularis (ὑπατικός), P. Aelii Apolloniani primipilaris pater, P. Aelii Hilariani equitis Romani avus, memoratur in titulis nepotis Aphrodisiade Cariae repertis CIG 2792. 2793 = Wadd. 1617. 595; domus fortasse Aphrodisiade oriunda. Gr.
- 191 P. Aelius Hilarianus, eques Romanus (ἵπτικός), P. Aeli Apolloniani et Tiberiae Iuliae Antoniae Letoidis filius, P. Aeli Hilariani consularis nepos tituli Aphrodisiadenses Wadd. 595. 1617. St.
- 192 P. Aelius Hilarus, Augustorum libertus, qui procuravit Alexandriae ad rationes patrimonii XIV 2504 = D. 1491. St.
- 193 Ael(ius) Ianuarius (nomen gentilicium haudquaquam certum), pro-

curator hereditatium, procurator Chosdroenes, procurator Syriae Coeles, procurator vectigalis Illyrici, procurator provinciae Hispaniae citerioris Tarraconensis, praeses provinciae (Mauretaniae) Tingitanae, praeses provinciae Mau[retaniae Caesariensis] *t. Tarraconensis II 4135 = D. 1365.*

St.

194 **Aelius Iacchus**, procurator ludorum (ἐπίτροπος λούδων), maritus Baburae Lucullae *t. Thessalonicensis ed. Duchesne et Bayet, Mission au mont Athos (1876), 44 n. 62.*

St.

195 AELIVS (?) IVLIANVS ([A]i[λ.]) *traditur in t. male descripto; quae post cognomen in lapide cernuntur, restituere non ausim*), decemvir stlitibus iudicandis (ex lectione Waddingtonii), tribunus legionis XIII geminae *t. mutilus rep. Soadae in Arabia CIG 4618 add. p. 1182 = Wadd. 2316 a = IGR 3, 1281.*

Gr.

196 **Aelius Iulianus**, praefectus vigilum *VI 414 b = D. 4315 b (1). XIV 4378 t. Ostiensis (2), a. 190 t. 2, non iam a. 191 t. 1.*

St.

197 **Aelius Iulius Pro...** Eubulianus, ὑπατ[ικῶν] καὶ συνκλητικῶν συγ[γραφέας], maritus Aeliae Flaviae Egnat[iae] Capitolinae *t. Nysaeus CIG II 2944 b = Ath. Mitt. 1893, 333. III. saec.*

St.

198 **Aelius Iunius Cordus** (Aelius Cordus *vita Max. 12, 7, Clod. Alb. 5, 10 ubi Helius libri; ceterum Iunius Cordus vel Iunius vel Cordus*), scripsit vitas eorum imperatorum, quos obscuriores videbat, adserens se minima quaeque persecuturum *vita Macr. 1, 3 sqq. (cf. Clod. Alb. 5, 10; Max. 27, 7; Max. et Balb. 4, 2);* imperatoribus Philippis superstes fuit *vita Gord. 33, 4. Citatur in vitis quae Iulii Capitolini dicuntur; fragmenta collegit Peter Hist. R. fr. p. 344 sqq. Hist. R. rel. 2, 132 sqq. Cf. Teuffel-Kroll⁶ § 381, 3. Sunt qui fictum eum putent, probabiliter (cf. Mommsen Ges. Schr. 7, 342 sq. N. Baynes The Historia Augusta [1926] p. 23).*

W.

199 **L. AELIVS LAMIA.** Lucius Lamia *Cassiod. chron. s. a. 730 (Chron. min. 2, 135); recte igitur apud Dionem 53, 29, 1, ubi Λούκιον Αἰμίλιον traditur, restituit Boissevain Λούκιον Αἴλιον.*

Augustus cum ex Hispania in Italiam rediret a. 730 = 24 a. C., L. Aelium praesidem provinciae reliquit *Dio 53, 29, 1, legatum se pro praetore Hispaniae citerioris (cf. Kornemann Hirschfeld-Festschr. 224 sq.). Astures et Cantabros perdomuit Dio 53, 29, 2. Cassiod. l. l.*

Probabiliter nepos L. Lamiae a Crasso oratore irrisi, filius L. Aelii Lamiae, qui equestris ordinis princeps et postea senator fuit temporibus Ciceronis, pater L. Aelii L. f. L. n. Lamiae consulis a. p. C. 3 et Q. Aelii L. f. Lamiae III viri monetalis. Hic intellegendus est Lamia, cuius causam egit Asinius Pollio Sen. suas. 6, 15; nam e Senecae verbis huic certe actioni eius pro Lamia qui interfuerunt negant eum haec dixisse (nec enim mentiri sub triumvirorum conscientia sustinebat) sed postea composuisse plane elucet illam causam aetate triumvirum actam esse. Vel

hic vel pater eius L. Lamia praetorius vir, in rogo vivus crematus *Val. Max.* 1, 8, 12. *Plin. n. h.* 7, 173. Gr.

200 L. AELIVS LAMIA, consul a. 3 p. C. *In consulatu*: L. Aelius L. f. L. n. Lamia *I² p. 29 fasti Capitol.* Λ. Αἴλιος Λ. υἱ. Λαμίας *Dio ind. l. 55 (cf. Boiss.)*. L. Aelius Lamia X 892 = D. 6393. XV 4571 = D. 8581. VI 36841 = D. 9337. L. Aelius *Eph. ep.* 8, 316 = D. 6387. L. Lamia *I² p. 68 = XIV 2801 fasti Gabini (min. XI)*. *Val. Max.* 1, 8, 11. *Cassiodor. (Chron. min. 2, 136)*. [L. Lami]a *I² p. 70 fasti Arv. (f. min. XIV)*. Λαμία (*casu gen.*) *Malal.* 231, 8 B. Λαμίου vel Λαμμία *Epiphan. adv. haer.* 2, 22 (*cf. vol. 3, 730 Dind.*). *Chron. min. 1, 219*. Lamia *alibi*. — [L. Aelius] L. f. Lam[ia] *t. urbanus mutilus VI 37058, quem Gatti probabiliter rettulit ad consulem a. 3 (1)*; L. Lamia *t. servi VI 16553, si ad hunc pertinet (2)*; לוקי עירי לעבוע *t. Punica lingua conceptus Compt. rend.* 1904, 553 = *Clermont-Ganneau Recueil d'archéol. orient.* 7, 88 = *Rép. d'épigr. sem. 2 n. 662 = Lidzbarski Ephem. f. sem. Epigr. 3 p. 60 = Notiz. archeol. 1, 39 imago 41 (3)*. Lamia *nummi Cohen I², 338—340. Babelon Monn. rép. 1, 113. Willers Kupferpräg. 145 n. 177—179. Grueber Coins Br. Mus. 2, 88. Mattingly Br. Mus. 1, 40.* — Aelius Lamia *Tac. a. 4, 13. 6, 27*. Λούκιος Λαμίας (*traditur ταμείαν*) *Dio* 58, 19, 5. Aelius Lamia *restituit Ruhnken Vell. 2, 116, 3 (etiam traditur)*, *cf. Borghesi 4, 455 sq.* Aelius *Hor. c. 3, 17, 1*. Lamia *Hor. c. 1, 26, 8. 36, 7; epist. 1, 14, 6.*

Genus illi decorum *Tac. a. 6, 27*; vetusto nobilis ab Lamo *Hor. c. 3, 17, 1 facete*. — L. f. L. n. *fasti Capitol.*: *filius scilicet L. Aelii Lamiae legati Hispaniae a. 24 a. C., nepos Lamiae amici Ciceronis; frater Q. Aelii Lamiae, cf. Hor. epist. 1, 14, 6—8.*

III vir aere argento auro flando feriundo collegis Silio et Annio *nummi aenei, v. supra (Borghesi 4, 486. 489, quem sequitur Willers l. l., recte hunc Lamiam a Q. Aelio Lamia, fratre scil. eius, diversum putat)*. *Nummos a. 742 vel 743 cusos esse, quod voluit Willers, haud facile posuerim; nam frater Lamiae nostri ut praenomen docet minor triumviratu monetali iam paullo post a. 731 functus esse videtur.* Praetor t. I. XV vir [sacris faciundis] t. I. Consul priore semestri a. p. C. 3 cum M. Servilio *fasti Capitol., f. Gabini, XIV 4571 = D. 8581; cf. supra.* Vir antiquissimi moris et priscam gravitatem semper humanitate temperans in Germania Illyricoque et mox in Africa splendidissimis functus ministeriis non merito sed materia adipiscendi triumphalia defectus est *Vell. 2, 116, 3, ex cuius verbis nequaquam concludendum eum Tiberii legatum in Germania a. 4—6 fuisse: nihil obstat, quominus a. 10 et 11 Tiberio duce parti exercitus Germanici praefuerit (eum circa a. 10—13 legatum Aug. pro pr. Pannoniae fuisse censuit Maria Marchetti Bull. com. 1912, 136 sq.)*. Proconsul Africae t. 3. *Tac. a. 4, 13. Vell. l. l., certe ante a. 17/18, cum proconsules, qui ab hoc anno usque ad a. 23/24 Africae praefuerunt, noti sint. Ab eo vide-*

tur nomen traxisse saltus Lamianus in Africa situs VIII 25943. 26416.
 A Tiberio provinciae Syriae praepositus (*post a. 21, quo anno Cn. Sentius Saturninus provinciae praefuit*), sed in urbe retentus *Tac. a. 6, 27. Dio 58, 19, 5* (στρατιᾷ traditur pro Συρίᾳ), *cf. Suet. Tib. 63.* Anno 23 in senatu pro Sempronio Graccho verba fecit *Tac. a. 4, 13.* Vivida senectus eius memoratur *Tac. a. 6, 27.* Praefectus urbi a. 32, successor L. Calpurnii Pisonis *Dio 58, 19, 5*; administrandae Suriae imagine tandem exsolutus urbi praefuit *Tac. a. 6, 27*; diem supremum obiit a. 33 exeunte, funere censorio sepultus *Tac. l. l.* — P[atronus] *nescio cuius civitatis t. 1.*

Amicus Horatii, qui ad eum scripsit c. 1, 26 et 3, 17, *memorat eum amicum (Pomponii) Numidae c. 1, 36, 7, de rapto fratre insolabiliter dolentem epist. 1, 14, 6 sq.* Asinii Pollionis oratio, quam pro Lamia edidit, *Sen. suas. 6, 15, ad patrem consulis a. 3 pertinere videtur (cf. n. 199)*; L. Lamiae filius, quocum Furius Saturninus declamavit, *Sen. contr. 7, 6, 22, probabiliter non Lamia hic intellegendus est sed filius eius.*

Aelius Lamia nominatur ab Acrone, qui fertur, ad *Hor. art. poet. 288 (2 p. 356 Keller) inter eos, qui praetextas et togatas scripserunt (cf. Hor. c. 1, 26, 8 sq.). Idem probabiliter Lamia, qui laudatur a Festo de verb. sign. p. 181 M. (192 L.). — Horti Lamiani in Esquilii Suet. Cal. 59. Philo leg. ad Gai. 44, 351 p. 219 R. VI 8668.*

Filius vel nepos fortasse [L. ?] Ael[ius Lamia ?], frater Arvalis sub Claudio, ex posteris L. Aelius Plautius Lamia Aelianus consul a. 80.
 Gr.

201 (L. AELIVS LAMIA). L. Lamiae filius, quocum Furius Saturninus declamavit, *Sen. contr. 7, 6, 22, non videtur L. Lamia consul a. 3 (id quod statuit Münscher RE 7, 368), sed potius filius eius.*
 Gr.

202 [L. ?] AEL[IVS LAMIA ?], frater Arvalis, nominatur in actis a. inc. inter 50 et 54 VI 2034; supplementa plane incerta sunt.
 Gr.

203 Q. AELIVS LAMIA. Nummi aenei cusi sub Augusto: sestertii Cohen 1², 341. Babelon 1, 112. Grueber Coins 2, 86, 4613. Mattingly Br. Mus. 1, 35, 175. Willers Kupferpräg. p. 141 n. 156 (1), dupondii Cohen 342. Babelon l. l. 113. Grueber 87, 4614—4616. Mattingly 176. Willers n. 157 (2).

Q. Aelius L. f. Lamia n. 1, filius sc. L. Aelii Lamiae legati Hispaniae citerioris a. 730. Q. Aelius Lamia n. 2. — III vir aere argento auro flando feriundo n. 1, 2, anno, ut Willers censuit, 22 vel 21 a. C., certe non multo post a. 23; collegas eius C. Marcium Censorinum et T. Quinctium Crispinum Sulpicianum putat Willers p. 140 sq. 155 (assem inscriptum ab una parte . . . p)ontif. max., ab altera Q. Aelius Lamia III vir a. a. a. f. f., in campo s. c., Bahrfeldt Num. Ztschr. 1896, 14 = Grueber p. 87, hybridum esse docuit Willers p. 141). Lamiae fratrem maerentis, rapto de fratre dolentis meminit Horatius *epist. 1, 14, 6 sq., scilicet Lucii (consulis a. p. C. 3) de morte Quinti.*
 Gr.

- 204 L. (AELIVS, LAMIA AELIANVS, consul a. 116 cum Sex. Carminio Vetere. *In consulatu*: L. Lamia Aelianus *Phlego mir.* 9 *FGrHist.* 2, 1179, 257 (*ubi traditur* Λουκίου Λαμία καὶ [*superscriptum*] Αἰλιανοῦ Οὐέτερος). L. Lamia Aeli(anus) VI 31149 b = D. 4833. Lamia VI 2404 = 32515 c. d. XV 23. 24. Aelianus *chronogr. a.* 354 p. 58 M., *fasti Hydat.*, *chron. Pasch. ib.* p. 223. Velianus *catal. pont. chronogr. a.* 354 *ib.* p. 74. Aemilianus *consularia Ital. ib.* p. 285. Proconsul (Asiae) circa a. 132 t. *Clarius Jahresh.* 8, 166: ἐπὶ ἀνθυπάτου Λαμία Αἰλιανοῦ. — *Probabiliter filius L. Aelii Lamiae Plautii Aeliani consulis a. 80 et ipse dictus pleno nomine L. Aelius Lamia Plautius Aelianus; huius filius videtur .. Plautius L. [f. Aelius La]mia Silvanus [Aelianus].* Gr.
- 205 L. AELIVS LAMIA PLAVTIVS AELIANVS, consul suffectus a. 80. *In consulatu*: L. Aelius Plautius Lamia VI 32363 = D. 5049 *acta Arv.*, L. Lamia Plautius Aelianus III p. 854 *dipl. mil.* Aelius Lamia *Suet.*, Λουκίου Λαμίου Αἰμιλιανοῦ *Dio exc. minus recte.*
Genus suum videtur rettulisse ad Aelios Lamias Plautiosque Aelianos et ipsos necessitudine inter se coniunctos. Maritus Domitiae Longinae Corbulonis filiae, quam Domitianus a. 70 ei abduxit Suet. Dom. 1 cf. 10. Dio exc. 66, 3, 4. Consul suffectus a. 80 cum C. Mario Marcello Octavio Publico Cluvio Rufo mense Iunio dipl. mil. datum Idibus Iunis III p. 854, item cum Q. Aurelio Pactumeio Frontone VI 2059, melius 32 363 = D. 5049; utrum Marcellus an Fronto prior Lamiae collega fuerit, parum constat. A Domitiano occisus Suet. Dom. 10; Lamiarum caede madentem Domitianum dicit Iuvenalis 4, 154. Huius probabiliter filius L. (Aelius) Lamia Aelianus consul a. 116. Femina quaedam de numero Lamiarum ac nominis alti (an Appi?) commemoratur Iuvenal. 6, 385 ('in aliis [4, 154] enim Lamias nobiles dixit' schol.) Gr.
- 206 .. PLAVTIVS L. [F. AELIVS LA]MIA SILVANVS [AELIANVS?], *honoratur t. mutilo Vettonae Umbriae rep. XI 5171, in quo primi eius honores enumerantur*: III vir aere argento auro flando feriundo, V[I vir equitum Roma-] norum tu[rmae .., salius C]ollinus, a[b actis? Imp. Caes. Hadr]jani Aug. (*cf. adnot. Bormanni*). *Idem videtur Lamia Silvanus (sic scribendum pro Silano recte observavit Dessau), gener T. Aurelii Fulvi Boionii Arrii Antonini, qui postea imperavit, per filiam maiorem eius (Aureliam Fadillam) vita Pii 1, 7. Fadilla mortem obiit antequam pater summam rerum adeptus est; Lamiam quoque mature vita functum esse crediderim, ad summos enim honores non videtur pervenisse. Filius probabiliter L. Lamiae Aeliani cos. a. 116. Posthaec Aelii Lamiae non memorantur.* Gr.
- 207 T. Aelius Largus, T. f., eques Romanus, iuris publici et privati peritus, procurator Augusti bybliotheacarum XIV 2916 t. *Praenestinus.* St.
- 208 T. Aelius Leo, procurator Augustorum XIII 528 t. *sepulcralis Lactorae rep.* St.

- 209 P. Aelius Liberalis, Augusti libertus, procurator annonae Ostiensis *cet.* XIV 2045 = D. 1534. *St.*
 — Ael(ius) Lycinus = P. Ael. Sempro[ni]us Lycinus.
- 210 T. Aelius Magnus, origine Thasius, ὁ κράτιστος (vir egregius), ducenarius, sacerdotio in civitate (*cf.* H. Seyrig *Bull. hell.* 52, 388—390) functus *t.* Thasius *ib.* 45, 165 sq. *St.*
- 211 [Ael(ius)?] Malli[anus] (*nomen incertum, suppletum ex XII 120*), procurator Augusti (Alpium Graiarum) XII 102 = D. 6756 *t.* Aximensis. *St.*
- 212 Aelius Mamertinus, ὁ κράτιστος, epistrategus Heptanomiae *ut videtur, saec. II vel III ineunte, P. Strassb.* 57; *cf. Martin P. Arch.* 6, 217. *St.*
- 213 P. Aelius Marcellus, P. f., Papiria, primipilus legionis VII geminae piae felicis, praefectus legionum VII Claudiae et I adiutricis, vir egregius *t.* Fulginiates XI 5215 (= D. 2650). 5216, *Apulenses III* 7795 (= 1180). 1181. 1182. Filius adoptivus P. Aelius Antipater Marcellus III 1181. *St.*
- 214 AELIVS MARCIANVS, proconsul Baeticae, cui divus Pius rescripsit *dig.* 1, 6, 2 = *instit.* 1, 8, 2 = *collat. leg.* 3, 3, 1 (*ubi Aurelius traditur*). *Gr.*
- 215 Aelius Marcianus, iuris consultus. *Scriptis institutionum l. XVI, regularum l. V, de appellationibus l. II, publicorum iudiciorum l. II, libros singulares de delatoribus, ad formulam hypothecariam, ad SC. Turpillianum index digest.; citantur praeterea notae ad libros Papiniani de adulteriis. Aetas scriptorum eius eo definitur, quod divi Severus et Antoninus memorantur passim; divus Severus solus libro primo de appellationibus dig. 49, 1, 7. Marciani in cod. Iust. 2, 12, 6; 4, 21, 4; 7, 21, 4 memorati videntur diversi esse. — Fragmenta collegit Lenel Palingenesia 1, 639 sqq. Cf. Jörs RE 1, 523, 88. Krüger Gesch. d. Qu. u. Lit. d. r. R.² p. 251 sq. W.*
- 216 L. (A)ELIVS MARCIANVS, clarissimus vir, nominatur in *t. votivo rep. prope Tropaeum Traiani, quem posuit vilicus eius III* 12 463. *Gr.*
- 217 P. Aelius Marcianus, P. fil., Palatina, praefectus cohortis I Augustae Bracarum, praepositus numeri Illyricorum, tribunus cohortis Aeliae expeditae, praefectus alae Augustae II Thracum, praepositus alae geminae Sebastenorum, praepositus classis Syriacae et Augustae, praefectus classis Moesiaticae *t.* Caesareae Mauretaniae *rep. VIII* 9358 = D. 2738. *St.*
- 218 T. AELIVS MARCIANVS, vir co(n)s(ularis), cor(rector) Italiae Diocletiano titulum posuit Florentiae a. 287 XI 1594. *Gr.*
- 219 (AELIVS) MARVLLINVS (Maryllinus *libri*), primus in sua familia senator fuit, atavus imperatoris Hadriani *vita Hadr.* 1, 2. *Gr.*
- 220 Aelius Maurus (Helius *libri*), Phlegontis Hadriani (liberti) libertus *citatur de Septimio Severo v. Sev.* 20. *St.*
- 221 A(e)l(ius) Maximi[ni]anus, vir perfectissimus, pater [Ae]lliae Domitian(a)e VI 31 838. *St.*

- 222 Aelius Melissus, grammaticus, aequalis Gellii, praeter alia quae scripsit complura librum composuit 'de loquendi proprietate' *Gellius* 18, 6; *idem ab aliis grammaticis citatur, qui cognomen solum afferunt. Diversus ab eo C. Maecenas Melissus ipse quoque grammaticus. Cf. Wessner RE Suppl.* 4, 8. *Teuffel* 3⁶ § 352, 4; 2⁷ § 244, 2. W.
- 223 Sex. Aelius Modestus, in consilio L. Helvi Agrippae proconsulis Sardiniae a. 69 X 7852 (= D. 5947), v. 24. St.
- 224 P. Aelius Myro, Augusti libertus, procurator Boeotiae, honoratus a Delphicis t. ed. a *Bourguetio De rebus Delphicis* (1905), p. 35. St.
- 225 T. AELIVS NAEVIANVS honoratur a Felicissimo arkario t. urbano VI 9147; *parentela coniunctus cum T. Aelio Naevio Antonio Severo clarissimo viro, fortasse filius eius infans.* Gr.
 — T. AELIVS NAEVIVS ANTONIVS SEVERVS v. *infra sub Naeviis.*
 — RUBRIVS AELIVS NEPOS.
- 226 Aelius Nico, architectus, cuius hymnus ad Solem versibus isopsephis compositus traditur t. *Pergameno Ath. Mitt.* 32, 357 = *IGR* 4, 506; eiusdem Niconis geometrae versus isopsephi *CIG* 3546, *rectius Inschr. Pergam.* p. 246 = *IGR* 4, 503. *Idem sine dubio Nico geometra et architectus, pater Galeni, celeberrimi medici Pergameni Suid.* s. Γαληνός (Γ 32 *Adler*). Galenus ipse patrem geometriae, architectonices, logices, arithmeticae, astronomiae peritissimum fuisse et grammaticae sermonisque Graeci usu calluisse asseverat (*nomine nusquam posito*) 5, 42 K. (= p. 32 *Marq.*); 6, 755. 783 sq. K. (= p. 392 sq. 409 *Helm.*, *Corp. med. gr.* 5, 4, 2); 8, 587 K.; 19, 40. 59 K. (= p. 88. 116 *Mueller*), *commemorat eum praeterea* 5, 17 K.; (= p. 13 *Marq.*); 10, 609; 14, 608; 16, 223; 19, 43 K. (= p. 119 *Mueller*). Defunctus est filio annum agente vicesimum (a. 149) *Galen.* 6, 756 K. (= p. 393 *Helm.*)
Ex eadem familia videntur esse I(ulius) Nicodemus ὁ καὶ Nico νέος Inschr. Pergam. 333. 587 = *IGR* 4, 504. 505 et *Ael. Nico ib.* 339 = *IGR* 4, 502, cf. *Ath. Mitt.* 27, 140. St.
- 227 Aelius Nicostratus, ὁ κράτιστος t. *Thessalonicensis Dimitsa Makedonia* p. 464 n. 412; cf. *Tod Annual of the Brit. school at Athens* 22 (1916/8) 95, 20. *Aur(elia) Marcellina uxor ut videtur ib.* St.
- 228 L. AELIVS OCVLATVS, consul suffectus eum Q. Gavio Attico die 30 m. Mai anni incerti, *nominatur in diplomate militari, quod editores recte puto primis Vespasiani annis attribuunt III p. 2328⁶⁵ (constitutionem posteriorem esse a. 71, anteriorem a. 74 opinantur editores; ad a. 73 eam refert Degrassi Riv. di filol.* 3, 1925, 527 sq., *fortasse recte; contra statuit Mispoulet C. R.* 1914, 505 sq. *tabulam scriptam esse inter a. 74 et 78). Pater videtur Ocularum sororum (Suet. Dom.* 8), v. *infra n. 303.* Gr.
 — AELIVS ONERATVS *recte Caelius Honoratus, v. infra sub hoc.*

- 229 Ael(ius) Paternianus, vir egregius, praefectus legionis II adiutricis agens vices legati a. 283/4 III 3469 t. *Aquincensis*. St.
- 230 P. Aelius Peregrinus, (P. Aeli) Rasparagani regis Sarmatarum filius, maritus Attiae Procillae V 33 (= D. 853) t. *Polensis*. St.
- 231 **P. Aelius Peregrinus Rogatus.** *Tituli Mauretaniae Caesariensis VIII 8485 (1). 8991 (2). 9030 (3). 9359 (4). 9360, cf. 20 942 (5). 9361, cf. p. 980 (6). 10 979 = 20 982 (7). 20 575 (8). Ann. ép. 1902, 4 (9); 1911, 119, cf. Carcopino Bull. tr. hist. 1919, 172 (10), miliaria Mauretaniae VIII 22 602—4 (11). 22 611 (12). Bull. tr. hist. 1919, p. CCXIV (13).*
Nomina plena integra t. 4, P. Aelius Peregrinus t. 2. 5. 7. 10. 11. 12, Aelius Peregrinus t. 8. 9, in ceteris frustula, . . .tio Peregrino traditur t. 3. P. f., Papiria t. 4. Vir egregius t. 2. 10. Procurator Augustorum (t. 1. 2. 7. 8. 10—13, cf. 3. 6) trium t. 2. 8. 10—13 (sc. Severi et Antonini Augustorum et Getae Caesaris t. 2. 10—13) Mauretaniae t. 6, praeses (t. 4. 5. 9) provinciae Mauretaniae Caesariensis (t. 5) a. 201 t. 3. Perfectissimus vir, a cognitionibus Augustorum trium t. 5. St.
 — (P. Aelius) Phlegon.
 — Aur. Ael(ius) Phoebus.
 — L. AELIVS PLAVTIVS LAMIA AELIANVS v. supra n. 205.
- 232 AELIVS PO(?) . . ., memoratur in frustulo male descripto prope Iconium reperto III 13 639, ubi v. 3 [q]uaest(or), v. 4 [l]e[g]at[us] extare videntur. Gr.
- CL(AVDIVS) AELIVS POLLIO.
- 233 P. Ael(ius) Primianus, P. f., Quirina, ex decurione alae Thracum, praepositus vexillationi equitum Maurorum, defensor provinciae suae (scil. Mauretaniae Caesariensis), tribunus cohortis quartae Sygambrorum, primopilus, tribunus cohortis quartae vigilum t. *Auziensis*, dedicatus a filia ut videtur P. Aelio Primo filio prius morte praevento a. 255 VIII 9045 = D. 2766. Incertum, num ad res ab eo gestas referendus sit tit. item Auziensis dedicatus a. 254 Iovi optimo maximo ob barbaros cesos ac fusos VIII 20 827 = D. 3000. St.
- 234 Aelius Priscus, furiosus matrem occidit sub Marco et Commodo imperatoribus dig. 1, 18, 14. St.
- 235 [AELI?]VS PRO[CVLVS?], legatus Augusti pro praetore Lyciae et Pamphyliae temporibus Antonini Pii, anno 152 ut videtur, nominatur in t. *mausolei Opramoae Rhodiapolitani Heberdey Opramoas p. 54 = IGR 3, 739 XX c. 68; num recte nomina suppleverit Heberdey, incertum.* Gr.
- 236 AELIVS PROCVLVS, commemoratur in t. mutilo Marco et Vero Augustis a Comanensibus dedicato IGR 3, 106, fortasse legatus Aug. pr. pr. Cappadociae. Gr.
- 237 T. Aelius Proculus, Augusti libertus a rationibus XV 5309, 23. 28 *fishulae aquariae Ostienses*. St.

- 238 Aelius Promotus, Alexandrinus, medicus, saec. p. Chr. secundi partis prioris ut videtur (cf. Wellmann S. B. Berl. 1908, 772 sq.), scripsit libri de medicamentis qui inscribitur δυναμερόν capita CXXX, quae exstant in cod. Venet. Gr. 295, maxima ex parte adhuc inedita, et ἰατρικὰ φυσικὰ καὶ ἀντιπαθητικά, cuius libri excerpta quae exstant edidit Wellmann l. l. p. 774 sqq., cf. Wellmann RE 1, 528, 117. E. Rohde Kl. Schr. 1, 380 sqq. Christ-Schmid 2^e, 911. W.
- 239 P. Aelius Pylades, Augusti (sc. Hadriani) libertus, pantomimus hieronica, magister L. Aurelii Pyladis V 7753 = D. 5185 t. Genuas. Fronto ad Ver. 1, 2 p. 115 N. (1, 304 H.). Nescio an idem sit Pylades histrio a Traiano amatus Dio exc. 68, 10, 2. St.
- 240 P. Aelius Rasparaganus, rex Roxolanorum t. Pólenis V 32 = D. 852, rex Sarmatarum in t. filii P. Aeli Peregrini V 33 = D. 853. Eundem esse regem Roxolanorum, cum quo Hadrianus pacem composuit (v. Hadr. 6, 8, cf. 5, 2), haudquaquam certum est, cf. Weber Hadrian 73, 253. St.
- 241 T. Ael(ius) Restitutus, Augustorum libertus, procurator [S]yriae Palaestinae VI 8568 = D. 1482. St.
- 242 Ael(ius) Restutus, vir perfectissimus, agens vices praesidis provinciae Norici t. Lauriacensis Der röm. Limes in Österr. 11, 150, 42. St.
- 243 AELIVS ROMANVS, curator aedium sacrarum et operum locorumque publicorum t. urbanus positus a. 210 ut videtur VI 31 128. Gr.
— M. Messius Rusticus Aemilius Verus Aelius Romulus Priscianus Titus (?) Proculus.
- 244 Aelius Rufus Januarius, vir egregius, a militiis, ad fisci advocaciones ter numero promotus Thevestinam Hadrumetinam Thamugadensem, ad annonam perpetuo; flamen perpetuus, duumviralicus t. Lambaesianus VIII 2757. Idem mihi videtur Aelius Rufus, vir egregius, flamen perpetuus, curator rei publicae Lambaesianorum VIII 2661 = D. 5788. Saeculo demum IIII ineunte, cf. Pallu de Lessert Fastes 2, p. 320 sq. St.
- 245 P. Aelius Rusticus. Tituli Sufetulani Cagnat et Merlin Inscr. Lat. d' Afr. n. 130 (1). 131 (2). Tria nomina t. 1, Rusticus t. 2. Curator reipublicae, egregius vir t. 1. 2. Titulos dedicat Iuliae Domnae t. 1, M. Aurelio Antonino Caesari a. 196 t. 2. St.
- 246 Aelius Sabinus, rerum scriptor de Maximo Maximini filio citatur vita Max. 32, 1. St.
- 247 AEL(IVS) SAOTERVS, nominatur inter clarissimos viros ordinis sacer[dotum] domus Augustae Palatinae VI 2010 a 28. Eundem esse Saoterum cubicularium Commodi haud ita certa coniectura post Borghesium statuit Heer Philol. Suppl. 9, 42 sq. 46 sq. St.
- 248 Aelius Saturninus, propter carmina famosa in Tiberium composita damnatus de rupe Tarpeia deiectus est a. 23 Dio-Xiph. 57, 22, 5. St.

- 249 ... Aelius Saturninus, Augusti libertus, procurator castrensis, honoratus a plebe (Minturnensium) X 6005 = D. 1569. St.
- 250 T. Ael(ius) Saturnin(us), Augustorum libertus, pr[oc(urator) provinc(iae)] Belgicae VI 8450 = D. 1521. St.
- 251 [Tib]erius Aelius Sa[t]urnin[us] Mari[nia]nus, ὑπατικῶν συν[ε]ν[ε]ρ[η]ς t. *Apamenus Ramsay Cities and Bishoprics* 1, 469, 306 = IGR 4, 782. St.
- 252 AELIVS SCORPIANVS, consul III nonas Febr. a. 276 *vita Prob.* 11, 5 *in actis senatus fictis*. Gr.
- 253 C. AELIVS SE....., consul suffectus cum ono a. 157 *dipl. mil.* III p. 2328, 71 = D. 9057. Gr.
- 254 P. AELIVS SECVNDINVS, *honoratur t. mutilo Thuggensi VIII 26 577; saepius nominatur in actis fratrum Arvalium.*

[P. Aelius Sec]undinus t.; *plena nomina in actis Arv. — Lacunam, quae in t. post nomina et vestigium litterae lectionis incertae vacat, editores sic supplere conati sunt: v(iro) [c(larissimo) consular]i vel v[iro] consular]i vel X[V viro s(acris) f(aciundis)] (hoc vero parum probabile videtur); fortasse restitui potest X[X viro ex s(enatus) c(onsulto) r(ei) p(ublicae) cur(anda) consular]i, ita ut fuerit unus e consularibus a. 238 a senatu electis, ut Italiam contra Maximinum tuerentur. VII vir epulonum, frater Arvalis t.; adfuit in collegio fratrum Arvalium a. 219 ut videtur VI 2067 = D. 5040, a. 224 VI 2107 = D. 5048, a. 231 VI 2108, anno incerto Klio 2, 277 = VI 2109 + 37 164 (fragmentum tabulae sub magisterio Secundini insculptae Hülsen Klio l. l. parum probabiliter anno 221, Wissowa Herm. 52, 339 fortasse recte a. 237 attribuerunt); magister a. 219 et a. incerto v. supra.*

Nescio an origine Thuggensis. Q. A[elius?] , qui una cum eo a Thuggensibus honoratur, fortasse filius eius. Gr.

- 255 L. AELIVS SEIANVS. *Tria nomina in nummis Bibilitanis Eckhel* 6, 196. *Cohen* 1², 198, 97, *in titulis servorum VI 6030 (= D. 7394). 13 532 [10 769 partim suppleta], apud Dionem* exc. 57, 19, 5; *Aelius Seianus Tac. a. 1, 24; 4, 1. Vell. 2, 127, 3. Suet. Tib. 55; ceterum Seianus.*

Natus Volsiniis Tac. a. 4, 1; 6, 8, cf. 4, 3 (municipalis). Iuven. 10, 74. Volsiniensis est titulus XI 7285 = D. 8996, quem qui posuerunt parentes Seiani esse Cichorius Herm. 39, 461 sqq. et Cantarelli Bull. com. 1904, 147 sqq. viderunt. Filius L. Sei Strabonis Tac. a. 1, 24; 4, 1. Vell. 2, 127, 3. Dio l. l. et Cosconiae Gallitiae, (Corneli) Lentuli Malug[inensis filiae] tit. Volsiniensis; materno genere clarissimas veteresque et insignes honoribus complexus familias Vell. l. l.; Iunius Blaesus avunculus dicitur Seiani Tac. a. 3, 35. 72; 4, 26; fratres, consobrini, avunculus consulares Vell.; cf. quae exposuit Cichorius l. l. 469 sq. Adoptatum fuisse ab Aelio Gallo ex nomine eius quem pro filio Seiani habuit Borghesius 4, 444 sq. coniecit, recte fortasse, quamquam Aelius Gallus filius certe Seiani non fuit. Amicus

Drusi fratris Tiberii *Ios. ant.* 18, 181 (*vix recte; intellegi videtur Drusus Caesar, filius Tiberii, cf. infra*). Prima iuventa C. Caesarem Augusti nepotem in orientem sectatus est *Tac. a.* 4, 1, non sine rumore M. Gavio Apicio stuprum veno dedisse *ib.* *Dio l. c.* (Iunius Blaesus avunculus Seiani conviva Apicii, *cuius filia videtur Apicata Seiani, Suid. s. Ἀπίκιος A 3213 Adler*). A Tiberio anno 14 p. C. praefectus praetorio collega Straboni patri datus *Tac. a.* 1, 24; 6, 8. *Dio exc.* 57, 19, 6 et comes Drusi Caesaris *Tac. l. c.*, patre in Aegyptum misso solus praetorianos rexit *Dio l. c.* intenditque vim praefecturae modicam antea dispersas cohortes in una castra conducendo *Dio l. c. Tac. a.* 4, 1, 2, *cf.* 7. *Suet. Tib.* 37, 1. Cn. Calpurnium Pisonem reum per vana promissa elusit *Tac. a.* 3, 16. Magna apud Tiberium auctoritate *Tac. a.* 1, 24; 3, 66. 72; 4, 1, 2, 7, 19; 6, 51. *Dio* 57, 19, 7; 21, 3, 4. *Suet. Tib.* 55. Anno 20 (*vel* 19) a Tiberio ornamentis praetoriis honoratus *Dio l. c.* Druso Claudii filio socer destinatus, paucos ante Drusi mortem dies filiam ei despondit *Tac. a.* 3, 29 (*cf.* 4, 7, 39). *Suet. Claud.* 27, 1. *Dio* 58, 11, 5; 60, 32, 1. Drusus Caesar manus ei intendit et contra tendentis os verberavit *Tac. a.* 4, 3; ipse pugno Drusum cecidit *Dio-Xiph.* 57, 22, 1. Apicata uxore domo pulsa Liviam Drusi Caesaris in adulterium pellexit et Drusum veneno interemit a. 23 *Tac. a.* 4, 3, 8, 10, 11 (*cf. Plin. n. h.* 29, 20). *Suet. Tib.* 62, 1. *Dio* 57, 22, 2 (*Zonar.* 11, 2); 58, 11, 6. Anno 25 matrimonium Liviae a Tiberio frustra petiit *Tac. a.* 4, 39, 40, Cremutium Cordum Satrio Secundo congiarium dedit *Sen. ad Marciam de consol.* 22, 4. *Dio* 57, 24, 2. *Tac. a.* 4, 34. Tiberio auctor fuit, ut procul Roma vitam degeret *Tac. a.* 4, 41, 57; imperatorem urbe excedentem comitatus *Tac. a.* 4, 58, 59. Aucta inde potentia eius et adulatio omnium ordinum *Tac. a.* 4, 68, 70, 74; 6, 8. *Suet. Tib.* 65, 1. *Dio* 58, 1—6. *Sen. l. c.* 22, 4. Infestus Germanici uxori et filiis insidias nexuit *Tac. a.* 1, 69; 4, 12, 15, 17, 39, 54, 59, 60, 67. *Suet. Tib.* 55, 61, 1. *Dio exc.* 58, 3, 8. *Zonar. l. l.* Tiberius Iuliam Drusi Caesaris filiam ei in matrimonium promisit *Zonar.* 11, 2 (*qui tamen minus accurate κηδεστήν eum dicit eodem modo quo Tac. 5, 6; 6, 8 generum; cf. τῆς μελλονύμφου Dio 58, 7, 5, cf. Suet. Tib. 65, 1*). Consul a. 31 cum Tiberio V *nummi.* VI 10231 = D. 6044 (*v. infra*). *Tac.* 6, 8. *Suet. Tib.* 65, 1. *Dio* 57, 20, 2; 58, 4, 3; 6, 2; 8, 3. *fasti (nomen omissum X 1233. XIV 4533) usque ad VIII id. Maias XIV 4533.* Consul designatus cum Tiberio in quinquennium *Dio* 58, 4, 4. Sacerdotiis una cum filio ornatus potestatem proconsularem accepit *Dio* 58, 7, 4, 5; 8, 1. Coniuratione quam contra Tiberium inierat per Antoniam Drusi detecta (*Ios. ant.* 18, 181, 182. *Dio-Xiph.* 66, 14, 1, 2) in carcerem ductus et capitis damnatus interfectus est a. 31, damnata memoria bonis publicatis (die 18 Oct. *Tac. a.* 6, 25. *Fasti Ostienses XIV 4533 col. II 15. III 12036 = D. 158*) *Tac. a.* 5, 6—8, 11; 6, 2, 3, 8, 19, 23, 25, 30, 38, 48. *Suet. Tib.* 48, 2; 55, 61, 1;

- 65; *Cal.* 12, 1; *Claud.* 6, 1; *Vitell.* 2, 3. *Ios. ant.* 18, 250. *Philo leg. ad Gai.* 6, 37 p. 162 R.; 24, 159. 160, 185 R. *Dio* 57, 20, 2; 58, 4—16. 18. 19; 59, 16, 4. *Val. Max.* 9, 11 ext. (nomine contempto). *Sen. de tranq. an.* 11, 11; *nat. qu.* 1, 1, 3. *Plin. n. h.* 8, 197. *Plut. de amicor. mult.* 7, 96 C. *Iuven.* 10, 62—113, cf. VI 10213 = D. 6044 Seiani sce[lerati...]... inprobæ comitiæ, [q]uæ fuerunt in Aventino, ubi [Sei]anus cos. factus est. *Nomina eius erasa in nummis Eckhel l. c. Mowat Rev. num.* 1901, 445, in fastis ommissa sunt. Ab eo Curtius Atticus oppressus *ib.* 6, 10, Attalus stoicus circumscriptus *Sen. suas.* 2, 12. Inimicus Iudæorum *Philo leg. ad Gai.* 24, 159. 160 p. 185 R., cf. in *Flacc.* 1, 1, 120 R. (inde *Euseb. hist. eccl.* 2, 5, 7; *chronic. arm.* p. 211 K. *Hieronym.* p. 176 d H. *Syncell.* 621). *Servus eius VI* 6030. *Nominatur præterea Tac. a.* 4, 71; 5, 3. 4; 6, 7. 14. 29; 13, 45. *Suet. Cal.* 30, 2. *Sen. ad Marciam de consol.* 15, 3; *epist.* 55, 3. *Plin. n. h.* 7, 129. *Phædr.* 3 prol. 41. Ab eo nomen traxerunt horrea Seiana VI 238. 9471. *Memoratur in anonymi hist. domus Aug., quam ed. Lambros N. 'Ελληνομν.* 1 (1904), 150 sq. (σιλανός errore).
- Uxor Apicata, ex qua tres liberos genuit *Tac. a.* 4, 3. Strabo et Capito Aelia[nus] filii et Iunilla filia XIV 4533 col. II, qui post interitum patris ipsi quoque necati sunt XIV 4533. *Dio* 58, 11, 5. 6, cf. *Tac. a.* 5, 9. *St.*
- 256 P. Ael(ius) Sempro[ni]us Lycinus. *Tituli Ancyran* III 244 (1). 6756 (= D. 1414) (2). 6757 (D. = 1413) (3). *Dacicus III* 7659 (4). P. Ael. Sempro[ni]us Lycinus t. 3, Ael. Lycinus t. 1. 4, P. Semp. Ael. Lycinus t. 2. *Oriundus ut videtur Ancyra.* Omnibus equestribus militiis functus t. 2. 3. Procurator vicesimæ hereditatium per provincias Narbonensem et Aquitanicam t. 2. 3. Procurator Daciae Porolissensis t. 2. 3 (procurator Augustorum t. 4). Procurator idiologus Alexandreae t. 2. 3 ducenarius t. 3. Procurator Augustorum provinciae Syriae Palaestinae t. 2. Vir egregius t. 1. 'Imp. Caesari M. Aurellio Antonino invicto Augusto pio felici' (*Caracallae puto*) posuit t. 1. *Parentela sine dubio coniunctus cum eo qui sequitur.* *St.*
- 257 P. AEL(IVS) SEMPRONIVS METROPHANES, senator, honoratur a M. Aur. Musico t. *Ancyrano IGR* 3, 167; *idem homo statuæ honore affect* [σ]υγκλητικὴν, uxorem sc. *Metrophanis*, cuius nomen in t. perit, *Journ. Hell. st.* 44, 1924, 37 n. 45. *Gr.*
- 258 Aelius Serenianus, in consilio imperatoris Severi Alexandri *vita Alex.* 68, 1. *St.*
- 259 Aelius Serenus Atheniensis, civitate donatus ut videtur ab Hadriano vel Pio, grammaticus, scripsit epitomen ex Philonis Byblii περὶ πόλεων (libros III) et aliam ex Philoxeni εἰς Ὅμηρον (librum I) *Suid.* s. Σερῆνος. *De aliis quibusdam Serenis, qui utrum ab illo diversi sint necne incertum est, cf. v. Rohden RE* 1, 532, 137. *Christ-Schmid* 2⁶, 686. *W.*
- 260 P. AELIVS SEVERIANVS MAXIMVS honoratur t. *Bostreno III* 91 (1), nomi-

natur in t. Perinthio IGR 1, 794 = Jahresh. 23 B. 171, 118 (2) et in multis miliaris provinciae Arabiae.

P. Aelius Severianus Maximus t. 1. 2. III 14149⁴³, P. Ael. Severia[nus] Max[i]mus III 14150⁶, Ael. Severianus Maximus III 14172. 14174; *nomina plus minus mutila in ceteris miliaris.*

Legatus Aug. pro praetore provinciae Arabiae t. 1, a. 193 Pertinace imperium obtinente miliaris III 14149³⁵ = D. 5842. 14149⁴³. 14150⁶, item a. 194 imperante Septimio Severo III 13612. 14169. 14172. 14174. 14175³. 14176⁴; *frustulum incertae aetatis III 13614; cf. Thomsen Die röm. Meilensteine d. Prov. Syria, Arabia u. Palästina passim.* Consul designatus etiam tum legatus Arabiae t. 1, consul suffectus circa a. 194; ὁ λαμπρότατος ὑπατικός t. 2. Severianum post consulatum legatum provinciae Thraciae fuisse viri docti e titulo 2 filio Perinthi dicato collegerunt (cf. Stein Thracia p. 39 sq.), dubito num iure; fieri potest ut oriundus fuerit Perintho.

Pater P. Aelii Severiani Maximi t. 2.

Gr.

- 261 P. AEL(IVS) SEVERIANVS MAXIMVS, filius P. Aelii Severiani Maximi consularis, honoratur a Perinthiis IGR 1, 794 = Jahresh. 23 B. 171, 118. Gr.
- 262 P. Aelius Severinus, vir egregius, praeses (Alpium Maritimarum) t. positus ab ordine Cemenelensium V 7880. St.
- 263 P. Ael(ius) Silvanus, P. f., Papiria, II vir et sacerdos coloniae Apulensis, egregiae memoriae vir III 1207. St.
- 264 Aelius Socraticus, procurator Augusti a. 186 (si recte lecta est anni determinatione) t. Aegyptius, Catal. des ant. Égypt. du musée du Caire vol. 18, p. 32, 9297 = IGR 1, 1325. St.
- 265 Aelius Sostratus, procurator (aurariarum potius quam provinciae Daciae Apulensis) sub Caracalla (inter a. 212 et 217) III 7836 (Ampelum). St.
- 266 Aelius Spēctatus, vir egregius, subpraefectus vigilum a. 239 t. Ostiensis XIV 4397 = D. 2158. St.
- 267 (AELIVS) STRABO, [Seiani] filius, fasti Ostienses XIV 4533 col. II 16 sq. Idem ni fallor Tiberii iussu Lentulo Gaetulico gener destinatus fuerat Tac. a. 6, 30, anno 31 una cum patre a Tiberio sacerdotio ornatus Dio 58, 7, 4 (utroque loco nomine omisso). Die 24 m. Oct. a. 31 strangulatus t. Ostiensis. St.
- 268 P. AELIVS SYMMACHVS, συνκλητικός, τριβούνος, [P.] Aelii Symmachi Athenagorae et Aeliae Aristonices filius, Aeliae Leontidis consularis feminae frater t. Ephesius ineditus Aelio Symmacho Athenagorae positus ab uxore et filiis. Gr.
- 269 [P.] Ael(ius) Symmachus Athenagoras, pater P. Ael. Symmachi et Aeliae Leontidis, maritus Ael(iae) Aristonices t. Ephesius ineditus. St.
- 270 Aelius Theo, rhetor et sophista Alexandrinus, scripsit progymnasmata, quae maxima ex parte supersunt, artem rhetoricam, commentarios in

Xenophontem, in Isocratem, in Demosthenem, ῥητορικαὶ ὑποθέσεις, quaestiones de syntaxi, aliā *Suid.* s. θέων b. *Cf. Christ-Schmid* 2⁶, 460 sq. St.

- 271 AELIVS TRICCIANVS. *Sic III 10644 nomina quamquam erasa legi possunt; plus minus evanida vel mutila in alijs miliarijs Pannoniae inferioris III 3720. 3724. 3725. 10618. 10629. 10635. 10637. 10644. 10647. 14354³. Δέκκιον Τρικκιανόν Dio 78, 13, 3, ubi nomen fortasse corruptum, ceterum Τρικκιανός, Recianus vita Carac. 6, 7. Miles in exercitu Pannonico et θυρωρός (ostiarius, cf. *Espérandieu ILG 1, 107 = D. 9074*) legati Pannoniae Dio 78, 13, 4. Praefectus legionis secundae Parthicae a. 217 Caracallam in expeditionem Parthicam comitatus, conscius caedis eius vita Carac. 6, 7 (verba qui equitibus extraordinariis praeerat non ad eum, sed ad Iulium Martialem spectare vidit *Domaszewski Rh. Mus. 57, 507 sq.*); etiamtum sub Macrino legioni in monte Albano tendenti prae-fuit nimia severitate Dio 78, 13, 4; 79, 4, 3. A Macrino (in senatum adlectus) legatus in Pannoniam missus Dio 78, 13, 3; legatus Augustorum pro praetore Pannoniae inferioris sub Macrino et Diadumeniano miliarii. Ab Elagabalo occisus est Dio 79, 4, 3 (quae sequuntur non ad eum pertinent, cf. *Boissevain in editione*). St.*
- 272 P. Aelius Trophimus, Augusti libertus, procurator provinciae Cretae a. 124 t. *Ostiensis XIV 51*. St.
- 273 L. AELIVS TVBERO, duovir iure dicundo Pompeis a. 23 p. C. X 895 = D. 6394; videtur ortus esse ex gente consulari Tuberonum, fortasse filius Q. Aelii Tuberonis consulis a. 743. Gr.
- 274 Q. AELIVS TVBERO, consul a. 743 = 11 a. C. cum Paulo Fabio Maximo. *In consulatu*: K. Αἴλιος Κ. υἱ. Τουβέρων Dio ind. l. 54 (cf. *Boiss.*). Q. Aelius Tubero in tegulis plus minus mutilis XI 6673, 23 a. b. 24. *Frontin. de aq. passim*. Q. Aelius X 1935 = D. 7841 d. Dio 54, 32, 3. *Cassiod. (Chron. min. 2, 135)*. Quintus Elius Obseq. 72. Q. Tubero *Mon. Anc. gr. c. 6, 3. Plin. n. h. 8, 65*. Aelius Tubero IX 5289. [Q.] Aeli[us Tubero] I² p. 62e *fasti Cuprenses (min. V)*. Tubero *Gaius 1, 136; fasti*.
 Quinti filius Dio ind. l. 54; filius probabiliter Q. Aelii Tuberonis iuris consulti, frater maior Sex. Aelii Cati consulis a. 4 p. C. Idem videtur Q. Tubero XV vir sacris faciundis a. 17 a. C. VI 32323 v. 152 *acta lud. saec., diversus, pater videlicet eius*, Q. Aelius Tubero, ad quem scripsit Dionysius Hali-carnassius librum περί Θουκυδίδου χαρακτήρος (I. 55 cf. ad *Amaeum 1, 1*). Gr.
- 275 P. Aelius Valens (praenomen miliarii exhibent), tribunus equitum singularium a. 237 *dipl. mil. Jahresh. 14, 132 sq.*, vir egregius, procurator Augustorum praefectus provinciae Sardiniae a. 248 miliarii *Eph. ep. 8, 739. 743. 772*. Idem videtur P. Val. pres. prov. Sard. (nomen imperatoris excidit) *ib. 762*. St.

- AELIVS VERVS *vide* L. CEIONIVS COMMODVS = L. AELIVS CAESAR.
- 276 Ael(ius) Victorinus, vir egregius *t. Viminacii rep. III 1649.* *St.*
- 277 M. Aelius Vitalis, vir perfectissimus, praeses provinciae Sardiniae a. 282/3 X 8013. *Eph. ep. 8, 757 miliarii.* *St.*
- 278 T. Aelius Vitalis, Augusti libertus, subprocurator (ἀντεπίτροπος) vice-simae hereditatum provinciae Lyciae *t. Pataris rep. III 14180.* *St.*
- 279 AELIVS VLPIANVS, legatus provinciae alicuius sub Antonino Severi filio *cod. Iust. 9, 51, 1.* *Gr.*
- 280 AELIVS XIFIDIVS, praefectus aerarii sub Valeriano *vita Aurel. 12 in epistula ficta.* *Gr.*
- 281 P. Aelius Zeuxidemus Aristus [Z]eno, advocatus fisci in Phrygia, deinde provinciae Asiae, filius P. Aeli Zeuxidemi Cassiani τοῦ ἀσιάρχου *Judeich Jahrb. Ergänz. 4, 80, 31 (= IGR 4, 819), cf. 107, 110 (= IGR 4, 828), pater videtur Aeli Antipatri (supra n. 137), cf. Cichorius ib. p. 35 sq.* *St.*
- 282 P. Aelius Zeuxidemus Cassianus, asiarches, pater P. Aeli Zeuxidemi Aristi [Z]enonis *Judeich Jahrb. Ergänz. 4, 80, 31; 107, 110 (= IGR 4, 819. 828).* *St.*
- 283 (AELIA), quaedam de numero Lamiarum *Iuvenal. 6, 385; v. n. 205.* *Gr.*
- 284 Aelia, regina Bospori, uxor *ut videtur* Ti. Iuli Tiranae *t. Panticapaeensis Latyshev inscr. Ponti Euxini 2, 29 A 8.* *St.*
- 285 Aelia Antonina, uxor Aurelii Apollonii, honorata publice ab Apollonia-tibus (Pisidiae) *Sterrett, The Wolfe Expedition 360, 517 (paukulo accuratus G. Hirschfeld Monatsber. Berl. Akad. 1879, 317) = IGR 3, 318 (male CIG 3970 et add. p. 1107, item Wadd. 748 = 1195).* *St.*
- 286 Ael(ia) Aristonice, uxor Ael. Symmachi Athenagorae, mater P. Ael. Symmachi et Aeliae Leontidis *t. Ephesius ineditus.* *St.*
- 287 Aelia Baebia Heliodora, ἡ ἀξιολογώτατη, filia Aeli Baebi Heliodori, neptis Aeli Heliodori *t. Thessalonicensis ed. in ephemeride quae appellatur Ἀλήθεια d. 23 sept. 1906.* *St.*
- 288 AELIA CAECILIA PHILIPPA, ἡ κρατίστη, mater Serii Augurini, qui ei posuit *t. graecum suburbanum IG 14, 1346 = IGR 1, 371. Augurinum filium vel potius nepotem fuisse C. Serii Augurini consulis a. 156 putaverim.* *Gr.*
- 289 AELIA CAPELLA, genere et divitiis excellens octogenaria coram Nerone saltavit Iuvenalibus a. 59 *Dio-Xiph. 61, 19, 2 = Ioann. Antioch. Exc. de virt. 2, 1 p. 183 Büttn.-W., cf. Suet. Nero 11, 1. Filia videtur Sex. Aelii Cati consulis a. 4 p. C.* *Gr.*
- 290 AELIA CELSINILLA, consularis femina, patrona perpetua, mater Celsiniani consularis viri, honoratur ab ordine coloniae Octavianorum Thurburbo *Cagnat-Merlin Inscr. lat. d' Afrique 414; fortasse filia Aelii Celsi a Septimio Severo interfecti; Celsinianus filius videtur idem ac Agrius Celsinianus.* *Gr.*

- (AELIA) DOMITIA PAVLINA v. Domitia Paulina.
- 291 [Ae]lia Domitian(a), [fil]lia A[e]l(i) Maximi[ni]ani VI 31838. St.
- AELIA FLAVIA DRUSIANA v. Flavia Drusiana.
- 292 Aelia Flavia Egnat[ia] Capitolina, uxor Aeli Iuli Pro... Eubuliani t. Nysaeus CIG 2944 b = Ath. Mitt. 1893, 333. St.
- 293 Aelia Flavina, coniunx Classici procuratoris Augusti, sanctissima femina, t. Caesariensis Mauretaniae Ann. ép. 1902, 13. St.
- 294 Aelia Galla (duo nomina v. 38), Postumi coniunx Prop. 3 (4), 12. St.
- 295 AELIA GEMELLINA, Armeni Iuliani uxor, nominatur inter matronas, quae ludis saecularibus Septimii Severi a. 204 Iunonem reginam invocaverunt VI 32329; videtur filia fuisse P. Aelii Gemelli viri clarissimi. Gr.
- 296 AELIA HEGEMONIS, ἡ κρατίστη, mater et avia senatorum, honorata a civitate Lydatium patria sua t. Lydis rep. TAM 2, 1, 135 = IGR 3, 535. St.
- 297 (AELIA) IVNILLA, Seiani filia, fasti Ostienses XIV 4533 col. II 20, unde nomen eius innotuit. Desponsa Druso, Claudi, qui postea imperavit, filio, paucis diebus ante excessum Drusi Suet. Claud. 27, 1. Tac. a. 3, 29 (cf. 4, 7). Dio 58, 11, 5; 60, 32, 1. Strangulata post interitum patris a. 31 tit. Ostiensis. Tac. a. 5, 9. Dio 58, 11, 5. St.
- 298 AELIA LEONTIS, ὑπατική, [P.] Aelii Symmachi Athenagorae et Aeliae Aristonices filia, P. Aelii Symmachi viri clarissimi soror t. Ephesius ineditus. Gr.
- 299 AELIA LICINIA PETILI[A]....., M. Licinio Petilio Aia....., clarissimae memoriae viro, patri posuit t. sepulcralem Aquileiae V 871. Gr.
- 300 Aelia Matrona, uxor Coccei Iuliani Synesii t. sepulcralis urbanus IG 14, 1347. St.
- 301 Ael(ia) Maximilla, uxor Aurelii Marcionis, procuratoris Augustorum t. Prymessius Rostowzew Staatspacht 453, 258 = IGR 4, 676. Eadem Ael. Maximi... (in fine pro N videtur legendum esse ΛΛ), uxor procuratoris, t. positus a Trocnadibus III 6997 = IGR 4, 546. St.
- 302 Aelia Meneer[a]tilla, mater P. Mevi Saturnini Honoratiani tribuni lativclavii, uxor ut videtur Maevi Saturnini Honoratiani procuratoris trium Augustorum t. Lambaesianus Bull. tr. hist. 1912, 351, VI. St.
- 303 AELIAE OCVLATAE. Oculatae sorores virgines Vestales incesti damnatae, quibus Domitianus liberum mortis arbitrium permisit Suet. Dom. 8 cf. Philostr. v. Apoll. 7, 6; probabiliter filiae L. Aelii Oculati consularis. Gr.
- 304 AELIA OPTATA, clarissima femina, M. Aurelii Fortunati viri egregii uxor t. Lambaesianus VIII 2665 = D. 584. Gr.
- 305 AELIA PAETINA (sic Tac. Suet., Paetina Ios.), e familia Tuberorum Tac. a. 12, 1, consulari patre Suet. Claud. 26, 2 (filia puto vel neptis Q. Aeli Tuberonis consulis a. 11 a. C. vel potius Sex. Aeli Cati filia), post Plautiam

- Urgulanillam uxor (prima *Ioseph. ant.* 20, 150 errore) Claudii, qui postea imperavit *Suet. l. c.*, cf. *Tac. a.* 12, 2. Ex levibus offensis Claudius eam dimisit *Suet. Cl.* 26, 2. 3. Post mortem Messalinae de ea denuo ducenda cogitavit favente maxime Narcisso *Tac. a.* 12, 1. 2. *Suet. Claud.* 26, 3. Ex ea Antoniam tulit *Tac. a.* 12, 2. *Suet. Claud.* 27, 1. *Ios. l. c.*; *bell.* 2, 249. St.
- 306 AELIA PITHIAS, memoratur in t. *Ephesio acephalo filiae cuiusdam Inscr. Br. M.* 3, 562 (1), honoratur publice una cum M. Cl(udio) Caninio Severo consobrinio t. *Rhodiis IG* 12, 1, 95 a. b = *IGR* 4, 1127 a. b (2. 3). — Αιλία Πειθιάς t. 1, . . . Πειθιάς t. 2. 3. Ἡ κρατίστη ὑπατική t. 1, ἡ λαμ[προτάτη] t. 2. Ti. Claudii Hermiae consularis uxor t. 1, mater Ti. Claudii Dracontis consularis t. 2. 1 et filiarum trium Sosipatrae, Theonidis, tertiae, cuius nomen in t. perit t. 1; ἀνεψιά M. Cl(udii) Caninii Severi t. 2. 3. Gr.
- 307 AELIA PLATONIS, (Ti.) Claudii Agrippini viri clarissimi uxor, Ti. Claudii Dryantiani Antonini et Claudiae Ammianae Dryantillae mater t. *Oenoandae rep. genealogiam Liciniae Flavillae exhibens IGR* 3, 500; memoratur in t. *mausolei Opramoae Lyciarchae, qui dicitur* θεῖος Αἰλίας Π[λατ]ωνίδος, γυναικὸς Κλαυδ[ίου Ἀγ]ριππείνου συνκλητικο[ῶ] *IGR* 3, 739 c. 59; cf. *stemma infra propositum sub Ti. Claudio Agrippino.* Gr.
- 308 AELIA PROSPERA, clarissima femina, uxor C. Pomponii Magni legati Augustorum (*Severi Antonini Getae*) pr. pr. provinciae Numidiae VIII 2748. *Bull. tr. hist.* 1914, 291 t. *Lambaesitani.* Gr.
- 309 Aelia Romana, Q. Axi Aeliani uxor III 1423. St.
- 310 AEL(IA) SATVRNINA, c(larissima) f(emina), Ant(onio) Tauro ducenario, marito suo, sarcophagum posuit Salonis III 8712 (cf. p. 1510. 2135) = *Diehl ILChr* 513. *Christiana; initio saec. IIII.* Gr.
- 311 Aelia Saturnina. *Tituli Sarmizegetusae rep. III* 1625 (1). 7901 (2). *Arch. Anz.* 1912 p. 531 (3). *Duo nomina* t. 3, A[el.] Saturnina t. 2, nomina exciderunt t. 1. Coniunx Herenni Gemellini tribuni (militum) t. 3, postea procuratoris Augustorum (trium) t. 2, agentis vices praesidis t. 1. St.
- Aeria Aelia Theodora.
- 312 AEMILIANA, c(larissima) p(uella), nominatur in sigillo XV 7979; fortasse parentela coniuncta cum *Fulviis Aemilianis.* Gr.
- 313 AEMILIANA, clarissima femina, Flavii [?Rufi]ni viri clarissimi ut videtur uxor *Cagnat-Merlin Inscr. lat. d' Afr.* 207; fortasse saec. IIII. Gr.
- HERENNIA HELVIDIA AEMILIANA.
- [IVL]IA ME[M]MIA [PRIS]CA (?) RV[FA?] AEMI[LIANA] FIDIA[NA] v. *infra sub Memmiis.*
- STEFANILLA AEMILIANA.
- P. MANILIVS AEM(ILIVS) sive AEM(ILIANVS) PIVS.
- 314 AEMILIANVS, nominatur in epistula Flavii Sabini legati Moesiae decessoris

- sui ad Histrianos data Párvan Histria 4, p. 31 v. 13. 30. 31; errore Aemilianum pro Aeliano scriptum esse, ut re vera intellegendus sit Ti. Plautius Silvanus Aelianus, recte puto Dessau Jahresh. 23 B. 350 statuit. Gr.*
- 315 AEMILIANVS dicitur consul a. 227 collega (M. Nummii Senecionis) Albini *cod. Iust. 2, 4, 5. 9, 6, 4 qui alibi M. Laelius Maximus. Gr.*
- 316 AEMILIANVS, consul a. 259 cum Basso *fasti (perperam Αἰμιλιανού τὸ γ' καὶ Βολουσιανοῦ τὸ β' chron. Pasch. Chron. min. 1, 228). Gr.*
- 317 AEMILIANVS, consul a. 276 cum imp. Tacito XIII 6733 = D. 7079. *fasti. Gr.*
- 318 Aemilianus, rhetor Graecus aetate Senecae rhetoris *Sen. contr. 5 (34), 25; Aemilianus rhetor, cuius pater Epitherses Tiberii aetate fuit (Plut. de def. orac. 17), fortasse idem. W.*
- 319 AEMILIANVS, praeses Hispaniae citerioris a. 259, *commemoratur in actis Fructuosi Acta sanctor. 2, 339 (d. 21 Ian.) = Ruinart Acta mart. (Verona 1731), p. 192 sq. Prudent. peristeph. 6. Filia eius christiana. St.*
- **Aemilianus**, dux sub Gallieno in Aegypto imperium sumpsit, *vide sub L. Mussio Aemiliano.*
- **Aelius Aemilianus.**
- IMP. CAESAR M. AEMILIVS AEMILIANVS AVG.
- ASELLIVS AEMILIANVS.
- BARBIVS FVLVIVS AEMILIANVS.
- SEX. CAECILIVS AEMILIANVS.
- L. CALPVRNIVS FIDVS AEMILIANVS.
- Casperius Aemilianus.
- L. CESTIVS GALLVS VARENIANVS LVTATIVS NATALIS AEMILIANVS.
- C(ORNELIVS) AEMILIANVS CALPVRNIVS RVFILIANVS *v. infra sub Calpurniis.*
- **(Corvinius) Aemilianus.**
- FVLVIVS AEMILIANVS.
- L. FVLVIVS GAVIVS N[VMISIVS] AEMILIANVS.
- L. FVLVIVS GAVIVS NVMSIVS PETRONIVS AEMILIANVS.
- L. FVLVIVS RVSTICVS AEMILIANVS.
- GEMINIVS TVTICIVS AEMILIANVS.
- IASDIVS AEMILIANVS HONORATIANVS.
- L. IASDIVS AEMILIANVS HONORATIANVS POSTVMVS.
- M. LAELIVS (FVLVIVS?) MAXIMVS AEMILIANVS.
- M. LICINIVS QVINTIANVS AEMILIANVS.
- MINVCIVS HONORATVS MARCELLVS AEMILIANVS.
- **L. Mussius Aemilianus.**
- NVMMIVS AEMILIANVS DEXTER.
- L. OCTAVIVS CORNELIVS SALVIVS IVLIANVS AEMILIANVS, *v. infra sub Salviis.*

- CN. PAPIRIVS AELIANVS AEMIL[IANVS] TVSCILLVS.
 — Sicinius Aemilianus.
 — L. STEIVS AEMILIANVS.
 — C. Stertinius Aemilianus.
 — STRABO AEMILIANVS.
 — Umbricius Aemilianus.
 — [V]olussius Aemilianus.
- 320 AEMILIVS (?), proconsul (Asiae) memoratur in t. Smyrnaeo mutilo IGR 4, 1415 (Αἰμιλίου) = CIG 3211, ubi legitur Αἰμιλι[ανοῦ]; saeculo secundo exeunte secundum ratiocinationem Waddingtonii (Fast. n. 160), qui cogitavit de Asellio Aemiliano. Gr.
- 321 Aemilius causidicus Iuvenal. 7, 124. St.
- 322 C. Aemilius (cameli vellii libri Plin., Amelio Ps. Acro), medicus Augusti ante (Antonium) Musam Plin. n. h. 19, 128. Ps. Acro Hor. epist. 1, 15, 3. St.
- 323 L. AEMILIVS, consul (suffectus) a. incerti cum Q. Egrilio VI 30 868; collega fortasse non diversus a Q. Egrilio Plariano legato proconsulis Africae a. 159 (VIII 800. 1177). Gr.
- 324 L. AEMILIVS, [consul] suffectus ut videtur anni incerti saeculi secundi labentis VIII 24 138. Gr.
- 325 M. AEMILIVS, cuius libertus M. Aemilius Placidus nominatur inter kalatores pontificum et flaminum a. 101 VI 32 445. Gr.
- 326 M. AEMILIVS memoratur in fragmento basis positae a. 138 VI 998, curator aedium sacrarum et operum locorumque publicorum, ut ex contextu tituli concludere licet. Non est cur titulum fictum arbitremur; immo M. Aemilius idem puto statuendus est atque M. Cutius Priscus Messius Rusticus Aemilius Papus Arrius Proculus Iulius Celsus, cui nomina principalia fuisse Aemilium Papum e titulo Baetico II 1282 c perspicimus. Gr.
- 327 PAVLL[VS AEMILIVS?] nescio quis fortasse memoratur in t. Attico, quem edidit Graindor Bull. hell. 51, 257 (minus recte Herm. 30, 630): Σεμπρωνία Ἀτρατίνα [Λευκίου Σεμπρωνίου Ἀτρα]τείνου θυγάτηρ, Παύλλ[ου Αἰμιλίου? γυνή] (id quod Graindor restituit, Παύλλ[α Λ. Γέλ]λιου Ποπλικόλα γυνή), parum probabile videtur). Gr.
- 328 Paullus Aemilius, D. f., primus pilus bis, praefectus equitum, tribunus cohortis III praetoriae t. Campanus X 3881 = D. 2686. Idem putandus est Aemilius primipilaris, qui equitibus praefuit in expeditione Germanici a. 16 Tac. a. 2, 11 et Aemilius e militaribus viris (tribunus praetorianorum fuerit) a. 25 Tac. a. 4, 42. St.
- 329 Aemilius Aelianus, Cordubensis reus factus apud Augustum absolvitur Suet. Aug. 51, 2. St.
- 330 IMP. CAESAR M. AEMILIVS AEMILIANVS AVG. Tituli Remesianae in Moesia superiore rep. Jahresh. 12 B. 175, Cuiculitanus Bull. tr. hist. 1911, 113 =

D. 9498. *Miliarii Sardiniae Eph. ep.* 8, 194, 782. X 8011 (= D. 530), cf. 8012. *Moesiae superioris III* 8270 = D. 529, *Africae VIII* 22 473. 22 508 = 10 402. *Nummi apud Eckhel* 7, 371 sqq. *Cohen* 5², 287—295, *Alexandrini Vogt* 1, 201; 2, 150, *Dacici Pick Antike Münzen Nordgriechenlands* 1, 18, 55—58, *Viminacenses ib.* 57, 179—184. *Papyri Göt.* 4. *Oxy.* 10, 1286. *Ryl.* 2, 340. *Tait Greek Ostr.* (1930) 98, 139.

Imp. Caesar M. Aemilius Aemilianus pius felix invictus Aug. *tituli*; Imp. Caesar M. Aemilius Aemilianus pius felix Aug. *pap.*, *nummi Alex.*; Imp. Caes. M. Aemil. Aemilianus Aug. *vel* Imp. M. Aemil. Aemilianus p. f. Aug., Imp. Caes. Aemilianus p. f. Aug., Imp. Aemilianus p. f. Aug. *ceteri nummi*; Aemilius Aemilianus *Vict. Caes.* 31, 1, *ceterum Aemilianus scriptores.*

Natione Maurus *epit. de Caes.* 31, 2 (31, 1 'creati in insula Meninge, quae nunc Girba dicitur' *ad eum pertinere iure contendit Domaszewski Daten der Scr. H. A.* 14, 4); *Λίβυς Zonar.* 12, 21, obscurissime natus *Eutr.* 9, 6; *contra Ioann. Antioch. Exc. de insid.* 110, 60. Legatus Galli et Volusiani Augustorum provinciae Moesiae *Ioann. Antioch. l. c. Epit.* 31, 1. *Eutrop.* 9, 5. *Hieronym. chron. Ol.* 258 p. 219 f H. (*Iord. Rom.* 285. *Get.* 205); *Pannoniae Zos.* 1, 28, 1. *Illud praeferendum videtur propter lapides in Moesia repertos, sed utui res se habet, consul fuit ante imperium suffectus a. incerto.* A militibus, qui eo duce fortiter contra Gothos pugnaverant, imperium ei defertur a. 253 *Zos.* 1, 28, 1. 2. *Zonar. l. c. Vict. Caes.* 31, 1. *Iord. Get. l. c.* Contra eum Italiam ingressum Gallo et Volusiano profectis apud Interamnam (*sive* in Foro Flamini) a militibus suis interemptis Aemilianus ab utroque exercitu et a senatu agnitus est *Vict. Caes.* 31, 2. *Epit. l. c. Eutrop. Hieronym. l. c. Zos.* 1, 28, 2. 3. *Petr. Patr. (Dio contin.) Exc. de sent.* 264, 158. *Zonar.* 12, 21. 22. *Ioann. Antioch. l. c.* Cum Valerianus a Gallo ad Aemilianum oppugnandum accitus post mortem Galli et Volusiani ab exercitu imperator factus in Italiam venisset, Aemilianus a suis apud Spoletium *sive* ad Pontem Sanguinarium occisus est *epit. de Caes.* 31, 2. *Chronogr. a.* 354 p. 148 M. *Zos.* 1, 28, 3; 29, 1. *Zonar.* 12, 22, morbo absumptus *Vict. Caes.* 31, 3 (*errore*). Annos vixit quadraginta septem (*epit.* 31, 3) *vel* quadraginta (*Zonar.* 12, 22), imperavit tres menses *Vict.* 31, 3; *accuratius* dies 88 *chronogr. a.* 354; tertio mense extinctus *Eutr.* 9, 6 (= *Hieronym. l. c.*); mense quarto *epit.* 31, 2. *Ioann. Antioch.*; οὐπω τέσσαρας μῆνας *Zon.* 12, 22; τριετῆ *Synzell.* 715 (*manifesto errore pro* τριμήνῳ); *inde a mense fere Iulio vel Augusto ad Septembrem Octobremve a.* 253, cf. *quae exposui P. Arch.* 7, 43 sq.; 8, 13.

Uxor C. Cornelia Supera. *Incertum num eius sit etiamtum privati fistula aquaria urbana M. Aemili Aemiliani inscripta XI* 7378 = D. 528. *St.*

— M. MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS AFER CVTIVS ROMVLVS PRISCIVS ARRIVS PROCVLVS.

- 331 M. Aemilius Alcima, amicus L. Aureli Galli consulis VI 1356 (cf. 31 637) = D. 1109. St.
- 332 **Aemilius Alexander**, [praeses] prov(inciae) Thraciae, memoratur in miliario III 14 408, in quo ex nominibus imperatoris nihil superest nisi p. f. invict[o Aug.]; quae cum ante saec. tertium non inveniuntur et cippi miliarii Thraciae, saltem usque ad Philippum, graece concepti fuerint, Alexander posteriore III saec. parte provinciae praefuisse videtur; fortasse non fuit ante Diocletianum (cf. Stein Thracia 71 sq.). Senatorii ordinis eum fuisse vix crediderim. — Idem fortasse Aemil. Alexan(der) in signaculo aeneo XI 6712, 27. Gr.
- 333 L. AEMILIVS ARCANVS honoratur t. Narbonensi XII 4354 = D. 1064 posito post obitum eius: L. f. tribu Papiria (origine Narbonensis), tribunus militum legionis XI (sic) geminae et tribunus militum legionis I Minerviae item tribunus militum legionis II Augustae, omnibus honoribus in colonia sua functus, adlectus in amplissimum ordinem ab Imp. Caes. Hadriano Aug., sevir equitum Romanorum, curio, quaestor urbanus, tribunus plebis, praetor designatus. — Arcanus, quem pulcherrima iam redire Narbo — — ad leges iubet annuosque fascas, amicus Martialis Mart. 8, 72, 3 certe cum hoc necessitudine coniunctus fuit, fortasse pater. Gr.
- 334 **Q. Aemilius Aristides**. Tituli; Sabrathensis Riv. d. Tripolitania 1, 289 (1). Ephesii Jahresh. 25 B. 47 sq. = SEG 4, 544 (2). III 14195²⁶ (3). Tria nomina t. 1; Aemilius Aristides t. 2; . . . istides t. 3. Ὁ κράτιστος (= vir egregius), frater Cl(audiae) Antoniae Tatianae, quae in heroo suo uxori eius mortuae a. 204 locum sepulturae concessit t. 2, procura[tor. . .] inter a. 208 et 211 t. 3, iuridicus per Alexandream (et Aegyptum) t. 1. St.
- 335 Aemilius Asper, grammaticus aetatis imperatoriae, fortasse saec. II; scripsit post Cornutum, ante Iulium Romanum. Confecit cum alia tum commentarium in Vergilium. Cf. Goetz RE 1, 547, 29. Teuffel 3^e § 374, 1. W.
- 336 C. AEMILIVS BERE[NI]CIANVS MAXIM[VS] honoratur t. Nemausensi sub finem mutilo XII 3163 = D. 1168, ubi honores inverso ordine recensentur. X vir stlitibus iudicandis, tribunus laticlavii legionis IIII Scythicae item VII geminae iterato tribunatu, quaestor urbanus, allectus inter tribunicios a divo Magno Antonino — ita dictus Antoninus Severi filius sub Elagabalo et Alexandro —, praetor supremarum, legatus pro praetore provinciae Asiae, proconsul splendidissimae provinciae Narbonensis, consul suffectus aetate sine dubio Severi Alexandri; VII vir epulonum. Gr.
- 337 A[emi]lius (?) Capitolinus. Papyri graecae BGU 168 (= Mitteis Chrest. 121) (1). 291 (= Wilcken Chrest. 321) (2). . . . ὑλίω Καπιτω. . . υψ

p. 1, Ἀ..ιλίω Καπ...λείνω p. 2, *nomen restituit V. Martin Les Épistatèges (1911) 183, 1. Epistrategus (Heptanomia), vir egregius (ὁ κρᾶτιστος) a. 169/170 p. 1. 2. St.*

338 L. AEMILIVS CARVS. *Tituli: urbanus ei positus a C. Iulio Eruciano Crispo praefecto alae I Ulpiae Dacorum amico VI 1333 = D. 1077 (1); ipse posuit Iovi optimo maximo legatus (sc. legionis) Agrippinensem XIII 8197 (2), Iovi optimo maximo conservatori legatus Arabiae Philadelphenum III 14 149^a = D. 3013 (3), legatus Daciarum Sarapidi Iovi Soli Isidi Lunae Dianae dis deabusque conservatoribus Apulensem III 7771 = D. 4398 (4), Silvano sancto Apulensem (ut videtur). III 1153 (5), Apollini Augusto Dacicum III 1415 (6); nominatur in titulis Gerasenis IGR 3, 1348 (7), Rev. bibl. 1909, 449 (ex parte iam IGR 3, 1364) (8). Referri potest ad eum fragmentum XIII 8534, ubi nihil superest nisi L. Car[u]s. Non huc respicit fistula aquaria XV 7546 Aemiliorum Luci(us) et Karici, plumbariorum nomina exhibens, cf. quae adnotavit Dressel (minus recte VI 31633 adnot.).*

L. Aemilius L. f. Cam(ilia) Karus t. 1. L. Aemilius Carus t. 2—6. Αἰμίλιος Κάρως t. 7. 8.

Origine videtur fuisse Italicus propter tribum Camiliam. Cursum honorum usque ad legationem Cappadociae exhibet t. 1: Xvir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis VIII Hispanae aetate Hadriani, quo regnante haec legio interiit (cf. Ritterling RE 12, 1669), tribunus militum legionis VIII Augustae, quaestor Augusti, tribunus plebis, praetor, legatus legionis XXX Ulpiae victricis — ad hanc legationem pertinet t. 2, ubi dicitur leg. Aug. nude —, curator viae Flaminiae t. 1. Legatus Aug. pro praetore provinciae Arabiae t. 1. 3. 7 anno 205 aerae Pompeianae ut videtur i. e. a. p. C. 142/143 t. 8, ante a. 150, quo anno L. Attidius Cornelianus provinciam obtinuit (v. infra sub Attidio); consul t. 1 (ubi consulatus ceteris honoribus praemittitur) suffectus a. inc. imperante Antonino Pio; legatus Aug. pr. pr. censor provinciae Lugdunensis, legatus Aug. pr. pr. provinciae Cappadociae t. 1 certe ante M. Sedatium Severianum, qui hanc provinciam rexit usque ad annum 161 p. C. Legatus Aug. pr. pr. III Daciarum t. 4. 5. 6. Legatum Daciarum diversum esse a Caro hoc, sc. filium eius, posuit Ritterling l. l. 1824 sine idonea causa: nam nihil obstat quominus statuamus Carum ut rei militaris peritissimum quamvis aetate proVectum a divis fratribus Daciae praepositum esse, quam defenderet ab incursionibus barbarorum; quod si recte positum est, primus fuerit necesse est qui consularis rexit hanc provinciam ad id tempus a praetoris administratam. Iure enim Premerstein Wiener Eranos (1909), 266 sq. demonstrasse videtur Carum tres Dacias rexisse inter a. 161, quo P. Furius Saturninus provinciae praefuit, et a. 164/166, quo tempore M. Claudius Fronto hac legatione functus est. — Sodalis Flavialis, XV vir sacris faciundis t. 1. Gr.

- CN. PINARIUS AEMILIVS CICATRICVLA POMPEIVS LONGINVS *v. infra sub Pompeiis.*
- 339 **M. Aemilius Clodianus**, egregius vir, procurator Augustorum patrimonii regionis Leptiminensis, item privatae regionis Tripolitanae a. 211/2; *tituli* Theveste ei dedicati ab Oeensibus et Sabratensibus VIII 16 542. 16 543 = *Gsell Inscr. d'Algérie* 3062. 3063. *Ad eundem sine dubio pertinet t. acephalus VIII 11 105.* St.
- 340 M. Aemilius Crescens, praefectus classis Germanicae piae fidelis XIII 8198 *t. Agrippinensis ab eo dedicatus. Huius fortasse Aemili Crescentis delicata VI 38972.* St.
- 341 **L. Aemilius Decius Andromachus** (*traditur* AIMYΛION et ΔΕΜΙΛΙΟΝ), procurator Augusti *t. positus a Chiis CIG 2218 = IGR 4, 944 bis descriptus. Incertum num idem sit Andromachus, vir egregius (ὁ κράτιστος), dioecetes Aegypti paullo ante a. 272 P. Oxy. 10, 1264.* St.
- 342 SEX. AEMILIVS EQVESTER, legatus Augusti pro praetore (provinciae Dalmatiae), *nominatur in titulo Delminensi, quem mecum communicavit Abramić. Provinciam rexit sub Antonino Pio non ante annum 145, cum Pius in titulo dictus sit consul IIII, fortasse hoc ipso anno. Idem sine dubio Aemilius Equester ad quem (praetorem ut videtur) divus Pius rescripsit Ulp. Dig. 36, 4, 1, 3.* Gr.
- 343 M. Aemilius Flaccus, q(uaestor), *et Iovi custodi et Neptuno adiutori titulos dedicavit Tibure XIV 3557. 3558 = D. 3292; incertum utrum magistratu populi Romani junctus sit an quaestor fuerit Tibure.* Gr.
- 344 M. AEMILIVS M. F. FLAVIVS IVLIANVS LATINIANVS, clarissimus vir, patronus Reginorum Iulensium qui ei statuam posuerunt *Eph. ep. 8, 246 t. Reginus. Ab hoc non diversus videtur Aemilius Latinianus συνηκτικός, amicus Aclii Glabronis CIG 2979 t. Ephesius. Parentela ni fallor cum hoc coniuncta Iulia Aemilia [G]allitta clarissima femina t. Reginus Eph. ep. 8, 247.* Gr.
- 345 L. AEMILIVS FRON...., consul *suffectus a. d. ... k. Ian. anni incerti post a. 146 ut videtur cumcino (?) dipl. mil. III p. 1995 = Vollmer IBR 514.* Gr.
- 346 L. AEM[ILIVS .. F.] QVIRIN(A) FRON[TINVS] *vel* FRON[TO], legatus Aug. pr. pr. provinciae Lugudunensis, consul (*suffectus a. inc.*) XIII 1679 *t. mutilus Lugdunensis ei positus a tribus provinciis Galliae. Fortasse idem qui praecedit.* Gr.
- 347 AEMILIVS FRONTINIANVS *nominatur in laterculo clarissimorum virorum patronorum ordinis sacerdotum domus Aug(ustae) Palat(inae) loco extremo VI 2010; fuit aetate Commodi.* Gr.
- 348 AEMILIVS FRONTINVS *nominatur in fistula aquaria urbana Imp. Caes. Antonini Aug. Pii facta sub cura Aemili Frontini XV 7314 = D. 8685, fortasse curator aquarum vel, ut voluit Lanciani, adiutor curatoris. Potest*

idem esse Αἰμίλιος Φροντίδος proconsul Asiae temporibus Marci vel Commodi Apollonius ap. Eus. hist. eccl. 5, 18, 9; cf. Waddington Fast. As. n. 155. Gr.

349 AEMILIVS FRONTO, clarissimus vir. Ex sententia eius, postea Arri Antonini cl. vir. rei p. Tif(ernatium) Tib(erinorum) pecunia numerata est t. *Tiferni rep. XI 5939 = D. 5678. Aut iuridicus fuit aut curator civitatis. Arrius Antoninus fortasse idem atque consul c. a. 170.* Gr.

350 L. AEMILIVS HONORATVS. *Tituli Nemausenses: XII 3164 = D. 1048 (1) fortasse sepulchralis. 3165 (2) fragmentum t. gemelli; ad eundem pertinere videtur frustulum t. Nemausensis XII 5896.*

L. Aemilius M. f. tribu Vol(tinia) Honoratus, *origine Nemausensis, III vir capitalis, quaestor pro pr. provinciae Ponti et Bithyniae, legatus (proconsulis) eiusdem provinciae, aedilis plebis, praetor, praefectus frumenti dandi ex senatus consulto, sacerdos fetialis, proconsul provinciae Cretae et Cyrenarum; hic hos honores beneficio optumi principis maturius quam per annos permitti solet, gessit t. 1 cf. 2. — Optimum principem cave pro certo habeas Traianum intellegi. — Aemilia [Ho]norata nominatur in signaculo aeneo XI 6712, 27.* Gr.

351 Aemilius Iucundus, praefectus alae in Iudaea occidit a. 66 *Ioseph. bell. 2, 544. Idem videtur Iucundus praefectus equitum (ἱππάρχης) a. 66 Caesareae Iudaeae ib. 191.* St.

352 AEMILIVS IVNCVS (iunctus *libri*). Coniuratione Paterni detecta (*a. 183 ut videtur*) in exilium acti sunt Aemilius Iuncus et Atilius Severus consules *vita Comm. 4, 11: unde Iuncum illo anno consulem fuisse certa ratione concludi non potest (aliter iudicat Heer Philol. Suppl. 9, 53).* Gr.

353 AEMILIVS IVNCVS, proconsul (Asiae), *memoratur in t. Thyatireno IGR 4, 1275; cogitari potest de L. Aemilio Iunco consule a. 127 vel de Aemilio Iunco aetatis Commodianae. — Incertum num ad Aemiliorum Iuncorum domum senatoriam pertineat Ἰοῦγκος [ὁ στρατηγός] (?), qui memoratur in t. Attico IG 3, 70 (v. 4. 20) posito Antonini Pii temporibus ut videtur; sane id quoque dubium est, utrum hic magistratus Romanus an Atheniensis significetur.* Gr.

354 Aemilius [I]uncus, procurator Augusti (provinciae Syriae) *signaculum plumbeum Beryti rep. Bull. soc. ant. de Fr. 1902, 341. Pater videtur consulis a. 127. Nescio qua ratione cum eo coniunctus Aemilius Iuncus primus pilus VI 32995 t. sepulchralis.* St.

355 L. AEMILIVS IVNCVS, consul suffectus a. 127, *honoratur titulo Attico IG 3, 622 = Dittenberger Or. gr. 587, quem publice posuerunt Tripolitani Phoenices (1), memoratur in titulo Laconico IG 5, 485 (2). Idem videtur nominari in fistula plumbea urbana XV 7379 (3).*

L. Aemilius Iuncus t. 3. Aemilius Iuncus t. 1. 2. *In consulatu: L. Aemilius Iuncus III p. 874 = X 7854 dipl. mil., Aemilius Iuncus Dig. 40, 5,*

28, 4, nuper consule Iunco Iuvenal. 15, 27; senatus consultum Iuncianum Dig. 40, 5, 51, 8.

- Πολεΐτης καὶ εὐεργέτης Tripolitanorum t. 1: *aut origine Tripolitanus aut (quod magis crediderim) civitate donatus a Tripolitaniis. Filius probabiliter Aemilii Iunci procuratoris Augusti.* Πρεσβευτῆς Σεβαστοῦ καὶ ἀντιστράτηγος t. 1, δικαιόδοτος t. 2 (καθὰ καὶ ὁ θεϊότατος Αὐτοκράτωρ Καίσαρ Τραϊανὸς Ἀδριανὸς Σεβαστὸς καὶ Αἰμίλιος Ἰούγκος ὁ δικαιόδοτος περὶ αὐτοῦ ἐπέστειλαν). *Quale officium gesserit in provincia Achaia, parum liquet nec probari potest legatum fuisse proconsulis, id quod proposuit Borghesi 5, 70. Dittenberger Eph. ep. 1 p. 247 sq. demonstrare conatus est Iuncum legatum a principe ad corrigendum statum liberarum civitatum in Achaiam missum esse; contra dixit Mommsen St.-R. 2^a, 858, 2 monens per id tempus Achaiam fortasse provinciam imperatoris fuisse, recte ni fallor, etsi adnotavit Dittenberger Iuncum in t. 2 non πρεσβευτὴν αὐτῆς ἡγεμόνα sed δικαιόδοτον dici; res pro certo diiudicari nequit.* — Consul (suffectus) d. 11 m. Oct. a. 127 cum Sex. (Minicio Faustino) Iulio Severo v. supra. *Incertum num idem fuerit Aemilius Iuncus proconsul Asiae IGR 4, 1275. Fortasse hic nominatur in tegulis urbanis ex figlinis Iuncianis a. 123 XV 257, item in fragmento tituli Attici IG 3, 622 a, ubi nomen [Αἰμ]ιλίου Ἰούγκου bis positum fuit (patrisne sc. et filii?). Iuncum, qui memoratur in t. Attico IG 3, 70 aetatis Antonini Pii ut videtur, diversum a nostro putat Dittenberger probabiliter.* — Pater vel avus Aemilii Iunci in exilium acti a. 183. Gr.
- 356 AEMI(LIVS) IVST[VS] (*potius quam Iust[inus]*), legatus (Thraciae) initio ut videtur principatus Commodi nummus Hadrianopolitanus Lischine Monnaies Grecques p. 45 n. 419 cf. Kubitschek Num. Ztschr. 4, 1911 p. 162. Stein Thracia p. 33. Gr.
- 357 M. Aemilius Laetus, a studiis Augusti, Silvano dicavit t. Lugdunensem XIII 1779 = D. 1460. *Ad eundem videtur pertinere fragmentum Lugdunense XIII 1809 . . . lius C. [fil. Quir]in. La[. . . a] stud[iis Aug.] St.*
- 358 Q. Aemilius Laetus. *Sic vita Comm. 17, 1, Aemilius Laetus Dio exc. 72, 19, 4, Laetus reliqui.* Praefectus praetorio sub Commodio vita Comm. 15, 7. Pert. 4, 5; 5, 1. Herodian. 1, 16, 5 et sub Pertinace vita Pert. 10, 8; 11, 7 (praefectus vel ἑπαρχος alibi). Cum Commodio in spectaculo gladiatorio simulata pugna certavit Dio l. c. Commodum prohibuit ne urbem incenderet vita Comm. 15, 7. Eius beneficio Didius Iulianus Commodi manus evasit vita Did. 6, 2, cf. 2, 1. Anno 191 vel 192 eo suffragante Septimius Severus 'exercitui Germano' (immo provinciae Pannoniae superiori) praepositus est vita Sev. 4, 4, fautor Severi vita Did. 6, 2. Sub finem anni 192 una cum Egleto et Marcia contra Commodum coniuravit et eum interfecit d. 31 m. Decembris vita Comm. 17, 1. 2. Pert. 5, 1. Dio 72, 22. Herodian. 1, 16, 4. 5; 1, 17. Pertinaci imperium detulit vita Pert. 4, 5. 6; 5, 1. 2; 10, 9. Dio 73, 1. 2. Herodian. 2, 1. 2. Commodi

*Stemma Lepidorum*¹⁾.

| | | | | | | | |
|------------------------------------|--|--|--|--|--|--|--|
| | | M. Aemilius Lepidus cos. a. 676 | | | | M. (Aemilius Lepidus) | |
| | | L. Aemilius Paulus cos. a. 704 | | M. Aemilius Lepidus cos. a. 708. 712. III vir | | M. Aemilius Lepidus cos. a. 688 | |
| | | Paulus Aemilius Lepidus cos. a. 720 | | M. Aemilius Lepidus ~ Servilia | | Q. (Aemilius Lepidus)? ~ Aemilia Lepida? | |
| | | 1. Cornelia 2. Claudia Marcella minor | | L. Sullae et Cn. Pompei neptis? | | Q. Aemilius Lepidus cos. a. 733 | |
| 1. L. Aemilius Paulus cos. a. 1 | | 1. M. Aemilius Lepidus cos. a. 6 | | 1. (filia) 2. Paulus Aemilius Regillus? | | M. Aemilius Lepidus cos. a. 11 | |
| Julia Augusti neptis | | Aemilia Lepida | | M. Aemilius Lepidus | | Aemilia Lepida L. Caesari uxor destinata | |
| L. Aemilius Paulus fr. Arv. | | Aemilia Lepida | | Iberi, in iis Aemilia Lepida | | 1. P. Sulpicius Quirinus cos. a. 742 | |
| | | M. Iunius Silanus cos. a. 19 | | Drusus Caesar Augusti pronepos | | Ser. Sulpicius Galba cos. a. 33 | |
| M. Iunius Silanus cos. a. 46 | | D. Iunius Silanus cos. a. 53 | | Iulia Drusilla Augusti proneptis | | 2. Mam. Aemilius Scaturus cos. c. 21 | |
| | | L. Iunius Silanus Torquatus | | Iunia Lepida | | Iunia Calpurnia | |

¹⁾ cf. *Münzer Röm. Adelsportreten* p. 282. 306 sq. 318 sq.

- memoriam contumeliis insectatus est *Dio* 73, 6, 1. 2. Neque Pertinaci fidem praestitit, sed mortem ei paravit d. 28 Mart. a. 193 *vita Pert.* 10, 8. 9; 11, 7. *Dio* 73, 6, 3; 9, 1. A Didio Iuliano occisus est *vita Did.* 6, 2. *Dio* 73, 16, 5. St.
- 359 AEMILIVS LATINIANVS (Λατενιανός t.), συνκλητικός, *titulum posuit Ephesi* Acilio Glabroni consulari, amico suo *CIG* 2979; *idem videtur* M. Aemilius Flavius Iulianus Latinianus clarissimus vir *Eph. ep.* 8, 246 (v. *supra* n. 344). Gr.
- 360 AEM[ILIVS] LEPIDVS *nescio quis publice honoratus t. Attico IG* 3, 574 ή βουλή Λέπεδον Αιμ[ιλιον]. Gr.
- 361 (AEMILIVS) LEPIDVS. *Patronum* C. Aemili Lepidi [L.] Laecae nomenclatoris *VI* 6071 cf. p. 3851 *Gai praenomine usum esse vix crediderim, nam Lepidos nobiles Gai praenomen gerentes non novimus; probabiliter igitur coniecit Mommsen patronum liberti illius fuisse Paullum Aemilium Lepidum consulem a. 720 qui libertis suis non suum sed quodlibet aliud praenomen imposuisset.* Gr.
- 362 .. AEMILIVS LEPIDVS, inter testes senatus consultorum a. d. X k. Jun. a. 17 a. C. *VI* 32323 v. 51; *fortasse idem atque Q. Aemilius Lepidus consul a. 733 = 21.* Gr.
- 363 M'. AEMILIVS LEPIDVS, consul a. 11 p. C. *Memoratur in t. praefecti fabrum Pergameno III* 398 = 7089 (1), *liberti urbano VI* 9859 (2), *acephalo legati eius Rusguniensi VIII* 9247 (3), *ubi traditur legato VE Lepidi procos. Asiae neque tamen ex omni parte certum est, num M'. Lepidi nomen recte restituatur.*
- In consulatu:* [M'. Ai]milium Q. f. M. n. Lepidus *I*² p. 29 *fasti Capitol.*, M'. Aemilius *ib.* p. 70 *fasti Arv. (min. XIV)*, M'. Aemilius Lepidus *IX* 1456 = *D.* 3806. *XII* 4333 = *D.* 112. *XIV* 2302 = *D.* 7462, M'. Lep(idus) *I* 759 = *Herzog Tesserae numm.* 40, 87. M. (sic) Aemilius Lepidus *I*² p. 72 *fasti Ant. (min. XVI)*, M. (sic) Αιμίλιος Κ. υί. Λέπιδος *Dio ind. l.* 56, Μάρκος (sic) Αιμίλιος *Dio* 56, 25, 2, M. (sic) Lepidus *Cassiod. chr.* a. 764 (*Chron. min.* 2, 136), *ceterum Lepidus fasti.* — *In titulis:* (Manius Aemilius) Lepi[dus] t. 2. M'. Lepidus t. 1. *Apud scriptores praenomen Manii litteris perscriptum certe traditur Tac. a.* 3, 22 (Manio Lepido), *ceterum dicitur M. Lepidus sive Lepidus. De Taciti locis inter hunc et M. Lepidum consulem a. 6 p. C. distinguendis v. sub M. Aemilio Lepido eos. a. 6; de locis Senecae patris ad hunc relatis v. infra.*
- Q. f. M. n. *fasti Capitol.*, Q. f. *Dio ind. l.* 56. *Pater aliunde ignotus, haud enim recte viri docti patrem statuerunt Q. Aemilium Lepidum consulem a. 733, quippe qui fuerit Manii filius (v. infra sub Q. Aemilio Lepido); pater Manii huius potest fuisse filius minor M. Lepidi triumviri, qui propter supplicium de fratre sumptum forsitan prohibitus fuerit magistratum capessere. Mater eius nescio an originem repetiverit a Cornelio*

Sulla dictatore et Pompeio Magno; nam sorori eius Lepidae super Aemiliorum decus L. Sulla et Cn. Pompeius proavi erant Tac. a. 3, 22.

Consul a. 11 p. C. cum T. Statilio Tauro *v. supra* usque ad kal. Iulias *fasti Capitol.*, *fasti Arv.* Augur *t. 1.* Anno 20 Cn. Pisoni patronus adfuit *Tac. a. 3, 11*; eodem anno Lepidam sororem a Sulpicio Quirinio ream factam defendit *ib. 3, 22.* A. 21 Tiberius (M.) Lepidum et Iunium Blaesum nominavit, ex quis pro consule Africae legeretur, sed excusavit se Lepidus, cum valetudinem corporis, aetatem liberum, nubilem filiam obtenderet *ib. 3, 35 cf. 32.* Eodem anno causam Clutorii Prisci in senatu egit *ib. 3, 50. 51.* A. 24 in senatu sententiam dixit *ib. 4, 20.* A. 26/27 proconsul Asiae *ib. 4, 56. t. 1. 3.* A. 32 Cotta Messalinus de potentia (M.) Lepidi ac L. Arruntii questus est, cum quibus ob rem pecuniariam disceptabat *ib. 6, 5.* A. 33 obiit *ib. 6, 27.* — Gravis et sapiens vir, nam pleraque ab saevis adulationibus aliorum in melius flexit neque tamen temperamenti egebat, cum aequabili auctoritate et gratia aput Tiberium vigerit *Tac. a. 4, 20*; moderatio et sapientia eius *ib. 6, 27.* Augustus eum capacem imperii sed aspernantem dixerat *ib. 1, 13.* — Liberi, nubilis filia *sub a. 21 memorantur Tac. a. 3, 35*; filia fortasse Aemilia Lepida, quae nupsit Ser. Sulpicio Galbae; mater huius Lepidae commemoratur nomine non posito *Suet. Galba 5.* — M. Aemilius M. f. Palatina Proculus, praefectus fabrum Lepidi huius pro[consulis] (Asiae), *t. 1, filius liberti eius fuisse videtur.* Manius Aemilius Lepi[di l.] Strato rogator *t. 2.* — *Hic nominari videtur in tegulis Lanuvina Eph. epigr. 9, 974,2, in agro Circeiensi rep. Mél. d'arch. et d'hist. 25, 203: M. Lepidi.*

Lepidus Neronis (Germanici filii) praeceptor *Sen. contr. 2, 3, 23*, vir egregius *ib. 9 praef. 5*; *num recte statuerint viri docti his locis et ib. 10 praef. 3 significari Manium hunc, valde dubito, cum unico loco, ubi praenomen in codicibus servatum est (10 praef. 3), Lepidus M. audiat neque veri sit simile virum nobilissimum et summi fastigii officium praeceptoris sustinuisse.*

Gr.

364 (M. AEMILIVS) LEPIDVS nescio quis memoratur in titulis libertorum VI 8602. 11056. 11092. Gr.

365 M. (AEMILIVS) LEPIDVS nescio quis memoratur in t. X 6774 ex Pontia insula; traditur Pontio Nigrino c[os.? (a. 37)] M. Lepidus. Gr.

366 M. AEMILIVS LEPIDVS, patronus Uxamensium, cui positus est t. II 2820; fortasse non diversus a consule a. 6 p. C. Gr.

367 M. AEMILIVS LEPIDVS, M. f. Q. n., aedilis curulis a. 702 = 52 ut videtur, eodem anno interrex, praetor urbanus a. 705 = 49, proconsul Hispaniae citerioris a. 706 = 48, consul I a. 708 = 46, magister equitum Caesaris dictatoris a. 709 = 45 II a. 710 = 44, proconsul Galliae Narbonensis et Hispaniae citerioris a. 710/711, pontifex maximus inde ab a. 710 usque ad vitae finem, III vir rei publicae constituendae a. 711—718, consul

II a. 712 = 42, a. 718 = 36 a Caesare magistratu exutus vitam et pontificatum maximum retinuit, mortuus est a. 741 = 13 *Dio* 54, 27, 2 vel ineunte a. 742 *cf. mon. Ancy.* 2, 25 sq. = *mon. Antioch.* p. III c. 10, 5 sq. *Cf. Drumann-Groebe* 1, 9—17.

Uxor Iunia M. Bruti soror *Vell.* 2, 88, 1. *App. b. c.* 4, 50. Corneliam uxorem eius a. 702 = 52 commemorat *Ascon. in Mil.* p. 38 K.-S. (38 St.), sed errasse videtur, *cf. quae exposuerunt v. Rohden RE* 1, 560 sq., *Münzer Röm. Adelsparteien* 353 sq. Liberos Lepidi a. 711 = 43 memorat *Cicero Philipp.* 13, 8, pueros Iuniae *idem ad Brut.* 1, 18, 6 (a. 710 = 44). M. *Aemilius Lepidus qui sequitur filius probabiliter natu maximus.* Gr.

368 M. (AEMILIVS) LEPIDVS, Lepidi eius, qui triumvir fuerat rei publicae constituendae, filius Iunia Bruti sorore natus *Vell.* 2, 88, 1, *cf. Liv. per.* 133. *Dio* 54, 15, 4, probabiliter *idem atque* M. Lepidi filius, quem M. Antonius a. 710 = 44 filiae suae despondit *Dio* 44, 53, 6; a. 717 = 37 Antonius ad Lepidum collegam Calliam libertum misit de nuptiis conficiendis acturum *App. b. c.* 5, 93, 391, unde eas nuptias re vera confectas esse nequaquam concludere licet. A. 724 = 30 iuvenis, forma quam mente melior, interficiendi, simul in urbem revertisset, Caesaris consilia iniit, sed a Maecenate oppressus Actium missus ibique occisus est *Vell.* 2, 88. *Liv. l. l. App. b. c.* 4, 50, 216 sq. *Dio* 54, 15, 4; *coniurationem paucis attingunt Sen. de clem.* 1, 9, 6, *brev. vit.* 4, 5, *Suet. Aug.* 19, *Rutil. Namat.* 1, 303. — *Servilia* uxor mortem sibi conscivit *Vell.* 2, 88, 3. Gr.

369 M. AEMILIVS LEPIDVS, consul a. 6 p. C. *In consulatu:* M. Aemilius Paulli f. L. n. Lepidus *I² p. 29 fasti Capitol.*, M. Αἰμίλιος Λ. υἱ. Λέπιδος *Dio ind. l.* 55, M. Aimilius Lepidus *I² p. 72 fasti Praenestini (min. XV)*, M. Aemilius Lepidus *II* 3695 = *D.* 6098, M. Aemilius *Not. d. sc.* 1902, 268 *frustulum fastorum*, Αἰμίλιος Λέπιδος *Dio* 55, 25, 1, M. Lepidus *I² p. 68 fasti Gabini (min. XI)*. *Mon. Anc. c.* 17, 2; *tesserae nummulariae I* 752—755 = *Herzog n.* 81—84, *Ann. ép.* 1928, 18. VI 14844. *Cassiodor. (Chron. min.* 2, 136); *ceterum Lepidus fasti.* — M. Lepidus *in t. liberti VI* 9449. — *Nummi Cotiaei Phrygiae in parte adversa cum capite Tiberii et inscriptione* Τιβέριος Σεβαστός, *in parte aversa ἐπὶ Μάρκου Λεπίδου Κοτιαέων Babelon Coll. Waddington* 5890. *Mionnet* 4, 271, 441 (*exemplum musei Berolinensis*). *Imhoof-Blumer Kleinas. Münzen* 1, 1901, 261. *Br. Mus. Phrygia* 163, 26. 27, *cf. Münsterberg Num. Z.* 1912, 97. *Nummus novicius, quem edidit Borghesi* 2, 327, *huc non pertinet, cf. Waddington Fast. As. n.* 70. — Aemilius Lepidus *Tac. a.* 2, 48, M. Lepidus *ib.* 3, 32. 72 (*praenomen in cod. excidit*). *Vell.* 2, 114, 5. *Sen. ep.* 29, 6 (*cf. Hense*) *Dio* 56, 12, 2, Lepidus *Propert.* 5, 11, 63. *Tac.* 6, 40. *Locos Taciti qui partim ad hunc, partim ad Manium Lepidum pertinent, recte distinxerunt Borghesi* 5, 287 sq. *et Nipperdey-Andresen ad Tac.* 3, 32; *fundamentum certum distinctionis praebent verba Taciti a.* 3, 32, *quae ad Marcum, et a.* 3, 35; 4, 56, *quae ad*

Manium non possunt non referri, deinde a. 6, 27 coll. cum a. 4, 20 (Klebs PIR¹ 1, 29, 242). Nomen M. Lepidi probabiliter inseruit Madvig apud Vell. 2, 125, 5, ubi nomen lacuna periit.

Filius Paulli Aemilii Lepidi consulis a. 720 = 34 et Corneliae Propert. 5, 11, 63, cf. fast. Capitol., Dionis ind. l. 55.

Consul a. 6 p. C. cum L. Arruntio, v. supra, ex kal. Iulius cum L. Nonio Asprenate fasti Capitol., Praenest., Not. sc. 1902, 268. Herzog n. 83. 84. Autumno a. 8 cum Tiberius Pannoniis subactis exercitum in hiberna reduxisset, omnibus copiis a Caesare praefectus est Vell. 2, 114, 5; a. 9 parti exercitus a Tiberio praepositus Dio 56, 12, 2. Res bene gessit praedaque onustus pervenit ad Caesarem Vell. 2, 115, 2; ornamentis triumphalibus donatus Vell. 115, 3, cf. Dio 56, 17, 2. Fortasse primus fuit, qui legatus Augusti pro praetore provinciam Pannoniam rexit (id quod statuit Ritterling Arch. epigr. Mitt. 20, 6 sq.); ad hanc legationem frustulum t. Dalmatici III 13885 (cf. p. 2328¹²²) referre voluit Patsch supplens [Aemi]lio [Le]pido. Hispanias exercitumque in iis cum a. 14 cum imperio obtineret, in summa pace et quiete continuit Vell. 2, 125, 5, legatus igitur divi Augusti et Tiberii pr. pr. Hispaniae citerioris; huic fortasse positus est t. Uxamensis II 2820 (cf. n. 366). A. 17 Tiberius bona Aemiliae Musae Lepido, cuius e domo videbatur, tradidit, nobilitatem pecunia iuvandam praefatus Tac. a. 2, 48. A. 21 in Asiam missus, quamquam Sex. Pompeius eum ut socordem inopem et maioribus suis dedecorum eoque Asiae sorte depellendum incusaverat Tac. 3, 32; proconsul Asiae a. 21/22 cf. nummos. A. 22 quamquam pecuniae modicus, basilicam Pauli, avitum decus, propria pecunia firmavit ornavitque Tac. 3, 72. A. 36 vel paulo ante mortuum esse apparet ex Tac. a. 6, 40. Laudes eius Vell. 2, 114, 5. 125, 5. Tac. a. 3, 32. Aristo philosophus eius Sen. ep. 29, 6.

Aemilia Lepida filia Druso Caesari Germanici filio nupta Tac. 6, 40 cf. titulum Pudentis M. Lepidi liberti grammatici, procuratoris Lepidae VI 9449; ob hanc causam et quod ipse per matrem Scriboniae nepos fuit et fratris uxor divi Augusti neptis, Lepidus a Velleio 2, 114, 5 vir nomini ac fortunae [Caesarum] proximus nominatur. Gr.

370 M. AEMILIVS (LEPIDVS) (cognomen in cod. deest) nobilissimae stirpis, divorti anxietate mortuus Plin. n. h. 7, 186. Hunc non diversum esse a M. Lepido, qui Appuleiae caritate post repudium obiit, Plin. n. h. 7, 122, censuit Hirschfeld Kl. Schr. 685, qui Appuleiam eandem putavit ac Appuleiam Varillam a. 17 adulterii damnatam (Tac. a. 2, 50). Priores M. Lepidum Appuleiae maritum consulem a. 676 censuerunt (cf. Plut. Pomp. 16, 4). Gr.

371 M. AEMILIVS LEPIDVS, Drusillae maritus. Aemilius Lepidus Suet. Cal. 24. M. Lepidus Suet. Cal. 36. Dio 59, 11, 1. Lepidus Tac. a. 14, 2 (M. add. Nipperdey), alibi. — De origine nihil traditur; possis conicere eum

filius fuisse M. Aemilii Lepidi cos. a. 6. Gaio Caesari commercio mutui stupri coniunctus *Suet. Cal. 36. Dio 59, 11, 1. 22, 6 = Zon. 11, 5. 6.* Maritus Iuliae Drusillae, sororis Gai *Dio cf. Νέος Ἑλληνομνήμων 1, 150; quam cum Gaius rerum potitus L. Cassio Longino conlocatam a marito abduxerit, Lepido sub ipsa imperii initia in matrimonium dederit necesse est.* Defunctae (a. 38) laudationem funebrem habuit *Dio 59, 11, 1.* Ei quinquennio ante quam per leges liceret, magistratus petere Gaius permisit et successionem imperii promisit *Dio 59, 22, 6. 7.* Avillii Flacci res apud Gaium iuvare studuit, sed desiit a Gaio vituperatus *Philo in Flaccum 18, 151; 21, 181 p. 148. 152 R.* Annii Viniciani amicus *Ios. ant. 19, 20. 49.* Insimulatus est a Gaio cum Agrippina et Livilla stuprum commisisse *Suet. Cal. 24. Dio 59, 22, 6; Agrippina puellaribus annis stuprum cum M. Lepido spe dominationis admiserat Tac. a. 14, 2.* Coniuravit cum Lentulo Gaetulico contra Gaium *Suet. Cal. 24. Claud. 9; Gai iussu a Dextro tribuno occisus a. 39 Dio 59, 22, 7. Sen. ep. 4, 7. Ios. ant. 19, 20. 49. Ad hunc pertinet Rutilius Namatianus 1, 303: 'quartus (scil. Lepidorum) Caesareo dum vult inreperere regno, incesti poenam solvit adulterii.' Agrippina ossa eius in urna Romam deferre iussa est *Dio 59, 22, 8. Eius nece Aemilia gens exstincta videtur esse.* Gr.*

372 M. (Aemilius?) Lepidus (*praenomen m. in nonnullis codicibus traditum Kiessling immerito in M. mutavit*), quem audivit Seneca *contr. 10 pr. 3. Idem Lepidus Neronis (Germanici filii) praeceptor ib. 2, 3, 23, vir egregius ib. 9 pr. 5. Vide supra n. 363.* St.

373 PAVLLVS AEMILIVS LEPIDVS, consul (suffectus) a. 720 = 34.

In consulatu: Paul. Aemilius IX 422 *fasti Venusini; in censura: . . . milius L. f. M. n. Lepidus . . . I² p. 28 fasti Cap. ad a. 732; Paul. Aemilius ib. p. 64 sq. fasti min. VII. VIII. — [Παῦλος Αἰμίλιος Λευκίου υἱὸς Παλατῖνα Λέπεδος IG 12, 2, 35 b 41 (t. 1). Παῦλλος Αἰμίλιος Λευκίου υἱὸς Λέπεδος t. huic ut videtur positus ab Atheniensibus IG 3, 573 (2). Paullus Lepidus nummi (v. infra). — Παῦλος Αἰμίλιος Λέπεδος Dio 54, 2, 1. Αἰμίλιος Λέπεδος Παῦλος id. 49, 42, 2. Αἰμίλιος id. 54, 24, 3. Aemilius Paulus Suet. Aug. 16. Lepidus App. b. c. 5, 2. Paul(l)us alibi. — Unus e filiis L. Aemilius Paullus cos. a. 1 p. C. dicitur Luci f. Dio ind. l. 55, Paulli f. in t. IG 3, 590, item alter M. Aemilius Lepidus cos. a. 6 p. C. Paulli f. in fastis Cap., Luci f. Dio l. l. Aemilium hunc praenomen primarium Lucii, cognomen Paulli habuisse, sed more hominum nobilium illius aetatis in locum praenominae vulgaris cognomen substituisse Klebs iure statuit. — L. f. M. n. fasti Cap.; L. f. t. 1. 2; filius scil. L. Aemilii Paulli cos. a. 704 = 50 (cf. Suet. Aug. 16), nepos M. Aemilii Lepidi cos. a. 676 = 78. Tribu Palatina t. 1.*

Triumvir monetalis una cum (L. Scribonio) Libone nummi cusi a. c. 700 = 54 a. C. (Babelon Monn. rép. Rom. 1, 121) aut (vix recte) c. a. 683 = 71

(Grueber Coins Rom. rep. 1, 418 sq., qui de alio Paulo Lepido potius cogitandum esse statuit), cf. Mommsen Röm. Münzw. 633, 484. Proscriptus a triumviris a. 711 Dio 54, 2, 1; dux partium Bruti et Cassii Cretam subegit App. b. c. 5, 2, 8; ad partes Caesaris transgressus comes eius in expeditione contra Sex. Pompeium a. 716 = 38 suscepta Suet. Aug. 16. Consul suffectus a. 720 = 34 ex kal. Iuliis cum C. Memmio v. supra. In consulatu basilicam Aemiliam a patre inchoatam dedicavit Dio 49, 42, 2, quam postea incendio corruptam a. 740 = 14 ab Augusto et amicis adiutus restituit Dio 54, 24, 3; fragmenta duo epistylia magni marmorei reperta in basilica Aemilia, in quibus agnoscuntur . . . Paul. . . resti[tuit], VI 37059, aut ad hunc aut ad M. Lepidum Paulli filium spectant. Augur t. 2. Nominatur primo loco inter testes senatusconsulti de Mytilenaeis inter d. 16 m. Mai et 13 m. Iunii a. 729 = 25 facti t. 1. Proconsul t. 2, fortasse Asiae vel Macedoniae, ante censuram, quae in t. non memoratur. Censor a. 732 = 22 cum L. Munatio Planco f. Cap. f. min. VII. VIII. Dio 54, 2, 1—3. Vell. 2, 95, 3. Suet. Aug. 64, Claud. 16. Propert. 5, 11, 67; 'vis censoria ei defuit' Vell. l. l.

Uxor Cornelia e gente Scipionum, Scriboniae filia, quam amisit immaturam a. 738 = 16; de cuius morte scripsit Propertius ad maritum elegiam 5, 11. Tres liberi ibi memorantur: (L. Aemilius) Paullus et (M. Aemilius) Lepidus v. 63, filia v. 65. Paullum post Corneliae mortem uxorem duxisse Marcellam minorem viri docti ex t. urbano VI 9000 Faustus Marcellae Paulli pistor et Signino X 5981 C. Claudius Marcellae Paulli l. [T]imon coniecerunt; quae coniectura eo probatur, quod in monumento familiae Marcellae minoris tituli libertorum servorumque Aemiliorum Paullorum reperti sunt (praeter eos quos subinde afferemus cf. VI 4497. 4696). Liberti aut Marci (VI 4457. 4510. 4695) aut Lucii (VI 4499. 4500) praenomine utuntur; illi a Paulo hoc, hi a filio eius L. Aemilio Paulo manumissi videntur: Paullum praenomen suum nobile ad liberos non transmisisse manifestum est (v. supra sub (Aemilio) Lepido n. 361, infra sub Claudia Marcella). Eiusdem videtur libertus M. Aemilius Paul. l. Corumbus VI 11060; incertum patrisne an filii liberti [. . . Ae]milius Paulli l. [S]ynistor VI 37940, Aemilia Paulli l. Aristonice VI 11123. — Paullus Aemilius Regillus, D. 949, fortasse filius putandus est Paulli nostri et Marcellae minoris. — Cf. etiam supra n. 327.

Gr.

374 Q. AEMILIVS LEPIDVS repentina morte obiit Plin. n. h. 7, 181 ex Verrio Flacco; incertum cuius aetatis. Gr.

375 Q. (AEMILIVS) LEPIDVS nescio quis memoratur in titulo servi VI 22961, in tegulis Campanis X 8042, 66. Gr.

376 Q. AEMILIVS LEPIDVS, consul a. 733 = 21 a. C. Tituli: in ponte Fabricio positus ab ipso et collega (errore olim in falsos abiectus cf. Hülsen Röm. Mitt. 1891, 135, 1) I² p. 751 = VI 1305, cf. 31594 = D. 5892 (1), Cibyrae

ei dedicatus, a. p. C. 172 in alium locum translatus IGR 4, 901 (2), Halicarnassi huic ut videtur positus Wadd. 506 (3); nominatur in actis ludorum saecularium a. 737 = 17 VI 32323, 150 (4).

In consulatu: Q. Aemilius Lepidus I² p. 64 fasti min. VII, Q. Lepidus M. f. t. 1, Q. [L]e[pidus] I² p. 65 fasti min. VIII, Q. Lepidus in amphora Ann. ép. 1895, 7, Cassiodor. (Chron. min. 2, 135), Λέπιδος Dio ind. l. 54, Lepidus Hor. epist. 1, 20, 28, Ps. Acro 2, 277 Keller; fasti. Κόι[ντος] Αἰμίλιος Λέπιδος t. 2. 3; Κύντος Λέπιδος Dio 54, 6, 2. Q. Lepidus t. 4.

M. filius t. 1 filius sc. M. Aemilii Lepidi consulis a. 688 = 66 a. C. (non fuit igitur filius M. Lepidi triumviri, pater M. Lepidi consulis a. 11 et Aemiliae Lepidae Sulpicii Quirinii uxoris, quod adhuc censuerunt homines docti). A. 733 = 21 consulatum petivit L. Iunio Silano competitore et post magnas dissensiones sero admodum consecutus est Dio 54, 6, 2. 3 cf. Hor. l. l. Consul cum M. Lollio v. supra; consules pontem Fabricium ex senatus consulto probaverunt t. 1. XV vir sacris faciundis a. 737 = 17 t. 4; idem fortasse .. Aemilius Lep[id]us, qui inter testes senatus consultorum factorum a. 737 d. 23 m. Mai nominatur VI 32323 v. 51. Proconsul provinciae Asiae t. 2, item t. 3, ubi ἀ[νθύπατον] supplendum videtur. Patronus Cibyatarum t. 2, Halicarnassensium t. 3 (εὐεργέτην καὶ [π]ά[τρωνα] ἀπὸ προγόνων γερον[ότα]). Gr.

377 Aemilius Longinus, desertor legionis primae (C.) Dillium Voculam a. 70 occidit, sed paullo post ipse interfectus est Tac. h. 4, 59. 62. St.

378 Aemilius Macer, Veronensis, poeta, in Asia mortuus a. a. Chr. 16 Hieronym. p. 166 g H.; amicus Vergilii schol. Bern. Verg. ecl. 5, 1, Ovidii Ovid. trist. 4, 10, 43 sq., qui ex tetrastichon Macri carmine librum in malos poetas composuit Quintil. 6, 3, 96 (si ad hunc pertinet, cf. Teuffel 2⁷ § 252, 3), Tibulli Tib. 2, 6, 1. Scripsit Ornithogoniam, Theriaca, praeterea fortasse de herbis; quae carmina attingit Ovid. l. l. Fragmenta FPR p. 344 sqq. — Auctor Plinii n. h. ind. l. 9. 10. 11. 17. Perperam nominatur Licinius Macer in indice Plinii passim (si idem est) et alibi. — Cf. Wellmann RE 1, 567, 86. Teuffel 2⁷ § 223, 4 sq. W.

379 Aemilius Macer, iuris consultus. Scripsit de re militari l. II, publicorum iudiciorum l. II, de officio praesidis l. II, ad legem vicensimae hereditatum l. II, de appellationibus l. II index Digestorum et passim in Dig. Scripsit post Septimum Severum, quem divum appellat passim, et Antoninum Severi filium (Dig. 49, 16, 13, 6 scr. divi — pro divus — Severus et Antoninus); 'imperator noster Alexander' libro secundo de appellationibus Dig. 49, 13, 1 = Lenel fr. 14. Fragmenta collegit Lenel Palingenesia 1, 561 sqq. Cf. Jörs RE 1, 567, 87. Krüger Gesch. d. Qu. u. Lit. d. r. R.² p. 252. — Eundem esse M. Aemilium Macrum Faustinianum (infra n. 381) coniecit Krüger l. l. 252, 13. W.

380 M. AEMILIVS MACER DINARCHVS, M. Aemili Macri (Saturnini) cos. a. 174

filius VIII 2730 = 18123. 4228 (M. Aemilius Dinarchus). *Bull. tr. hist.* 1915 p. CLXVI. Gr.

- 381 M. AEMILIVS MACER FAVSTINIANVS, vir clarissimus, Antonino Aug. restitutori et conservatori semper vitae adque dignitatis suae *titulum dedicavit Tusculanum* d. 15 m. Aug. a. 216 XIV 2596 = D. 453; *probabiliter parentela coniunctus cum M. Aemilio Macro Saturnino*, cf. n. 379. Gr.
- 382 M. AEMILIVS MACER SATVRNINVS, consul (suffectus) a. 174, dedicavit in legatione Numidica *titulos Lambaesianum Ann. ép. 1914, 39 (1), Verecundenses VIII 4209 = 18 497 (2), 4210 (3), Thamugadensem VIII 17 869 (4), Cuiculitanum Bull. tr. hist. 1915, 124 (5); memoratur in titulis Lambaesianis VIII 2546 (6), 2654 (7), Masculitano Bull. tr. hist. 1901, 309 (8), Mauretaniae Caesariensis Eph. ep. 5, 1043 (9), in titulis filiorum VIII 2730 = 18123 (10), 2731 (11), 4228 (12), 4229 (13), Bull. tr. hist. 1915, p. CLXVI (14), ib. 1916, p. CCXL (15). Ad eum rettulit Pallu de Lessert Fast. d. prov. Afr. 1, 387 titulum mutilum VIII 17972, ubi ex nominibus extat . . . nino (16).*

Nomina plena extant vel certe restituta sunt t. 1—8. M. Aemilius Macer t. 9—15. — Clarissimus vir t. 5. 9. 12. 13. Legatus Augusti pro praetore (provinciae Numidiae) t. 1—16, a. 172 t. 2, inter annos 172 et 174 t. 1, a. 174 t. 3. 4. 7. 9; consul designatus a. 174 t. 3. 7, consul (suffectus) eodem anno t. 4. In legatione Numidiae videtur successor fuisse C. Modii Iusti legati a. 171, decessor A. Iulii Pompilii Pisonis legati a. 176. — Patronus coloniae Thamugadensis t. 4, Verecundensium t. 2, Cuiculitanorum t. 5.

Filii: M. Aemilius Macer Saturninus t. 11. 13. 15, M. Aemilius Macer Dinarchus t. 10. 12. 14. Gr.

- 383 M. AEMILIVS MACER SATVRNINVS, M. Aemilii Macri (Saturnini) cos. a. 174 filius VIII 2731. 4229 (M. Aemilius Saturninus). *Bull. tr. hist.* 1916, p. CCXL. *Idem fortasse M. Aemilius Saturninus proconsul (Achaiae) IG 7, 90.* Gr.
- 384 Aemilius Macrinus, filius M. Aemili Crescentis XIII 8198. St.
- 385 L. Aemilius Marcellinus, primus pilus, frater L. Aemili Salviani t. Lambaesianus VIII 2758. St.
- 386 L. AEMILIVS NASO FABVLLINVS, L. f. Galeria, tribunus laticlavus legionis XX Valeriae victricis, III vir capitalis XI 4083 (cf. p. 1363) = VI 29683. 29684, cf. p. 3731. Gr.
- 387 Aemilius Pacensis, tribunus ex urbanis cohortibus a Galba exauctoratus *Tac. h. 1, 20; tribunatus ei redditus ab Othone ib. 1, 87; unus e ducibus quos Otho adgrediendis Alpibus Maritimis et provinciae Narbonensi dedit ib. 2, 12; Romae a Vitellianis occisus est ib. 3, 73.* St.
- 388 Aemilius Papinianus. *Nomen gentilicium VI 228 = D. 2187. Dig. 12, 1, 40. Cod. Iust. 1, 17, 1, 6; ceterum Papinianus (Dio exc. παπινανός).*

Amicissimus imperatori Severo et, ut quidam tradebant, adfinis per secundam uxorem (Iuliam Domnam) v. *Carac.* 8, 2. *Discipulum eum fuisse (Q. Cervidi) Scaevolae, advocatum fisci successorem Septimi Severi non traditur nisi v. Carac.* 8, 3; quae in codice Palatino interpolata esse saec. XIII Mommsen (*Ges. Schr.* 2, 64—67) demonstravit, cf. *Hohl Klio* 13, 273 sq.; *Jahresb.* 200 (1924), 203. Assessor ut videtur praefectorum praetorio *dig.* 22, 1, 3, 3. A libellis *dig.* 20, 5, 12 pr., cf. *Vict. Caes.* 20, 33. Praefectus praetorio *dig. l. c. Dio-Xiph.* 76, 10, 7. *Zos.* 1, 9, 2. *Vict. Caes.* 20, 34. v. *Sev.* 21, 8. *Carac.* 8, 7, cum Maecio Laeto a. 205, vir eminentissimus t.; in Bullam latronem inquisivit *Dio l. c.* A. 208 Severum in Britanniam comitatur *Dio* 76, 14, 5. 6. Severus moribundus ei praecipue utrumque filium commendavit v. *Carac.* 8, 3; tutorem eum filiis reliquit *Zos.* 1, 9, 1. Antoninus post mortem patris eum removit *Dio-Xiph.* 77, 1, 1; praefectura movit *Zonar.* 12, 12 (errore). Geta occiso a. 212 Papinianus tamquam fautor eius iussu Antonini securi percussus est *Dio exc.* 77, 4, 1. 2. v. *Sev.* 21, 8. *Carac.* 4, 1 (cf. 3, 2). 8. *Get.* 6, 3. *Vict. Caes.* 20, 33 sq. *Zos.* 1, 9, 2 (qui eum ante Getae mortem interemptum esse narrat manifesto errans). Simul Papiniani filius quaestor interfectus est v. *Carac.* 4, 2.

Paulus et Ulpianus assessores in consilio Papiniani fuerunt v. *Nigri* 7, 4. *Sev. Alex.* 26, 6; cf. *Paulus dig.* 12, 1, 40: in auditorio Aemilii Papiniani . . . dicebam.

Iure consultus celeberrimus v. *Sev.* 21, 8. *Zos.* 1, 9, 1. *Cod. Theod.* 1, 4, 3; *Cod. Iust. l. c.* 5, 71, 14; 6, 25, 7, 1; 6, 42, 16, 30; 7, 32, 3; 7, 45, 14. *Instit.* 2, 23, 7. *Constitutio Omnem* 1. 4. *Nov.* 108 pr. 2. *Memorat eum praeterea Hieronym. epist.* 77, 3, 3. Scripsit quaestionum libros XXXVII, responsorum libros XIX, definitionum libros II, de adulteriis libros II et librum singularem, Ἀστυνομικός librum singularem *dig. ind. auctor.* 2 p. LII Mommsen. *Const. Omnem* 4. *Fragmenta collegit Lenel Palingenesia* 1, 803—946. St.

389 (AEMILIVS PAPIANVS?), filius iure consulti, quaestor a. 212 ab Antonino occisus *vita Carac.* 4, 2. Gr.

— AEMILIVS PAVVS (II 1282 c. XIV 3516), v. *infra sub Messis Rusticis.*

— M. CVTIVS PRISCVS MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS PAVVS ARRVVS PROCVLVS IVLIVS CELSVS v. *infra sub Messis.*

— C. IVLIVS PISIBANVS MAXIMVS AEMILIVS PAVVS.

390 Aemilius Parthenianus, rerum scriptor *vita Avid. Cass.* 5, 1. St.

391 L. AEMILIVS PAVLLVS, consul a. 754 = 1 p. C. *Tituli Attici publice positi IG* 3, 590 (1). Ἀρχ. Δελτ. 11, 132, cf. *Salač Listy filol.* 58, 381 sq. (2); fortasse ad eundem spectat fragmentum *Deliacum Bull. hell.* 3, 153 = *Duerrbach Inscr. de Délos n.* 174 (3); memoratur in titulis libertorum *VI 4499* (4). 4500 (5). 11025 (6). 11088 (7).

In consulatu: Paullus *I*² p. 29 *fasti Capitol.* L. Aemilius Paullus *VI 36841 = D. 9337.* Α. Αιμίλιος Α. υί. Παύλος *Dio ind. l. 55.* L. Paullus *I*² p. 69 *fasti min. XIII. VI 5531. 6794. 7398. 10395. 30975.* *Not. d. sc. 1900, 270. X 891. 1582.* L. Paulus *Cassiod.* Paullus *sive* Paulus *alibi.* — Λεύκιος Αιμίλιος [Παύλλος] Παύλλου υίός *t. 1*;ς Αιμίλιος Παύλλος *t. 2*; [Αι]μίλιος Παύλλ[ος Παύλ]λου υίός Λέπ[εδος] *t. 3, qui si recte suppletus atque relatus est, nomina non accurate exhibet*; Paullus *in titulis* Luciorum Aemiliorum libertorum *t. 4. 5. 6. 7.* — L. Paulus *Suet., Aemilius Paulus schol. Iuvenal., Paullus Propert.*

L. f. *Dio ind. l. 55*; Παύλλου υίός *t. 1. 2, filius sc. Paulli Aemilii Lepidi* consulis a. 720, censoris a. 732, *Suet. Aug. 64, et Corneliae Propert. 5, 11, 63.* Consul a. 754 = 1 p. C. cum C. Caesare *v. supra*, usque ad kal. Iulias *fasti Capitol.* Progener Augusti, maritus Iuliae neptis Augusti *Suet. Aug. 19. 64. schol. Iuvenal. 6, 158*; in Augustum coniuravit *Suet. Aug. 19, cf. Claud. 26, maiestatis crimine periit schol. l. l.; nomen eius erasum t. 4, cf. 5.*

Filia Aemilia Lepida, Augusti proneptis, *filius videtur L. Aemilius Paullus qui sequitur.*

Gr.

392 L. [AEMILIVS] PAVLLVS, frater Arvalis, in cuius locum pridie eidus Maias a. p. C. 14 Drusus Caesar Tiberii filius cooptatus est *VI 2023 = D. 5026 acta Arv. Eundem nominatum fuisse in fragmento reperto inter rudera basilicae Aemiliae VI 36907 (cf. adnot.), ubi nihil extat nisi ..grippaaulli. . . .s(?) av. . . ., statuit Huelsen Klio 2, 240; quod si recte observatum est, titulus sic fere restitui potest: [M. A.]grippa[e L. Aemilius P]aulli [f. Paulli n. Paullu]s av[o. . .]; filius igitur videtur fuisse L. Aemilii Paulli consulis a. p. C. 1 ex Iulia Agrippae filia, Augusti nepte. Paullum in ipso aetatis flore decessisse apparet.*

Gr.

393 Aemilius Pius, a Frontone Passieno Rufo commendatus *Fronto ad. am. 1, 8 p. 179 sq. N. (= 2, 190 Haines).* Nescio num e maioribus eius M. Aemilius M. f. Palatina Pius, praefectus cohortis I Bosporanorum et cohortis I Hispanorum, qui posuit C. Rutilio Gallico *t. Ephesium Jahresh. 17, 194 = D. 9499.*

St.

394 Aemilius Rectus, praefectus Aegypti sub initium Tiberii principatus *Dio 57, 10, 5 (inde praeter Xiph. et Zonar. nomine non posito Ioann. Antioch. fr. 79 Exc. de virt. 176, 22, 2. Const. Manasse v. 1964—1970. Swid. s. Τιβέριος b); cf. Suet. Tib. 32, 2 (= Oros. 7, 4, 4).*

St.

395 L. Aemilius Rectus. *Titulus Tentyrites Bull. hell. 19, 524, cf. 20, 396 sq. = Ditt. Or. Gr. 663. Papyri Graecae Aegyptiacae P. Lond. 3 p. 106 sq., n. 1171 verso = Wilcken Chrest. 439 (1) et P. Lond. 1912 (quam ed. Bell, Jews and Christians in Egypt, 1924, p. 23) col. I col. IV 70 (2). Tria nomina omnibus locis.*

Praefectus Aegypti *t. a. 41 p. 2 et a. 42 p. 1. t. Edicta eius p. 1. 2. Filius opinor eius qui praecedit.*

St.

- 396 PAVLLVS AEMILIVS REGILLVS *honoratur t. Saguntino II 3837 = D. 949: Paullo Aemilio Paulli f. Pal(atina) Regillo, XV vir(o) sacris faciendis, praefecto urb(i) iuri dicundo, quaestori Ti. Caesaris Aug., patrono. Cum in monumento familiae Marcellae minoris tituli servorum Regilli reperti sint (VI 4422. 4447. 4450. 4688), fortasse licet concludere hunc filium fuisse Paulli Aemilii Lepidi (consulis a. 720) et Marcellae minoris. Gr.*
- 397 Aemilius Regulus, Cordubensis in Gaium coniuravit *Ios. ant. 19, 17. 19. St.*
- 398 Aemilius Rufinus, frater Fl(aviae) Mamiliae, virginis Vestalis maximae a. 242 VI 2133. *St.*
- 399 Aemilius Rufus, praefectus equitum sub Domitio Corbulone in Armenia *Ps.-Frontin. strat. 4, 1, 28. St.*
- 400 Aemilius Rusticianus, vir perfectissimus, vices agens praefectorum (praetorio?) eminentissimorum virorum a. 298 P. Oxy. 12, 1469. *St.*
- 401 L. Aemilius Salvianus. *Tituli Lambaesianus VIII 2758 (1). Britannici VII 986 (2). 1003 = D. 2618 (3). Tria nomina t. 1. 2. Aem. Salvianus t. 3. tribunus cohortis primae Vangionum miliariae equitatae t. 2. 3 a. ut videtur 202 t. 3, egregiae memoriae vir t. 1. St.*
- 402 M. AEMILIVS SATVRNINVS, proconsul (Achaiae), honoratur a Megarensibus *IG 7, 90 t. Megarensis; idem potest esse M. Aemilius Macer Saturninus (n. 383). Gr.*
- 403 Q. Aemilius Saturninus. *Diptychon ligneum, quod ed. Grenfell Bodleian Quarterly Record 1919, 261 = Ann. ép. 1919, 23. Papyri Graecae BGU 15 col. II 1 (1). P. Oxy. 6, 899 (2). 916 (= Wilcken Chrest. 185) (3). Tria nomina praebet diptychon, ceterum Aemilius Saturninus. Praefectus Aegypti p. 2. 3; ὁ λαμπρότατος p. 3; a. 197 p. 1, a. 198 p. 3, diptychon, a. 199 p. 2. Vix dubium quin idem sit . . . nus praefectus Aegypti a. 199/200 inscriptio ad sphingem prope Memphin CIG p. 1189 n. 4701 b = IGR 1, 1113. Praefectus praetorio a Fulvio Plautiano collega occisus est circa a. 200 Dio exc. 75, 14, 2. St.*
- 404 MAMERCVS AEMILIVS SCAVRVS, consul (suffectus) aetate Tiberii. *In consulatu: Mam. Aem[ilius Scaurus] VI 2023 b acta Arv. M. (sic) Emilius (sic) Scaurus IV 1553. — In titulis libertorum Mam. Scaurus VI 23073, Mamercus (Aemilius) ib. 34318; Mamercus Scaurus in t. servi inedito (Hypathus Mamerci Scauri). — Μάρκος Αἰμίλιος Σκαῦρος Dio 58, 24, 3 cod. Marcianus. Xiph.; Αἰμίλιος Μαμέρτιος Petr. Patr. Exc. de sent. 243, 17 Boiss.; Αἰμίλιος Σκαῦρος Zonar. 11, 3. Mamercus Scaurus Tac. a. 1, 13; 3, 31. 66; 6, 9. 29. Sen. suas. 2, 22. Sen. benef. 4, 31, 3, Scaurus alibi. M. Scauri (cos. a. 639) pronepos Tac. a. 3, 66; Scauri, senatus principis, suboles Sen. benef. 4, 31, 5; filius ergo M. Aemilii Scauri, qui sequitur. Consul (suffectus) cum Cn. Tremellio III k. Iun. VI 2023 b, cf. 32339, VI idus Iulias IV 1553. Consulatum anno 21 attribuit Borghesi*

ann. inst. 1855 p. 8 recte puto; nam quod proposuit Hülsen (VI 32339 adn.) consulatum Scauri et Tremellii attribuendum esse anno 16, id refellitur fragmento fastorum Ostiensium nuper reperto XIV 4533. Scaurus e consularibus dicitur anno 22 Tac. a. 3, 66, cf. 6, 9; consul Sen. benef. 4, 31, 3. Provinciam nunquam administravit Dio 58, 24, 3; sortitione provinciarum exclusus esse videtur.

Tiberium in senatu a. 14 offendit, cum de imperio ageretur Tac. a. 1, 13; a. 20 Aemiliam Lepidam, ex qua filiam genuerat, in senatu deprecatus est *ib.* 3, 23; a. 21 pro L. Sulla propinquo verba fecit *ib.* 3, 31; a. 22 C. Silanum proconsulem Asiae repetundarum a sociis postulatam accusavit *ib.* 3, 66. A. 32 maiestatis postulatus est, sed Tiberius distulit causam datis quibusdam in Scaurum tristibus notis *ib.* 6, 9. A. 34 iterum accusatus a Servilio et Cornelio *ib.* 6, 29. 30; Tuscus Scaurum Mamercum maiestatis reum fecit Sen. suas. 2, 22; adulterium Liviae (*Drusi Caesaris uxoris*), magorum sacra obiectabantur Tac. a. 6, 29. Dio 58, 24, 5; Atreus tragoedia ab eo scripta iram Tiberii moverat Dio 58, 24, 3. 4; Macro odio Scauri adductus argumentum tragoediae a Scauro scriptae detulerat additis versibus, qui in Tiberium flecterentur Tac. l. l., cf. Suet. Ti. 61: obiectum est poetae, quod in tragoedia Agamemnonem probris lacerasset. Scaurus damnationem morte anteit Tac. a. 6, 29. 30. Dio 58, 24, 4.

Insignis nobilitate et orandis causis, vita probrosus Tac. a. 6, 29; proavum suum obprobrium maiorum Mamercus infami opera dehonebat *ib.* 3, 66; foedi mores, homo palam obscoenus Sen. benef. 4, 31, 3 sq.; impuritas Scauri Tertull. de pall. 5. — Oratorum [ea] aetate uberrimus Tac. 3, 31. Iudicium de actione et genere dicendi Sen. contr. 10 pr. 2. 3; orationes septem edidit, quae deinde ex senatusconsulto combustae sunt *ib.* 3 (cf. Suet. Tib. 61), sed extabant libelli Sen. l. l.; non tantum disertissimus homo sed venustissimus, qui nullius unquam inpunitam stultitiam transire passurus erat *ib.* 1, 2, 22; dicta eius *ib.* 1, 2, 22; 2, 1, 39; 9, 5, 17; 10, 1, 9. 2, 19. 31, 19. Sen. epist. 29, 6; ut homo elegantissimus Scaurus nominatur Petron. 77, 5.

Aemilia Lepida ei nupta fuerat Tac. 3, 23; dein Sextia uxor, quae incitamentum mortis et particeps fuit *ib.* 6, 29 (eius et Sextiae liberti VI 23073). Filia Scauri et Lepidae memoratur Tac. 3, 23. Patruus simul ac vitricus L. Sullae nobilis iuvenis (fortasse cos. a. 33) Tac. 3, 31; itaque Scaurus uxorem fratris uterini (Sextiam ut videtur), quae ex hoc L. Sullam pepererat, post divortium factum in matrimonium duxit. In eo Scaurorum familia extincta est Sen. suas. 2, 22.

Gr.

- 405 M. (AEMILIVS) SCAVRVS (Μάρκος Σκαῦρος Dio 51, 2, 4; Scaurus ceterum), M. Aemilii Scauri aedilis curulis a. 696 = 58 a. C. et Mucia Tertiae filius Ascon. in Scaurian. p. 17, 15 K.-S. nomine omissio. Sex. Pompeium fratrem uterinum (Dio 51, 2, 5; 56, 38, 2, cf. Ascon. l. l.) in Asia fugientem prodidit

- a. 35 a. C. App. b. c. 5, 142, 593; post pugnam Actiacam neci destinatus propter Muciam matrem vitam obtinuit Dio 51, 2, 4. 5; 56, 38, 2. — Filius: Mamercus Aemilius Scaurus, qui praecedit. Gr.
- 406 Q. Aemilius Secundus, Q. f. Palatina, praefectus fabrum delatus a duobus consulibus ad aerarium (cf. Mommsen *St. R.* 1³, 300; 2³, 98, 1), praefectus cohortis Augustae primae, praefectus cohortis II classicae, iussu P. Sulpicii Quirini, legati Augusti Syriae, censum egit Apamenae civitatis (a. 6 p. C., cf. Groag *RE* 4 A, 838 sq.), missu Quirini adversus Ituraeos in Libano monte castellum eorum cepit; in colonia (Beryto) quaestor, aedilis bis, duumvir bis, pontifex. Filius cognominis. T. Berytensis ut videtur (*Venetis rep.*) III 6687 = D. 2683. St.
- 407 AEMILIVS SEVERVS CANTABRINVS, consul (*suffectus*) a. d. III idus Aug. anno incerto saeculi III inter Alexandrum et Philippos ut videtur dipl. mil. III p. 2001. Gr.
- 408 AEMILIVS SVLLECTINVS (Συνλεκτεῖνος *traditur*), quaestor (provinciae Macedoniae ut videtur) t. Thessalonicensis ed. in ephemeride, quae appellatur ἡ Ἀθήθεια d. 7 m. Oct. a. 1906. Filius puto eius qui sequitur. Tr.
- 409 L. Aemilius Sullectinus, praefectus classis Ravennatium t. Lugdunensis XIII 1770. St.
- 410 Aemilius Tiro, ad quem divi fratres rescripserunt dig. 47, 18, 1. Praeses provinciae videtur. St.
— M. Messius Rusticus Aemilius Verus Aelius Romulus Priscianus Titus (an Arrius?) Proculus.
— MARCIA POSTVMA MESSENA LVCILLA AEMILIA.
- 411 PAVLLA AEMILIA nominatur in fragmento bilingui Emporitano quod quomodo intellegendum sit parum constat II 4623: Δημό[κ]ριτος Σωστράτο[υ] Paulla Aemilia h. . . .; videtur fuisse ex stirpe Lepidorum. Gr.
- 412 Aemilia Agrippina nominatur in t. mutilo Ostiensi XIV 350 = 4450 posito (ut probabiliter coniecit Wickert) [Fabiae] Ag[rippinae], filiae ut videtur C. Fabii Agrippini cos. a. 148; Aemilia Agrippina vel mater Fabiae vel avia. Gr.
- 413 AEMILIA CALLISTA, C. f., clarissima femina, coniunx L. Turci Faesasi Aproniani co(n)s(ularis), honoratur ab Aufidenatibus IX 2801; saec. III ut videtur. Gr.
- 414 AEMILIA CLARA, uxor Petronii Didi Severi, mater M. Didi Severi Juliani, qui imperavit vita Did. Jul. 1, 2; pater eius ex Adrumetina colonia vita l. l. Gr.
- 415 AEMILIA CORNELIA C. F. SCRIBONIA MAXIMA, c(larissima) p(uella), vixit diebus XLV VI 1334. Gr.
— CALPVRNIA RVFRIA AEMILIA DOMITIA SEVERA.
— JVLIA AEMILIA GALLITTA.
- 416 AE(MILIA?) GAVIANA. Ae. Gaviana clarissima femina nominatur in

fistula plumbea rep. ad viam Ostiensem XV 7368; parentela coniunctam fuisse cum L. Fulvio Gavio Numisio Petronio Aemiliano coniecit Mommsen.

Gr.

- 417 (AEMILIA) LEPIDA, Servili (uxor), memoratur in t. libertae rep. in monumento familiae Marcellae VI 4694; cf. Münzer Röm. Adelsparteien 371. Gr.
- 418 (AEMILIA) LEPIDA, virgo Vestalis, memoratur in t. servi VI 5477; fortasse, ut coniecit Münzer Röm. Adelsparteien 371, 1, triumviri filia. Gr.
- 419 AEMILIA LEPIDA, Augusti proneptis, quam Claudius admodum adulescens sponsam habuit, sed, quod parentes eius Augustum offenderant, virginem adhuc repudiavit Suet. Claud. 26. Filia igitur L. Aemilii Paulli cos. a. 754 = 1 p. C. et Juliae neptis Augusti. Ex verbis Plinii n. h. 7, 58 narrantis Augustum neptis suae nepotem vidisse genitum quo excessit anno M. Silanum Mommsen Ges. Schr. 8, 191 sq. Lepidam nupsisse M. Junio Silano cos. a. 19 p. C. demonstravit, id quod confirmatur et titulo servorum Lepidae M. Silani VI 27034 (eiusdem liberta videtur memorari VI 7617 ex monumento Silanorum) et tegula Bruttia Lepidae M. Silani X 8041, 21. Mater igitur abnepotum divi Augusti M. Silani nati a. 14 (Plin. l. l.), cos. a. 46, L. Silani Torquati, D. Silani Torquati cos. a. 53, Iuniae Lepidae, Iuniae Calvinae. Nominatur in tegulis Bruttiiis X 8041, 19 Lepidae, 20 Lepidae et Agrippinae (cf. p. 841), 21 (v. supra). Gr.
- 420 (AEMILIA) LEPIDA, soror M. Aemilii Lepidi (cos. a. 11 p. C.), cui super Aemiliorum decus L. Sulla et Cn. Pompeius proavi erant Tac. a. 3, 22 cf. 23 (v. supra n. 363). L. Caesari Augusti filio uxor destinata Tac. 3, 23; post cuius obitum (a. 2 p. C.) nupsit P. Sulpicio Quirinio cos. a. 742, dein post repudium ab eo dictum Mamerco Aemilio Scauro cos. a. c. 21, ex quo filiam peperit Tac. 3, 22. 23. Suet. Ti. 49. Quirinius Lepidam post vicissimum annum (minus accurate) veneni olim in se comparati arguebat Suet. l. l.; a. 20 Lepida defertur simulavisse partum ex Quirinio, adiciebantur adulteria venena quaesitumque per Chaldaeos in domum Caesaris, defendente ream Manio Lepido fratre Tac. 3, 22; itum in sententiam Rubelli Blandi, a quo aqua atque igni arcebatur Tac. 3, 23 cf. 24. Suet. l. l. Gr.
- 421 AEMILIA LEPIDA, filia M. Aemilii Lepidi cos. a. 6 p. C., iuveni Druso Caesari Germanici filio nupsit Tac. a. 6, 40. Crebris criminibus maritum insectata est Tac. l. l. Seiano auctore Dio 58, 3, 8, ubi nomen eius non ponitur; impunita agebat, dum superfuit pater Lepidus; post a delatoribus corripitur ob servum adulterum, nec dubitabatur de flagitio; ergo ommissa defensione a. 36 finem vitae sibi posuit Tac. l. l. Ad eam spectat titulus Pudentis M. Lepidi liberti, grammatici VI 9449 = D. 1848: procurator eram Lepidae moresque regebam; dum vixi, mansit Caesaris illa nurus. Gr.
- 422 (AEMILIA) LEPIDA, uxor Ser. Sulpicii Galbae cos. a. 33, qui postea imperavit Suet. Galba 5, cf. Dio 57, 19, 4, ubi nomen mulieris non ponitur; peperit

- ex eo duos filios mature defunctos *Suet. l. l.*; videtur aetate florente supremum diem obisse, at etiam a. 40 vel paulo post vixit, cf. *Suet. l. l.*, qui tradit Agrippinam viduatam morte Domitii (a. 40) a matre Lepidae in conventu matronarum correptam iurgio atque etiam manu pulsatam esse, quod maritum adhuc Galbam omnibus modis sollicitavisset. Probabiliter eadem statuenda est nubilus filia, cuius mentionem fecit a. 21 pater eius M'. Aemilius Lepidus (cos. a. 11) *Tac. a. 3, 35. Lepidam a. 20 Galbae desponsam fuisse e loco Dionis in excerptis Xiphilini Zonaraeque servato 57, 19, 4 nequaquam concludere licet; nam Dio hoc loco non res certi anni tradit, sed de Tiberii moribus post Germanici mortem in peius commutatis disserit. Gr.*
- 423 Aemilia Musa, locuples intestata, bona eius (M.) Aemilio Lepido, cuius e domo videbatur, tradita a. 17 *Tac. a. 2, 48. St.*
- 424 AEMILIA PAVLINA ASIATICA memoratur in fistulis plumbeis urbanis saec., ut adnotat Dressel, II fere medii XV 7380. Feminam nobilem ostendunt nomina (cf. M. Lollium Paullinum Valerium Asiaticum Saturninum cos. II a. 125). *Gr.*
- CORNELIA CETHEGILLA AEMILIA PLANCINA.
- 425 Aemilia Pudentilla (nomen gentilicium c. 68), nupta Sicinio Amico, Oeensi, ex quo Pontianum et Pudentem genuit. Marito mortuo a socero coacta tabulas nuptiales cum Sicinio Claro Amici fratre fecit, verum nuptias elusit *Apul. apol. c. 68. Post XIII (XIII c. 27) annos viduitatis (c. 85), annos nata haud multo amplius quadraginta (c. 89) Apuleio philosopho nupsit Apul. apol. passim. Locuples femina c. 92. St.*
- 426 AEMILIA ROGATILLA, clarissima femina, filia sororis Flaviae Publiciae, virginis Vestalis maximae, cui cum Minucio Honorato Marcello Aemiliano clarissimo puero, filio suo, t. dedicavit urbanum a. 247 VI 32414 = D. 4930. *Gr.*
- 427 AEM(ILIA) RVFILLA, clarissima femina X 8059, 18 in signaculo. *Gr.*
- 428 AEMILIA SEVERA, clarissima femina, domina figlinarum Publilianarum tegulae urbanae saec. II exeuntis XV 427—433. *Not. d. sc. 1901, 67. Flacc(us) Aelianus clarissimus puer, qui in tegulis earundem figlinarum nominatur (XV 434), fortasse filius Severae (cogitari potest de C. Iulio Flacco Aeliano, qui fuit legatus Cappadociae a. 198, vel de filio eius). Gr.*
- 429 AEQVA, clarissima femina, fil(ia) et here[s] nominatur in fragmento Tusculano XIV 2518; eadem videtur (Iulia) Camilia Aequa (XI 7729). *Gr.*
- (IVLIA) CAMILIA AEQVA.
- Considius Aequus.
- Modius Aequus.
- Vitrasius Aequus.
- L. VITRASIVS AEQV[VS].
- 430 Aeria Aelia Theodora, honesta femina, soror Vet. Publili Potiti clarissimi viri t. sepulcralis VI 1537 = Diehl *ILChr. 129. St.*

- ... NATIVS CAECI... [A]NTISTIVS LVCE... *signo Aerius.*
- Q. Aeronius Montanus *vide Q. Apronius Montanus.*
- M. CLAVDIVS MARCELLVS AESERNINVS.
- 431 Aesius (*Esius vel Hesius libri*) Proculus, patre primipilari, ob egregiam corporis amplitudinem et speciem Colosseros dictus, a Gaio iugulatus *Suet. Cal. 35, 2.* *St.*
- 432 Aesopus, libertus Demosthenis adulterii cum Iulia filia Augusti accusati, patronum non prodidit *Macrob. 1, 11, 17.* *St.*
- 433 AETHERIA, Sohaemi consularis viri uxor, a Palmatio Siden abducta (temporibus Valeriani) *Hesyeh. Miles. hist. fr. 1 FHG 4, 145.* *Gr.*
- Aurelius Aetherius.
- 434 AETIVS. Severus imperator factus et Romam ingressus a. 193 filias suas dotatas maritis Probo et Aetio dedit; utrumque generum statim consulem fecit *v. Sev. 8, 1. 2. Narratio suspecta cf. Mommsen Ges. Schr. 7, 346 (qui monet Aetii nomen ante quarti p. C. saeculi finem non reperiri). Domaszewski Sitz.-Ber. Heid. 1918, 13, 20. Hasebroek Sept. Sev. 49; sed notandum eodem tempore fuisse Aetrium quendam Severum praetorem.* *Gr.*
- 435 AETRIVS SEVERVS, praetor tutelarius ut videtur temporibus Severi *intra a. 193 et 198 Ulp. dig. 4, 4, 11, 2. Venidius Quietus ei successit ib.* *Gr.*
- 436 AFER, frater patruelis Severi Antonini, ab eo occisus a. 212 *vita Carac. 3, 6. 7; errore dictum Afrum pro Apro intellegendumque esse Septimium Aprum consulem a. 207 paene certum.* *Gr.*
- P. AELIVS HADRIANVS AFER.
- CN. DOMITIVS AFER.
- CN. DOMITIVS AFER TITIVS MARCELLVS CURVIVS LUCANVS.
- CN. DOMITIVS (AFER TITIVS MARCELLVS CURVIVS) TVLLVS.
- Etrilius Afer.
- SENECIO MEMMIVS AFER.
- M. MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS AFER CVTIVS ROMVLVS PRISCIANVS ARRIVS PROCVLVS.
- VTTIEDIVS AFER.
- 437 L. AFINIVS GALLVS, consul a. 62 cum P. Mario Celso. L. Afinius Gallus *in testationis professionis liberorum scriptura interiore (L. Apronio Gallo perperam in scriptura exteriori) Ann. ép. 1929, 96. L. Afinius IV 3340, 151 tab. cer. Pomp. Afinius Gallus VI 16521. Afinius Not. d. sc. 1906, 199. L. Afinio (Asinio cod.) Tac. a. 14, 48. Afinio (Asinio cod.) Gallo vita Persii (p. 58 Jahn-Buech.³); ceterum Gallus fasti. Vide num hic auctor fuerit senatus consulti Afiniani cod. Iust. 8, 47 (48), 10, 3; inst. 3, 1, 14. Oriundus fortasse Perusia, nam Afinia Gemina Baebiana, quae C. Vibio Treboniano Gallo nupta filium ex eo peperit C. Vibium Afinium Gallum Veldumnianum Volusianum, ex posteris eius videtur fuisse.* *Gr.*

- IMP. CAES. C. VIBIUS AFINIUS GALLVS VELDVMNIANVS VOLVSIANVS AVG.
- 438 AFINIA CALLISTE, clarissima femina, filia N. Afinii Fortunati, qui ei posuit *t. IX 1567 Beneventanum*; *ex eadem stirpe videtur N. Afinius N. f. Pal(atina) Hierax decurio Beneventanus, cui parentes posuerunt t. sepulcralem IX 1638.* Gr.
- 439 AFINIA GEMINA BAEBIANA, M. f., clarissima femina, uxor (C.) Vibi (Treboniani) Galli clarissimi viri (*eius qui postea imperavit*) *t. Perusinus XI 1927 = D. 527. Defuncta vel repudiata marito nondum imperatore. St.*
- 440 Afius (?) Avitus (*nomen gentile num recte traditum sit, dubium videtur; fortasse legendum Alfius cf. P. Alfium Avitum Numerium Maternum*) Marti Victoriae Fortunae reduci pro salute imp. Philippi et filii eius (*quorum nomina in t. erasa sunt*) aram dedicavit *Aquinci III 10436. Num praeses fuerit Pannoniae inferioris, id quod statuit Ritterling Archaeol. Ertlesitö 41, 1927, 300, parum constat.* Gr.
- ETRILIA AFRA.
- 441 **Sex. Afranius Burrus.** *T. Vasiensis XII 5842 = D. 1321. Tria nomina exhibet t., Sex. Afranius in t. Vasiensi liberti XII 1309 = D. 4815, Afranius Burrus Tac. a. 12, 42; 13, 2, alibi Burrus. Sex. f., Voltinia t. Origine ut videtur Vasiensis. Tribunus militum, procurator Augustae (sc. Iuliae Liviae), procurator Ti. Caesaris, procurator divi Claudii t. Praefectus praetorio t. Dio exc. 61, 3, 3. Suet. Nero 35, 5. Sen. de clem. 2, 1, 2. Jos. ant. 20, 152, a. 51 in locum Lusi Getae et Rufri Crispini Agrippinae favore constitutus Tac. a. 12, 42. Consularibus ornamentis ornatus t. Patronus Vasiensium Vocontiorum t. Claudio mortuo praetorianos ad fidem Neronis adstrinxit Tac. a. 12, 69. Jos. l. c. Burrus et Seneca rectores Neronis (Tac. a. 13, 2. 6) Agrippinam de potentia deiciunt, ipsi pro Nerone imperii curam suscipiunt Dio 61, 3, 3. 4; 4, imminuta post Britannici mortem industria ib. 7, 5. A. 55, cum Nero eum demovere praefectura destinavisset, a Seneca adiutus in officio remansit Tac. a. 13, 20. Burrus cum Pallante accusatus Seneca deprecante uterque absolutus est Dio 61, 10, 6. Tac. a. 13, 23. A. 59 de caede Agrippinae perpetranda consultus Tac. a. 14, 7. Burrus et Seneca Neroni in theatro cantanti adstantes ad plaudendum auditores incitabant Dio 61, 20, 3, cf. Tac. a. 14, 15. Octaviae repudio frustra resistit Dio 62, 13, 1. 2. A. 62 mortuus, incertum valetudine an veneno Tac. a. 14, 51. 52 (veneno Dio 62, 13, 3. Suet. l. c.). Eius libertas loquendi Dio 62, 13, 2. Debilis trunca manu Tac. a. 13, 14. Domum eius Octavia accepit Tac. a. 14, 60. Liberti eius VI 16963. XI 1531. XII 1309. Nominatur praeterea Tac. a. 13, 21; 14, 10. 14. 57.* St.
- 442 CN. AFRANIUS DEXTER, consul (suffectus) a. 105. *In consulatu: Cn. Afranius Dexter III p. 865 dipl. mil. (1).D[exter] III p. 866 = VII 1194 dipl. mil. (2). [Cn. Afr]anius Dexter VI 2075 acta Arv. (3). — Afranius Dexter Plin.*

Consul designatus in senatu sententiam dixit *Plin. ep. 5, 13, 4, 5*; consul cum C. Julio Basso d. 13 m. Mai a. 105 t. 1, d. 17. 19. 20 m. Mai, . . . non. Jun. t. 3; referebatur de libertis Afrani Dextri consulis, incertum sua an suorum manu, scelere an obsequio perempti *Plin. epist. 8, 14, 12.*

Gr.

- 443 P. AFRANIVS FLAVIANVS memoratur in monumento Ephesio C. Vibii Salutaris *Inscr. Br. Mus. 3, 2 p. 133 n. 481, plenius Forsch. in Eph. 2 n. 27 p. 129. 130. 136 (1), in altero titulo Ephesio Jahresh. 7 B 42 (2), in dipl. mil. III p. 867 = 1975 (3).* — P. Afranius Flavianus t. 3; Ἀφράνιος Φλαουιανός t. 1; Ἀφράνιος Φλαβιανός t. 2.

Legatus pro praetore C. Aquillii Proculi proconsulis provinciae Asiae a. 103/104 t. 1. Legatus Aug. pro praetore Pannoniae inferioris d. 1 m. Sept. a. 114 t. 3. Proconsul provinciae Asiae imperante Hadriano t. 2, qui titulus cum Hadrianus iam audiat Ζεὺς Ὀλύμπιος neque vero Ephesii altera neocoria exornati sint, c. a. 130 incisus videtur (cf. *Weber Hadr. 214*). Consulatu c. a. 115 functum esse cum ex intervallo, quod tum inter consulatum et proconsulatum Asiae intercedere solebat, tum ex tempore legationis Pannonicae concludi potest. Cum in decreto senatus populique Ephesiorum monumento Vibii Salutaris inserto Aquillius Proculus proconsul et Afranius Flavianus legatus eius afferantur ὡς γνή[σιοι π]ολεῖται [ῆ]μῶν αὐτοῖ (t. 1 col. 2 v. 80. 81), inde nolim conicere Proculum Flavianumque origine fuisse Ephesios; magis crediderim utrumque ab Ephesiis civitate donatum esse.

Gr.

- 444 AFRANIVS HANNIBALIANVS. Sic titulus Oesci rep. D. 8929, Annibalianus vita Probi 22, 3, ceterum Hannibalianus. Dux ex disciplina Probi vita l. c. Vir eminentissimus, praefectus praetorio cum Iulio Aselepidoto primis Diocletiani annis tit. Idem viri consules ordinarii a. 292 fasti. Anno 297 praefectus urbi *chronogr. a. 354 p. 66 M.* Ex eo nomen traxisse unum e filiis Constantii (I.), cum Eutropia, quae postea Maximiano nupsit, prima uxor Hannibaliani huius fuisse et ex hoc Flaviam Maximianam Theodoram, Constantii coniugem, peperisse videatur, *Seeck RE 4, 1041, cf. 6, 1519 probabiliter coniecit.* Ex posteris esse potest Hannibaliani consularis, qui nominatur in t. Tralliano *Ath. Mitt. 21, 113, cf. Groag Jahresh. 10, 288 sq.*
- 445 P. Afranius Potitus, homo de plebe, cum pro salute imperatoris Gai moriturum se vovisset, votum solvere coactus est *Dio 59, 8, 3. 4. Suet. Cal. 27, 2 (neglecto nomine).*
- 446 AFRANIVS QVINTIANVS, senatorii ordinis, mollitia corporis infamis et a Nerone probroso carmine diffamatus, particeps coniurationis in Neronem factae a. 65 *Tac. a. 15, 49. 56. 57, occisus ib. 70.*
- 447 Afranius Silo, centurio, quem scriptor quidam belli Parthici a Vero gesti a Luciano *quom. hist. conscr. 26* irrisus fingere videtur.

St.

- MANLIA PONTIA LVCVLLA AFRICANA.
- 448 [A]FRICANVS, X [v]ir stlitibus iudicandis, quaestor, tribunus plebis, praetor designatus, *cui positus fuit titulus admodum mutilus urbanus VI 31684, ubi in sinistra lapidis parte leguntur . . . cano . . . io . . . us M. f. cet.* Gr.
- 449 AFRICANVS, consul (suffectus) cum (*M. Annio*) Afrino pr. nonas Iulias *a. inc. Claudii vel Neronis inscriptio parietaria Pompeiana IV 1544; fortasse Paccius Africanus.* Gr.
- 450 AFRICANVS. 'Africanus noster' in epistula (*ficta*) Hadriani (L. Iulio Urso) Serviano consuli scripta, quae dicitur ex libris Phlegontis sumpta *vita Saturnini 8, 10.* Gr.
- 451 C. Africanus. [.ia] C. Africani f. AV. . . . nominatur in *t. Arruntiorum Interamnae Nahartium reperto XI 4179.* Gr.
- IMP. CAES. M. ANTONIVS GORDIANVS SEMPRONIANVS ROMANVS AFRICANVS AVG.
- Sex. Caecilius Africanus.
- Q. FABIVS MAXIMVS AFRICANVS *recte* AFRICANVS FABIVS MAXIMVS.
- P. FLAVIVS MENANDER AFRICANVS.
- Iulius Africanus.
- Sex. Iulius Africanus.
- LVCILIVS AFRICANVS.
- C. MEMMIVS AFRICANVS.
- L. OVINIVS AFRICANVS.
- L. OVINIVS CVRIVS PROCVLVS MODIANVS AFRICANVS.
- PACCIVS AFRICANVS.
- M. PVPIENIVS AFRICANVS.
- Salvistius Africanus.
- [S]ervaeus Africanus.
- T. SEXTIVS AFRICANVS.
- C. Tettius Africanus.
- M. ANNIVS AFRINVS.
- 452 Agaclytus, libertus, multum potuit apud imperatorem L. Verum (*vita Marci 15, 2; Veri 9, 3*), qui ei dedit invito Marco uxorem (M. Anni Libonis *vita Veri 9, 3. 4*). Prodidit Veri et sororis eius Fabiae consilium ad Marcum e vita tollendum, quod ne fieret Faustina prohibuit *ib. 10, 4. 5 (cf. Dio exc. 71, 3, 1)*. *Si eiusdem est L. Aur. Agaclyti, qui una cum (Vibia Aurelia) Sabina Aug(usti) sorore nominatur in fistula aquaria urbana XV 7402 (cf. 7401), non potest esse ut voluit Dressel l. c. (libertus) Sabinae, quippe quae Veri aetate aut nondum nata aut parvula erat. Num idem fuerit L. Aureliu[s] Agaclyt[us] VI 12995, valde incertum, at omnino diversus est L. Aurelius Agaclytus eques Romanus VI 1592 (cf. 31827).* St.

- Claudius Agathemerus.
- 453 Agathinus, puer, ventilator *Mart.* 9, 38. *St.*
- 454 Agatho, causidicus Claudii aetate *Sen. apocol.* 12. *St.*
- Claudius Agathocles.
- MAEVIA AGATHOCLIA.
- POMPEIA APPIA CINCIA AGATHOCLIA.
- L. Sep. Agathonicus.
- L. Sep. Antonius Agath[o]nicus.
- 455 AGEDIA QVINTINA, C. Calpurnii Crassi Frugi Liciniani consulis pontificis uxor *VI* 31724 t. *sepulchralis erasus*. Ab imperatore Nerva una cum marito Tarentum remota *epit. de Caes.* 12, 6 (*nomine non posito*). *Gr.*
- 456 L. Agermus (*praenomen Suet.*), libertus Agrippinae a Nerone occisus a. 59 *Tac. a.* 14, 6. 7. 8. 10. *Suet. Nero* 34, 3. *Dio exc.* 61, 13, 4 (*nomine non posito*). *St.*
- 457 Agesilaus, Corycenus (*cf. Opp. Hal.* 3, 8 sq. 204—209. *Suid* s. Ὀππιανός), pater Oppiani, ab imperatore Severo in insulam Meliten (quae nunc Meleda) relegatus, quia philosophiae studiis deditus imperatori Anazarbum praetereunti (a. 194, *cf. Hasebroek Sept. Sev.* p. 60) obviam ire neglexit; Severo mortuo filius reditum patris a Caracalla impetravit *vita Oppiani ap. Westermann Biogr.* p. 63 sq., *cf. 65 sq.* (*ubi immerito utrum Anazarbus an Corycenus origo fuerit dubitatur*). Uxor Zenodote *ib.* *St.*
- Aelius Aglaus.
- Iulius Agrestis.
- 458 AGRESTIVS, vir clarissimus, defensor, magister et pater patrum, deo Arimanio aram dedicavit *VI* 47; *probabiliter saec. IIII.* *Gr.*
- Q. CASSIVS AGRIVS AELIVS.
- 459 Agricola, Augusti libertus, procurator portus utriusque (ad Ostia) a. 224 *XIV* 125 = *D.* 2223. *Idem videtur Agricola procurator sub Severo Alexandro fistula aquaria Ostiensis XIV* 5309, 22. *St.*
- Caecilius Agricola.
- SEX. CALPVRNIVS AGRICOLA.
- ... Cominius Bo.... Agricola elius Aper.
- Q. GLITIVS ATILIVS AGRICOLA.
- CN. IVLIVS AGRICOLA.
- CN. SERTORIVS BROCCHVVS AQVILIVS AGRICOLA.....
- VALERIVS AGRICOLA.
- L. VIRIVS AGRICOLA.
- AGRICOLA (?) VRBANVS, consul a. 234 (*Agricola III* 5460 *si ad hunc pertinet*; ... *lla Urbanus XIV* 4562, 7), *v. infra sub Urbano.*
- 460 AGRINVS (*sic traditur, Agrippinum scribendum esse coniecit Urlichs Rh. M.* 18, 528, *de Augurino cogitavit Dellefsen ib.* 233), senator aetate Plinii *Plin. n. h.* 7, 55. *Gr.*

- 461 Agrippa, filius Aristobuli regis Armeniae minoris et Salomes, nepos Herodis Chalcidis regis *Ios. ant.* 18, 137. *St.*
- (Antonius) Agrippa.
 - M. ASINIVS AGRIPPA.
 - **P. Caninius Agrippa.**
 - [CA]SSIVS AGRI[PPA?].
 - **M. Cassius Agrippa.**
 - M. Fl. Agrippa.
 - FONTEIVS AGRIPPA.
 - C. FONTEIVS AGRIPPA.
 - D. HATERIVS AGRIPPA.
 - L. HELVIVS AGRIPPA.
 - Iulius Agrippa.
 - C. IVLIVS AGRIPPA.
 - (M.) Iulius Agrippa I.
 - M. Iulius Agrippa II.
 - P. LVRIVS AGRIPPA.
 - **M. Maenius Agrippa L. Tusidius Campestris.**
 - MARCIVS AGRIPPA.
 - MARCIVS CLAVDIVS AGRIPPA.
 - Simonides Agrippa.
 - **M. Valerius Rullianus Agrippa.**
 - Vibulenus Agrippa.
 - M. VIPSANIVS AGRIPPA.
 - Titia Statilia Valeria Agrippiana Fadilla.
 - AEMILIA AGRIPPINA.
 - APPIA ANNIA ATILIA REGILLA ELPINICE AGRIPPINA ATRIA POLLA.
 - ASINIA AGRIPPINA.
 - CLAVDIA V[ET]TIA AGRIPPINA.
 - (FABIA) AG[RIPPINA].
 - GELLIA AGRIPPINA.
 - IVLIA AGRIPPINA.
 - L. (?) IVLIA APRONIA ALFENA AGRIPPINA.
 - PACONIA AGRIPPINA.
 - PLOTIA AGRIPPINA.
 - STATILIA AGRIPPINA.
 - SVLPICIA AGRIPPINA.
 - VIBVLLIA ALCIA AGRIPPINA.
 - VIPSANIA AGRIPPINA.
 - POMPEIA AGRIPPINILLA.
- 462 Agrippinus, filius Demetrii Alexandrini et Mariammes regis Agrippae (I) filiae *Ios. ant.* 20, 147. *St.*

- AGRIPPINVS (?), *Plin. n. h.* 7, 55, v. *supra* n. 460.
- 463 [A]GRIPPINVS, frater Arvalis a. 214 ut videtur VI 2103 a 3; *potest esse Fabius Agrippinus.* Gr.
- Casperius Agrippinus.
- CASSIVS AGRIPPINVS.
- TI. CLAVDIVS AGRIPPINVS.
- CLAVDIVS CASSIVS AGRIPPINVS.
- FABIVS AGRIPPINVS.
- IVLIVS AGRIPPINVS.
- Q. PACONIVS AGRIPPINVS.
- L. Sep. Agrippinus.
- L. Aelius Aurelius Agrippus Memphius Apolaustus.
- 464 AGRIVS CELSINIANVS, co(n)s(ularis) vir, curator Bullensium Regionum, pater Agriae Tannoniae t. *Bullae Regiae rep. VIII 25523*; *idem videtur Celsinianus, consularis vir, curator coloniae Octavanorum Thuburbo, Aeliae Celsinillae consularis feminae filius Cagnat-Merlin Inscr. lat. d' Afr. 414.* Gr.
- 465 Q. Agrius Rusticianus, vir egregius, procurator Augusti tractus Karthaginiensis, procurator privatae rationis per Italiam, procurator totius . . . (*desunt nonnulla*) sub Caracalla t. *Africanus VIII 11163.* St.
- 466 Agrius Saturninus, ὁ κράτιστος, *tituli Attici ei positi IG 3, 627. Ἐφημ. ἀρχ. 3, 20, 4.* St.
- 467 AGRIA TANNONIA, clarissima puella, filia Agri Celsiniani consularis viri VIII 25523. Gr.
- CN. DOMITIVS AHENOBARBVVS.
- L. DOMITIVS AHENOBARBVVS = NERO CLAVDIVS CAES. AUG. GERMANICVS.
- 468 Q. AI. *frgm. t. Pergameni IGR 4,372: Κόιντος Αἰ Λευκίου υἱός . . . [κρινδεκί]μβερρον, ἀνθύπ[ατος] Vide num idem sit Q. Aiadius Modestus Crescentianus (sed potest item fuisse Αἰ[λίος] vel Αἰ[μίλιος]).* Gr.
- M. LICINIVS PETILIVS AIA. . .
- 469 Q. AIACIVS CENSORINVS, clarissimus vir, *nominatur in fistula plumbea urbana XV 7381*; Q. Aiicii Modesti, *qui in eadem fistula commemoratur, probabiliter frater.* Gr.
- 470 Q. AIACIVS MODESTVS CRESCENTIANVS, consul II a. 228 p. C. *Tituli: ipse posuit loco quodam Germaniae superioris, qui hodie dicitur Großkrotzenburg, XIII 7417 = D. 433 (1); nominatur in t. reperto in castello limitis Germanici „Kapersburg“ XIII 7441 = D. 5909 (2), in t. mutilo Bostreno IGR 3, 1321 (melius Arch. epigr. Mitth. 8 p. 188 n. 21) (3), in actis ludorum saecularium a. 204 VI 32327 (= D. 5050 a) v. 9. 12. 29. 32329 v. 8. 31. 32332 v. 4 (4), in fistula aquaria urbana XV 7381 (5). In consulatu altero: Q. Aiadius Modestus XIV 4562, 6 fasti Augustalium*

Ostiensium; *ceterum Modestus fasti.* — Q. Aiadius [Mo]destus Crescentia[nus] t. 1. Q. Aiadius Modestus t. 5. Aiadius Modestus t. 2. 4. [A]ιά[κ]ι-ος Μόδεστος t. 3.

Clarissimus vir t. 5. XV vir sacris faciundis a. 204 t. 4. (Legatus Aug. pr. pr. Arabiae), consul (designatus) t. 3 (*ubi perperam editores restituerunt* ὑπ[α]τικοῦ], *immo supplendum videtur* ὑπ[ά]του ἀποδεδειγμένου); *qui t. cum positus sit* Imp. Caes. M. Aurelio Antonino Aug., *Modestus non ante a. p. C. 198 provinciam rexit necesse est. Consul suffectus anno incerto. Legatus Augustorum duorum t. 2 Augustorum trium t. 1 pro praetore Germaniae superioris t. 1. 2; inde apparet eum a. 209 provinciae praefuisse; fortasse annis quoque praecedentibus vel subsequentibus eodem munere functus est. Consul II ordinarius a. 228 cum M. Maecio Probo v. supra (iterationis nota extat III 4168. VI 13. IX 1538. XIV 2267. 4562, 6. XV 4118. Ann. ép. 1912, 165, in fastis Heraclianis Chron. min. 3, 392, omittitur in fastorum laterculis paene omnibus et in titulis non paucis).*

Q. Aiadius Censorinus clarissimus vir, *qui in eadem fistula nominatur, t. 5, fortasse frater eius. Iuniam Aiaciam Modestam Q. Aradi Rufini uxorem (XV 8088) filiam Modesti putaverim.*

Plane incertum, num idem sit Κόιντος Αἰ... Λευκίου υἱός... [κ]ινδελίμπερον, ἀνθύπατος sc. Ἀσίας] t. Pergameni IGR 4, 372. Gr.

471 IVNIA AIACIA MODESTA nominatur una cum Q. Aradio Rufino, marito suo, in signaculo aeneo XV 8088; fortasse filia Q. Aiicii Modesti Crescentiani consulis II a. 228, uxor Q. Aradii Rufini sodalis Augustalis Claudialis cooptati a. 219. Gr.

472 Aiax, Teucri filius, archiereus Olbae Ciliciae et toparches Cennatarum et Lalassium certe ab a. 10/11 ad a. 14/15 p. C. nummi Waddington Rev. num. 1866, 434 sq. Babelon Coll. Wadd. 4413—4424. Hill Numism. chron. 1899, 189—194; Br. Mus. Lycaonia cet. p. 119—123. Head HN² 726 sq. Plurimi Olbae dynastae et sacerdotes Teucri vel Aiaces nomine; genus eorum post Abam dominatione exutam Olbae restitutum est Strabo 14, 672. St.

473 AIETIVS PASTOR, senator, apud Cestium Pium declamavit Sen. contr. 1, 3, 11. Gr.

— Sept. Aistomodius.

474 M. AL., a. 56 cooptatus in collegium aliquod sacerdotale e maioribus VI 2002. Gr.

475 C. AL. ALBINUS, consul a. 246 cum C. Bruttio Praesente. Plena nomina exhibuit dipl. mil. Pais Suppl. Ital. n. 941 = III p. 2000, ubi in aere extare videntur litterae C · ALI vel ALL; *ceterum Albinus fasti.* Gr.

— Albanus Zonar. 12, 24, vide Silvanus.

— L. Numerius Albinus.

476 Albina, mater Anniae Rufinae t. Canusinus IX 330. St

— CANIDIA ALBINA.

- 477 L. ALBINVS SATVRNINVS, A. f., tribu Quirina, quaestor urbanus, sodalis Antoninianus, aedilis plebis, praetor urbanus, legatus Augusti Asturiae et Callaeciae, praefectus aerarii Saturni, proconsul provinciae Achaiae, consul (*suff. a. inc.*) ante legationem Ponti et Bithyniae ut videtur, legatus Aug. pr. pr. Ponti et Bithyniae, proconsul provinciae Asiae; patronus coloniae, curator coloniae Suessae Auruncae X 4750 t. decreto decurionum positus. Gr.
- 478 Albinovanus Celsus (*sic Porphy. ad Horat. ep. 1, 8, Celso... Albinovano Horat. ib. v. 1, Celsus ep. 1, 3, 15*), comes scribaque Neronis (*i. e. Tiberii a. a. Chr. 20 in Armeniam missi*) Horat. ep. 1, 8, 2. Idem monet eum, ne aliorum scripta expilet 1, 3, 15—20. Fortasse idem Celsus amicus Ovidii, cuius mortem conqueritur Ovidius ex Ponto 1, 9. Necessitudine quadam coniunctus videtur cum Albinovano Pedone. Cf. Teuffel 2⁷ § 242, 5. W.
- 479 Albinovanus Pedo (*Sen. contr. 2, 2, 12; exc. contr. p. 233 K., Pedo Albinovanus Sen. epist. 122, 15, Albinovanus Ovid. ex P. 4, 10, 4, Pedo reliqui*), amicus Ovidii et ipse poeta Ovid. ex P. 4, 10. Sen. contr. l. c., inter epicos enumeratur Quintil. 10, 1, 90, cf. 6, 3, 61, fabulator elegantissimus Sen. epist. l. c. Scripsit Theseidem Ovid. l. c. v. 75 sq., item epigrammata Mart. praef.; 2, 77, 6; 5, 5, 6, cf. 10, 19. Nominatur praeterea Ovid. ex P. 4, 16, 6. Apoll. Sidon. c. 9, 260. Domus eius Romae (supra domum S. Papini Sen. epist. l. c.) postea Plinii fuit Mart. 10, 19, 10, cf. Plin. epist. 3, 21. Versus eius de Germanico navigante tradit Sen. suas. 1, 15. Idem igitur putandus est Pedo praefectus in exercitu Germanici qui equites a. 15 in fines Frisiorum duxit Tac. a. 1, 60. Frater esse potest eius, qui praecedat. Cf. A. Stein Progr. Wien (Unterrealch. III. Bez.) 1901. St.
- 480 ALBINVS(?), promagister collegii alicuius (fortasse pontificum) a. inc. saec. III. VI 36952; cogitari potest de Nummio Albino. Gr.
- 481 Albinus, ad quem scripsit Plinius epist. 6, 10. St.
- C. AL. ALBINVS.
- CEIONIVS ALBINVS.
- IMP. CAESAR D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS AUG.
- **Luceius Albinus.**
- LUCCEIVS ALBINVS.
- NVMMIVS ALBINVS.
- M. NVMMIVS CEIONIVS ANNVVS ALBINVS (cos. II a. 263 ut videtur).
- M. NVMMIVS VMBRIVS PRIMVS SENECIO ALBINVS.
- PESCENNIVS ALBINVS.
- **T. Pompeius Albinus.**
- M. STLACCIVS ALBINVS TREBELLIVS SALLVSTIVS RVFVS.
- 482 Albius, supellectilis aeneae avidissimus Hor. sat. 1, 4, 28. Idem potest esse Albius prodigus ib. 109; diversus videtur Albius, eques Romanus, parasitus M. Antonii Aelian. fr. 107, vol. 2 p. 238 H. St.

- C. MEMMIUS FIDVS IVLIVS ALBIVS.
- M. A[L]BIVS (?) CATO v. *infra sub M. A[l]dio (?) Catone.*
- ALBIVS PVLLAIENVS POLLIO v. *infra Pullaienus Pollio.*
- 483 ALBIVS CRISPVS, curator aquarum a. 68—71 *Frontin. de aq. 102; lectionem corruptam esse et (ex emendatione Pighii) restituendum Vibius Crispus recte puto statuit Dessau PIR¹ 3 p. 420.* Gr.
- 484 Albius Tibullus. 'Albi' eum adloquitur Horatius; Albius Tibullus Pseudacro et Porphyrio ad Horat. et codices Tibulli carminum, ceterum Tibullus. Quo nomine et ipse utitur 1, 3, 55; 1, 9, 83; 3, 19 (= 4, 13), 13. Eques Romanus (regalis codd.) insignis forma ante alios Messallam Corvinum oratorem dilexit, cuius et contubernalis Aquitanico bello (circa a. ante C. 28) militaribus donis donatus est vita Tibulli in codicibus Tibulli servata, incertae originis et fidei. Cum Messallam in Asiam profectum sequeretur, in Corcyra aeger relictus est Tibull. 1, 3; cf. Ovid. amor. 3, 9, 47. Mortuus est secundum epigramma Domitii Marsi vitae Tibulli in codicibus praemissum eodem anno quo Vergilius, a. a. Chr. 19, cf. Ovid. trist. 4, 10, 51 sq.; mater sororque superstites memorantur ab Ovidio amor. 3, 9, 50 sqq. Scripsit ad eum Horatius c. 1, 33 et ep. 1, 4, elegiam de morte eius Ovidius amor. 3, 9. — Amores eius: Delia, Nemesis, Glycera (cf. Teuffel 27 § 245, 2).
W.
- 485 ALBIA, Cullionis (uxor), nominatur in titulis gemellis servi sepulti in monumento familiae Marcellae minoris VI 4483 a. b = D. 7883 b; maritus videtur fuisse Q. Terentius Culleo, proconsul Siciliae sub Augusto (cf. Dessau ad 7445), filia Albia Terentia, L. Salvii Othonis uxor. Gr.
- 486 ALBIA TERENTIA, splendida femina, L. Salvii Othonis (cos. a. 33) uxor, mater L. Salvii Othonis Titiani, M. Salvii Othonis, qui postea imperavit, filiae Suet. Otho 1; probabiliter filia Q. Terentii Culleonis et Albiae, quae praecedit. Maternum genus (imp. Othonis) inpar nec tamen indecorum Tac. h. 2, 50 (minus accurate, nam Culleones antiquam Terentiae gentis stirpem fuisse constat; recte Eutr. 7, 17, 1 materno genere nobilior quam paterno). Gr.
- 487 Albucilla, uxor Satri Secundi, multorum amoribus famosa, impietatis in Tiberium et adulteriorum accusata, vulnere sibi inlato in carcerem coniecta est a. 37 Tac. a. 6, 47. 48, ubi mortua est Dio 58, 27, 4 nomine omisso. St.
- 488 Albucius, maritus Canidiae veneficae Hor. sat. 2, 1, 48. 'Veneno uxorem suam dicitur peremisse' Porph. vix recte. Diversus ab eo Albucius senex, servis saevus Hor. sat. 2, 2, 67. St.
- 489 C. Albucius Silus (sic Suet. de rhet. 6, Albucius Silo Hieronym. p. 168 c H., Albucius cet.), rhetor clarus aetate Augusti Suet. (cf. Hieronym.), non obscurus professor atque auctor Quintil. 2, 15, 36. Vitam scripsit Suet. de rhet. 6. Novariensis Suet. (cf. Hieronym.) in patria aedilitate functus Romam se

- contulit et in (L. Munatii) Planci oratoris contubernium receptus est. Propria auditoria instituit, ubi declamavit (*etiam ca. a. p. Chr. 16 eum Romae fuisse concluditur ex Sen. contr. 1, 3, 10 sq.*). Egit et causas, verum rarius; Mediolani apud L. Pisonem proconsulem (*cos. a. a. Chr. 15*) defendit reum. Senior Novariam rediit ibique inedia se interfecit *Suet. Memoratur a Seneca rhetore et Quintiliano passim. Cf. v. Rohden RE 1, 1331, 3. Teuffel 27 § 268, 4.* W.
- 490 Albucia Candida, M. filia, uxor C. Valeri Pansae, flaminica divae Iuliae Novarae et divae Sabinae Ticini V 6513. 6514. St.
- L. ANTONIVS ALBVS.
- 491 Alceta, Augusti libertus, procurator m(armorum) N(umidicorum) tituli Simitthis VIII 25692. Uticensis Cagnat-Merlin Inscr. Lat. d'Afr. 428. St.
- MARCIA CLAVDIA ALCIA ATHENAIS GAVIDIA LATIARIS.
- VIBVLLIA ALCIA AGRIPPINA.
- P. Aelius Alcibiades.
- M. Aemilius Alcima.
- 492 Alcimus, puer Martialis, praematura morte domino ereptus 1, 88. St.
- C. Attius Alcimus Felicianus.
- 493 Alco, vulnerum medicus, a Claudio centies sestertium damnatus et in Galliam relegatus, postea restitutus est *Plin. n. h. 29, 22. Idem commemoratur Mart. 6, 70, 6; 11, 84, 5 nec diversus videtur Ἀλκίων ὁ ἰατρός Jos. ant. 19, 157.* St.
- 494 M. A[L]DIVS (?) vel A[L]BIVS (?) CATO, c(larissimus) v(ir) XV 7951 sigillum in Tiberi repertum. Gr.
- C. Aleius Fuscianus v. *infra sub C. Allio Fusciano.*
- P. Alfius Alennius Maximus Curtius Valerianus.
- P. DELPHIVS PEREGRINVS AL[F]IVS ALENNIVS MAXIMVS CVRTIVS VALERIANVS PROCVLVS M. NONIVS MUCIANVS v. M. Nonius Mucianus.
- 495 Alexander, M. Antoni et Cleopatrae filius *Liv. per. 132*, frater geminus Cleopatrae Selenes *Plut. Ant. 36. Dio 49, 32, 4; 51, 21, 8*, cognominatus Ἥλιος *Plut. l. c. Dio 50, 25, 3; 51, 21, 8*, frater maior Ptolemaei Philadelphi *Dio 49, 32, 4. Liv. per. l. c. Magnas partes Orientis a patre accepit a. 36 a. C. Dio 49, 32, 5, cf. 50, 26, 2. Antonius ei Iotapen Artavasdis regis Medorum filiam, postquam filiam Artavasdis regis Armeniae ei desponsurum se simulavit (Dio 49, 39, 2), despondit a. 34, Armeniam et quas regiones Parthorum cepisset, promisit Dio 49, 40, 2; 41, 3; 44, 2. Plut. Ant. 53 (omisso nomine). 54, cf. Liv. per. 13. 1. Caesar Antonio et Cleopatra mortuis liberos fugientes in Thebaide cepit Syncell. 583 (num recte dubito, cf. Oros. 6, 19, 13). Caesar servatum eum (cf. Suet. Aug. 17, 5) in triumpho Actiaco duxit a. 29 Dio 51, 15, 6; 21, 8. Euseb. (Hieronym. chron. Ol. 187, p. 163 e H.; arm. 210 K; Syncell. 588). Educatu ab Oc-*

- tavia *Plut. Ant. 87*, magistro usus Nicolao Damasceno *Sophronius Damasc. Migne Gr. 87, 3, 3621* (= *FGrHist. 2 A 325, 2*). *St.*
- 496 Alexander, puer ab Asinio Pollione donatus Vergilio, qui eum delicatum secunda ecloge Alexim appellat *Donat. (Suet.) v. Verg. 9, p. 10 D. Serv. ecl. 2, 1. Apul. apol. 10. Martial. 8, 56 (errore a Maecenate poetae donatum esse dicit, cf. 7, 29, 7); 5, 16, 12; 6, 68, 6; 8, 73, 10, cf. 63, 1; non ineruditus Donat. l. c. grammaticus Donat. auct. 20 (p. 29 Diehl)*. *St.*
- 497 Alexander, regulus (Emesae et Arethusae), frater Iamblichi, a Caesare post bellum Actiacum regno exutus et in triumpho ductus occisus est *Dio 51, 2, 2*. *St.*
- 498 Alexander, regis Herodis et Mariammes prioris filius, Aristobuli frater. Hi fratres circa annum 22 a. C. a patre studiorum causa Romam missi sunt, ubi in Pollionis domo habitabant *Ios. ant. 15, 342 sq.; 16, 6; bell. 1, 445*. Post quinquennium fere cum patre in Iudaeam redierunt *ant. 16, 6 sq.* Alexander Glaphyram Archelai regis Cappadociae filiam in matrimonium duxit *ant. 16, 11. 193. 206. 328—330; 17, 11. 341. 349; bell. 1, 446*. Calumniis a Salome et Antipatro circumventos Mariammes filios Herodes in Italiam adductos apud Augustum Aquileiae tunc temporis (a. ante C. 12) degentem accusavit, qui patrem cum filiis reconciliavit *ant. 16, 8—10. 66—85. 88—127. 131. 273; bell. 1, 447—456*. Antipater et Mariammes filii successores Herodis destinati sunt *ant. 16, 133; bell. 1, 457—467*. Antipater iterum in fratres insidias tendit *ant. 16, 190—193; bell. 1, 467—483, cf. Nicol. Dam. de vita sua FGrHist. 2 A 423, 136, 2*. Pheroras frustra Alexandrum in regem incitat *ant. 16, 206—208. 218*. Alexander tamen falsis criminibus in dies magis oppressus in tantam apud patrem suspicionem incidit, ut Herodes eum in vincula coniceret; sed ab Archelao delentus Alexandrum liberavit *ib. 231—236, 243—270; bell. 1, 488—511*. Euryclis aliorumque dolis inductus denuo de filiis suspicatus in carcerem inclusis Augusto consentiente Beryti iudicium fecit *ib. 300—334. 354—369; bell. 1, 513—543. Nicol. Dam. l. c. 136, 3*. De consilii sententia damnatum utrumque apud Sebasten morte multavit a. fere a. C. 7 *ib. 370—394; bell. 1, 544—551; 2, 222, cf. Nicol. Dam. l. c. 136, 3. 4. Strabo 16, 765. Macrob. 2, 4, 11*.
- Filii ex Glaphyra Alexander et Tigranes rex Armeniae *Ios. ant. 17, 12; 18, 139; bell. 1, 552, cf. 509. 559. 588; 2, 222; ant. 17, 16. 341. 352*. Iudaeus quidam Alexandrum se esse simulans multos decepit, donec fraus eius ab Augusto detecta est *ant. 17, 324—338; bell. 1, 101—110. Memoratur praeterea Ios. ant. 18, 134; bell. 1, 581. 586. 603. 644; 2, 114 cet. De temporum ratione cf. Schürer Gesch. d. jüd. Volkes 1^a, 369—373. Otto RE Suppl. 2, 68 f. 122—124. 128—141*. *St.*
- 499 Alexander, Alexandri (eius, qui praecedit) et Glaphyrae filius, Tigranis regis Armeniae (IV) frater *Ios. bell. 1, 552 (cf. 509. 559. 588; 2, 222);*

- ant. 18, 139 (cf. 17, 12. 341. 352). Filius: Tigranes, rex Armeniae (V).
St.*
- 500 ALEXANDER, Tigranis regis Armeniae (V) filius, maritus Iotapae regis Commagenorum (C. Iuli Antiochi Epiphani) filiae, rex Cietidis (cf. *Wilhelm Arch. epigr. Mitt. 17, 5*) a Vespasiano constitutus *Ios. ant. 18, 140. Idem putatur consularis et rex Alexander consobrinus C. Iuli Severi t. An-cyranus Ditt. Or. Gr. 544 (paulo post a. 114 positus); rex Alexander pater C. Iuli Agrippae quaestoris pro praetore provinciae Asiae t. Ephesus Ditt. ib. 429 = D. 8823. Incertum num idem sit βασιλεὺς Alexander, cuius filium alloquitur Babrius prooem. 2, neque magis certum num eundem intellegat prooem. 1 et 74, 15 (Βράγχε τέκνον).
St.*
- 501 Alexander, Aegeates, philosophus peripateticus, magister Neronis, pater Caelii *Suid. s. v. Commentatus est Aristotelis categorias Simplific. categ. prooem. p. 10. 13 K. Citatur ab Alexandro Aphrodisiensi ib. de caelo 2, 6 p. 430 H.
St.*
- 502 Alexander, Asclepiadis filius, Cotiaeensis, grammaticus Graecus, magister Marci imperatoris et Aelii Aristidis *Marcus εἰς ἑαυτὸν 1, 10. Vita Marci 2, 3. Steph. Byz. s. v. Κοτιάειον. Etym. M. 276, 26. Aristides or. 32 (p. 217 sqq. Keil) passim. Scripsit cum alia tum Ὀμηρικὴν συγγραφὴν (cf. Arist. 2, 223 K.), cuius fragmenta collegit Lehrs Quaest. epicae p. 11 sq., et παντοδαπῆς ὕλης libros 24 (Steph. Byz. l. l.). Laudationem funebrem eius ad Cotiaeenses scripsit Aelius Aristides or. 32 K. Cf. Wentzel RE 1, 1455, 95. Christ-Schmid 2⁶, 869 sq.
W.*
- 503 Alexander, Alexandri filius, Peloplaton cognominatus, sophista Seleuciensis Ciliciae, a patria legatus ad Antoninum (Pium) missus. Ab imperatore Marco in Pannoniam belli (Marcomannici) temporibus vocatus, ab epistulis eius graecis. In hoc officio eum alii in Gallia vel Germania, alii hac cura perfunctum in Italia obiisse tradunt *Philostr. v. soph. 2, 5. Cf. Suid. A 1128 Adler. Nominatur Anecd. gr. Oxon. ed. Cramer 3, 164 idemque ut videtur a Phrynicho p. 68. 345 Lob.
St.*
- 504 Alexander, Damascenus, magister Flavi Boethi, Galeno sectiones anatomicas demonstranti aderat *paulo ante a. 168 Galen. 2, 218; 14, 627 sqq. (cf. 14, 612). Athenis publice docuit philosophiam peripateticam 2, 218. Aristotelis quidem doctrinam sequebatur, sed et Platonis noverat 14, 627. Diversus tamen fuerit Alexander Platonicus M. Ant. εἰς. ε. 1, 12. Cf. etiam Aug. Müller, Die griech. Philosophen in der arab. Überlief. (1873), 23 sq. 57, 45.
St.*
- 505 Alexander, rhetor, Numenii filius *Suid. s. Ἀλέξανδρος et apud rhetores passim, Alexander Numenius Iul. Rufinian. rhet. Lat. min. p. 38 ed. Halm. Aetas eo determinatur, quod pater ipse quoque rhetor scripsit sub Hadriano, Suid. s. Νομήνιος (si Numenius rhetor ibi memoratus idem est atque Numenius Alexandri pater; libros Numenii a Suida recensitos,*

- in quibus consolatio ad Hadrianum, non a patre, sed a filio scriptos esse contendit Graeven, Cornuti artis rhet. epit., proleg. p. LXIX sq.). Scripsit τέχνην (ῥητορικὴν) et περὶ σχημάτων. Cf. Brzoska RE 1, 1456 n. 96. Christ-Schmid 2⁶, 929. W.*
- 506 Alexander, Abonutichita, magus, de cuius fraude *Lucianus librum cui inscribitur Ἀλέξανδρος ἢ ψευδόμαντις composuit*. Socer (P. Mummi Sisennae) Rutiliani senatoris Romani *ib.* 4. 30. 33—35. 39. 48. 54. 55. 57. 60. Luciani vitae insidiatus *circa a. 165* (cf. *Strena Buliciana 260 sqq.*) impune fuit *c. 57*. Initio belli Marcomannici oraculo per leones edendo cladem (cuius foret reticens) vaticinatus est *c. 48*. Mortuus anno fere septuagesimo *c. 59*. Post mortem divinis honoribus colitur Parii *Athenag. πρεσβ. 1* (*scriptum circa a. 177*). St.
- 507 Alexander, Aphrodisiensis, magister philosophiae Aristotelicae imperantibus Severo et Antonino, quibus librum περὶ εἰμαρμένης dedicavit *Alex. script. min. ed. Bruns 2* (= *Suppl. Aristot. 2, 2*) p. 164, 1. 14. *Scripsit cum alia tum commentaria in Aristotelem*. Cf. *Zeller Philos. d. Gr. 3, 1⁴, 710. 817 sqq. Commemoratur Synes. epist. 129 p. 716 Hercher. W.* St.
- 508 Alexander quidam reus apud Caracallam *Dio exc. 77, 8, 3. St.*
- 509 Alexand[er], procurator Augusti *t. Africanus VIII 962. 12440. Fortasse ad quartum demum p. C. saeculum pertinet. St.*
- 510 Alexander Lysimachus (*Lysimachus additur in nonnullis libris Ios. ant. 19, 276; Lysimachus nude apud Philonem de ratione anim.*), e primis et ditissimis Judaeorum Alexandriae *Ios. ant. 20, 100; 18, 159; bell. 5, 205*. Procurator Antoniae matris Claudii *Ios. ant. 19, 276*. Alabarcha Alexandriae *ib. 18, 159. 259; 19, 276; 20, 100*. Agrippam (I), qui postea regnavit, a. 36 (*ib. 18, 126*) inopia sublevavit *18, 159*. A Gaio in vincula coniectus, a Claudio cui privato amicus fuerat solutus est *19, 276*. Frater Philonis *18, 259*. Filii: Marcus, cui (Iulia) Berenice Agrippae filia nupta est, praematura morte ereptus *19, 276 sq.* (cf. *sub M. Iulio Alexandro*) et Ti. Iulius Alexander *20, 100; bell. 5, 205. Eum ipsum civitate Romana a Tiberio donatum esse veri est simile. Nazione Aegyptius de filio Tac. h. 1, 11 minus accurate. St.*
- **Aemilius Alexander.**
- **Antonius Alexander.**
- **Appius Alexander.**
- **M. Aurel(ius) Alexander.**
- **IMP. CAES. M. AVRELIVS SEVERVS ALEXANDER AVG.**
- **Claudius Alexander.**
- **C. Domitius Alexander.**
- **IVLIVS ALEXANDER.**
- **Iulius Alexander.**
- **C. Iul. Alexander.**

- **Ti. Iulius Alexander.**
- C. IVLIVS ALEXANDER BERENICIANVS.
- TI. IVLIVS ALEXANDER IVLIANVS.
- TI. IVLIVS IVLIANVS ALEXANDER.
- C. IVLIVS THRASO ALEXANDER.
- T. Sextius Alexander.
- **Terentius Alexander.**
- **Valerius Alexander.**
- Tullia Alexandra.
- 511 Alexandria, nutrix Neronis *Suet. Nero 50.* St.
- 512 ALEXANDRIA, filia Avidii Cassii, uxor Druentiani (*immo* Ti. Claudi Dryantiani Antonini) *vita Marci 26, 12; Avid. Cass. 9, 3.* — Filia: (Claudia) Maeciana Alexandr(i)a. St.
- ANNIA ALEXANDRIA.
- APPIA ALEXANDRIA.
- (AVIDIA CASSIA) ALEXANDRIA, *vide supra* Alexandria.
- CLAVDIA MAECIANA ALEXANDRIA.
- FLAVIA ALEXANDRIA.
- MARCIA AVRELIA ALEXANDRIA.
- 513 Alexas (*Ios. bell. 1, 393 codd. deteriores et ant. 15, 197 Ἀλέξανδρος*), Laodiceus, comes M. Antonii, quem post pugnam Actiacam prodidit; tamen Caesaris iussu Herode frustra deprecante interfectus est *Plut. Ant. 66. 72. Ios. l. c.* St.
- Alexianus, *cognomen eius, qui postea imperavit, v. IMP. CAES. M. AVRELIVS SEVERVS ALEXANDER AVG.*
- C. IVLIVS [ALE]XIANVS.
- 514 Alexio, socer Plutarchi *quaest. conv. 7, 3, 1.* St.
- C. Iulius Alexio.
- 515 P. ALF. . . PRIMVS, legatus pro praetore (proconsulis Achaiae *ut videtur*), *honoratur t. Olympico Inscr. v. Olympia 335. De gentilicio parum constat: Ἀλφ[ιου] editores reposuerunt, sed t. Ἀλφ[ῆνον] quoque admittit.* Gr.
- 516 Alf(enus?), proc(urator) s(ummarum) vel S(iciliae)? *signaculum Tauro-
menii rep. X 8059, 376.* St.
- 517 Alf(enus) Apollinaris, patruus T. Ant. Cl. Alfeni Arignoti, a censibus Augusti *t. Thyatirenus CIG 3497 = D. 8853. E posteris sine dubio eius est T. Fab(ius) Alfe. Apollinaris strategus Thyatirenorum sub Gordiano memoratus in nummis Br. Mus. Lydia 321 sq., 151 sq. Mionnet 4, 174, 1005.* St.
- T. Ant. Cl. Alfenus Arignotus.
- 518 L. Alfenus Avitianus, primus pilus, tribunus cohortis tertiae vigilum, duodecimae urbanae. . . *t. Accitanus a. 167 positus II 3399 cf. p. 952 = D. 367. Avus videtur cognominis fratris Arvalis a. 218. 231, eius qui sequitur.* St.

519 L. ALFENVVS AVITIANVS *nominatur in titulo Geraseno IGR 3, 1371 (1), in actis fratrum Arvalium VI 2104 (= D. 5039) (2). 2108 (3).* — L. Alfenius Avi[tianus] t. 3. Alfenus Avitianus t. 1. Alfenius Avitianus t. 2. — *Ex posteris videtur L. Alfeni Avitiani primipilaris equestribus militiis functi sub divis fratribus; origine fortasse Accitanus.*

Legatus Augusti pro praetore provinciae Arabiae t. 1; hunc nominatum fuisse in t. posito a. 209, Wadd. 2460, ubi nomina legati perierunt praeter . . . ητιανοῦ, suspicati sunt Bruennow et Domaszewski Arabia 3, 269. 298 (dubito num recte), qui simul monuerunt fieri posse ut non Arabiae sed Syriae legatus in hoc t. memoratus sit. Frater Arvalis a. 218 (promagister collegii) t. 2, a. 231 t. 3. Pater videtur fuisse L. Alfeni Virii Iuliani et L. Alfeni Virii Avili Avitiani, qui pueri patrimi et matrimi cum ministrarent Arvalibus annis 240 et 241 (D. 9522. VI 2114), et ipse et uxor etiamtum vivebant; uxorem e gente Viria ortam esse ex nominibus filiorum conici potest. Socer ni fallor L. Iulii Apronii Maenii Pii Salamalliani, id quod nominibus Iulii Apronii Maenii Avitiani filii et Iuliae Aproniae Alfenae Agrippinae filiae Apronii Pii indicari videtur. — Cf. *infra. . . um Antianum.* Gr.

520 L. Alfenus Senecio, M. f., Quirina, procurator Augusti provinciae Mauretaniae Caesariensis, procurator Augusti provinciae Belgicae tituli Auziensis VIII 9046. *Cuiculitanus Bull. tr. hist. 1911, 143, 18 = D. 9489. Idem videtur Alfenius Senecio subpraefectus classis praetoriae Misensis Marci sive Severi fere temporibus X 3334 = D. 8391 nec diversus fortasse Senecio suppraefectus (vigilum) t. Ostiensis XIV 4509. Pater opinor eius qui sequitur.* St.

521 L. ALFENVVS SENECIO *nominatur in titulis Syriacis III 6709 = D. 5899 = Jalabert-Mouterde Inscr. gr. et lat. de la Syrie 1, 39 (1). III 6710 = Jalabert-Mouterde 1, 40 (2) et Britannicis VII 269 = Eph. ep. 9 p. 563 (3). 279 (4). 513, melius Eph. ep. 3 p. 132 (5). 1003 = D. 2618 (6). Journ. Rom. stud. 18, 1928, 212 (7), ib. 19, 1929, 214 (8), fortasse etiam in fragmento corrupto VII 270 (9).*

L. Alfenus Senecio *casu genetivo t. 4. 7; L. A[lfeni] Senecionis t. 3; Alfenus Senecio t. 1. 5. 8. 6 (Alfeni Senecionis); . . . [S]enecio t. 2; nomen corruptum t. 9. — Probabiliter filius L. Alfeni Senecionis procuratoris Aug. cf. Stein Ritterst. p. 333. Vir clarissimus t. 6. Legatus Severi et Antonini Augustorum pr. pr. (provinciae Syriae Coeles ut videtur) t. 1. 2 cf. III 6711 = Jalabert-Mouterde 41, intra a. 198 et 209 (cf. infra). Legatus Augustorum eorundem pr. pr. (provinciae Britanniae) t. 3—9; co(n)s(ularis) t. 5. 6. 8; [co(n)s(ularis)] amplissimus t. 3 cf. t. 9, intra a. 205 et 207 t. 6. Neque tempora legationum accuratius definire licet, cum in titulis Syriacis numeri annorum tribuniciae potestatis cet. confusi sint, neque pro certo explorari potest, utrum Syriam (Coelen) ante Britanniam administraverit (id quod*

proposuit Harrer Stud. in the hist. of Syria p. 43 sq., qui legationem eius Syriacam ad a. 199 rettulit an vice versa. Gr.

- 522 **Alfenus Varus**, praefectus castrorum a. 69 sub Fabio Valente Tac. h. 2, 29, apud Bedriacum cohortes Batavorum contra Othonianos duxit *ib.* 2, 43. *Plut. Oth.* 12. Praefectus praetorio in locum Publii Sabini a Vitellio substitutus Tac. h. 3, 36, dux Vitellianorum *ib.* 3, 55. 61, cf. 58. Vitellio occiso ignaviae infamiaeque suae superfuit *ib.* 4, 11. *Potest idem esse P. Alfenus Varus (centurio praetorianus) trecenarius Augusti a. 53 sive 54 ut videtur CIL IV Suppl. I p. 338 sqq., n. XLV.* St.
- 523 P. ALFENVS VARVS, consul a. 755 = 2 p. C. *In consulatu*: P. Alfenus P. f. P. n. Varus I² p. 29 *fasti Capitol.* Π. Ἀλφήνος [ἢ Ἀλφήνιος] Π. υί. Οὐάρος Dio ind. l. 55. P. Alfenus Varus VI 33768. 36841 = D. 9337. L. (sic) Alfenius I² p. 68 *fasti Gabini (min. XI)*. P. Alfenus X 884 = D. 6388, *Cassiod. (Chron. min. 2, 136 Mommsen)*. P. Varus Dio 55, 10 a 5, *ceterum Varus fasti (cf. I² p. 69. 164)*. — *Filius vel nepos P. Alfeni Vari consulis a. 715. Hic fortasse [P.?] Al[fenus?] P. f. Varus (scriptum est Vaarus) leg(atus) pr(o) [pr(aetore)] (proconsulis Africae?), qui nominatur in t. Curubitano VIII 979, si modo recte supplevit Dessau t. admodum corruptum.* Consul priore semestri a. p. C. 2 cum P. Vinicio v. *supra*. *Idem probabiliter patronus libertorum (P. Alfenus) Varus VI 11427. 11436. 11437. 21088, Alfenus Varus VI 11426, (P. Alfenus) VI 11428—11430. 11434. 11435, cf. 11425, dominus servi VI 10315 (Lucio Alfeni Vari).* Gr.
- 524 L. ALF(ENIVS) VIR(IVS) AVIT(VS) AVITIANVS (Avit. *fortasse delendum*) una cum L. Alfenio Vir. Iuliano, fratre sine dubio, Arvalibus ministravit a. 240 D. 9522 = VI 39443, a. 241 VI 2114, 17, *ubi lectio corrigenda est; filius L. Alfeni Avitiani (v. n. 519).* Gr.
- 525 L. ALFENIVS VIR(IVS) IVLIANVS (D. 9522 = VI 39443; VI 2114 *superest* Iulianus), unus ex pueris senatoriis, qui Arvalibus ministrarunt a. 240 D. 9522 et a. 241 VI 2114, 17; v. sub L. Alfenio Avitiano (n. 519). Gr.
— L(?). IVLIA APRONIA ALFENA AGRIPPINA v. sub Iuliiis.
- 526 L. ALFIDIVS HERENNIANVS, consul a. 171. L. Alfidius Herennianus *titulus uxori a Fabraternis Novanis positus X 5578; in consulatu*: L. Alfidius Herennianus VI 1978 = D. 5024. Ἑρηννιαυ(ός) IG 14, 748 = IGR 1, 449. Herennianus *fasti*. — Consul X 5578, a. 171 cum T. Statilio Severo. Maritus Iuliae Q. f. Calvinae X 5578. Gr.
- 527 ALFIDIVS SABINVS, proconsul Siciliae, *nominatur in titulo acephalo legati eius VIII 9247 Rusguniensi; aequalis videtur M. Aemilii Lepidi cos. a. 11 p. C.* Gr.
- 528 ALFIDIA, mater Iuliae (Liviae) Augustae t. Samius IGR 4, 983 (1), mater Augustae IX 3661 = D. 125 t. Marruvinus (2). II 1667 t. Tuccitanus (3). M. f. t. 2, uxor igitur M. Livi Drusi Claudiani, filia M. Alfidi. Fundana

- Suet. Tib.* 5, filia Aufidi Lurconis *Suet. Cal.* 23, 2 (errore; cf. *Aufidium Luscum praetorem Fundanum Hor. sat.* 1, 5, 34). St.
- TIB. CLAVDIA CAMILIA ALFIDIA CELONIS.
- **T. Appalius Alfinus Secundus.**
- 529 Alfius, fenerator *Hor. epod.* 2, 67. *Colum.* 1, 7, 2, qui dictum eius affert. *Eiusdem Alfi servum nominari a. ante C.* 44 in tessera (CIL I² 942) probabiliter coniecit R. Herzog *Tesserae nummulariae* p. 17. St.
- **Aur(elius) Alfius.**
- P. DELPHIVS PEREGRINVS AL[F]IVS ALENNIVS MAXIMVS CURTIVS VALE-
RIANVS PROCVLVS M. NONIVS MUCIANVS v. M. NONIVS MUCIANVS.
- 530 Alfius Avitus (sic Terentian. Alphius Avitus cet.), poeta; libros plusculos rerum excellentium conscripsit Terentian. *GL* 6, 398, 2448. *Mar. Victorin. ibid.* 137, 31, rebus gestis Romanorum materia usus. Alphius Avitus in I excellentium citatur Priscian. *GL* 2, 134, 3 (non in omnibus codd.), in II excellentium *ibid.* 426, 23 (cf. 409, 18; 3, 233, 21); 2, 591, 14. *Fragmenta FPL* p. 143 Mor. — Fortasse idem P. Alfius Avitus Numer(ius) Maternus, cf. *Teuffel* 3⁶ § 353, 6. W.
- 531 P. ALFIVS AVITVS NVMER(IVS) MATERNVS P. Alfio Maximo Numer(io) Liciniano patri posuit titulum *Tarraconensem II* 4110 = *D.* 2931. *Plane incertum num idem fuerit Alfius Avitus, qui praecedit.* — Cf. supra sub *Afio* (?) *Avito.* Gr.
- 532 Alfius Flavus, rhetor aetatis Augusti, memoratur a Seneca in *controv. passim.* Idem videtur esse Alfius Flavus *Plin. n. h.* 9, 25 (cf. *ind. l.* 9). Cf. *Teuffel* 2⁷ § 268, 9. *A rhetore non diversum esse eum Alfius, qui bellum Carthaginense scripsit (Festus s. Mamertini, p. 158 M.), probavit Cichorius Röm. Stud.* 63 sqq. W.
- 533 Alfius Maximus nominatur in *actis lud. saec. a. 204 VI* 32334. Gr.
- 534 P. ALFIVS MAXIMVS, legatus Augusti pro praetore Galatae, nominatur in titulo graeco *Ancyrano IGR* 3, 162 posito imperatore, cuius nomen perit, quartum consule; inter illius aetatis, cui t. attribuendus esse videtur, imperatores in censum veniunt aut Antoninus Pius aut Commodus aut Antoninus Severi filius. Idem probabiliter P. Alfius Maxi[us], pro cuius salute t. positus est *Carnunti III* 14356^a; videtur fuisse legatus *Pannoniae superioris.* — Fortasse non diversus ab eo qui sequitur. Gr.
- 535 P. ALFIVS MAXIMVS NUMER(IVS) LICINIANVS, P. f., Galeria, honoratur a filio suo P. Alfio Avito Numer(io) Materno t. *Tarraconensi II* 4110 = *D.* 2931, ubi honores enumerantur usque ad praeturam: X-vir stlitibus iudicandis, quaestor urbanus, tribunus plebei candidatus, praetor Parthicus (non ante Hadrianum). Potest idem esse is, qui praecedit. — P. Alfius Alennius Maximus Curtius Valerianus *V* 3590 t. *sepulchralis Veronensis.* Gr.
- P. ALF(IVS?) PRIMVS v. supra sub P. Alf. . . . Primo.

- 536 ALFIVS PROCVLVS (ALEIO *pro* ALFIO *traditur*), clarissimus vir, quaestor
kandidatus VI 1335. Gr.
— A. CAECINA ALIENVS.
— L. Ceion[ius] Alienus.
- 537 Alledius, gulosus *Juven.* 5, 118. St.
- 538 Alledius Severus, eques Romanus, qui exemplum Claudii secutus fratris
sui filiam uxorem duxit *Tac.* 12, 7. *Suet. Claud.* 26, 3 (*nomine omisso*);
primipilaris *Suet.* l. c. St.
— P. CAECILIVS ALLENIVS FAVSTVS MAXIMVS SEVERIANVS.
— SEX. PAPINIVS ALLENIVS.
- 539 ALLIARIA, UXOR Sempronii Gracchi a. 14 a Tiberio interfecti *Tac. a.* 1, 53.
Gr.
- 540 TI. ALLIENVS SICINIVS QVINTIANVS, tribunus plebis a. 98 *vel* 99 VI 450
cf. 30768 = D. 3618 (*in eodem titulo nominatur* Ti. Sicinius T[i.] I. Receptus
magister vici). *Cum eo parentela nescio qua coniunctus* Ti. Allenius
Veturianus Sicinius Quintilianus VI 36314. Gr.
— Pontius Allifanus.
- 541 C. Al(l)ius *nominatur in frustulo tituli reperto Antiochiae Pisidiae*
Journ. Rom. Stud. 1912, 104, 42; *plane incertum num legatus Galatae.* Gr.
- 542 [L. ALLIVS (?).]. *Titulo Lydiae mutilo, quem ediderunt Keil et*
Premmerstein Denkschr. Ak. Wien 57, 1914, 93, 129, *honoratur vir ordinis*
senatorii, cuius nomen perit, una cum uxore et L. Allio F[lavio?]
et [Alli]a (?) Flavia Salv[i. . . .] filiis; quem L. Allii Flavii. . . . nominibus
usum esse ex liberorum nominibus collegerunt editores, nescio num recte.
Honores in t. recensiti erant, sed post quaesturam perierunt. [Εκ] προ-
γόνων πατρίκιος, , οὐϊκούρος (*i. e.* IIII vir viarum curandarum),
μονητᾶ[λις] (= III vir aere argento auro flando feriundo), [χειλιάρχος λε-
γιῶνος τρίτης] Κυρηναϊκῆς, ταμίας Λ[υκίας?]. Uxor eius προεγκρόνη
Οὐηδ[ίου] Ἀντωνείνου τοῦ κτίστου τῆς Ἐφέσου appellatur, *unde*
colligi potest maritum floruisse tertio p. C. saeculo fere medio. Gr.
- 543 M. Allius At[t]us, procurator Augusti *nominatur in titulo liberti Faleriensi*
Not. d. sc. 1921, 189. St.
— (Q. Allius Bassus). *In dipl. mil.* III p. 1989 *legendum esse* Q. Iallio
Basso *monuit Boissevain ad Dionem* 71, 3; *cf.* III p. 2328⁶⁴.
— L. ALLIVS F[LAVIVS?] *v. supra sub L. Allio (?)*
— [ALLI]A (?) FLAVIA SALV[I?] *v. supra sub L. Allio (?)*
- 544 C. ALLIVS FVSCIANVS *honoratur titulis Gerasenis* III 118 = 14156³ (1),
Journ. Rom. stud. 18, 1928, 160 (2). — C. Allius Fuscianus t. 1, Γ. Ἄ[λλ]ιος
Φουσκιανός t. 2. Legatus Augusti pr. pr. (Arabiae), consul designatus
t. 1, consul (*suffectus anno incerto saec. II medii*) t. 2. *Idem videtur* C. Allius
C. f. Fuscianus, patronus ordinis senatorii complurium collegiorum Ostien-
sium, *qui nominatur in titulis Ostiensibus* a. 140 XIV 246, a. 152 XIV

- 250 = D. 6174 (*ubi* C. Aleiu(s) C. fil. Fuscianus *in lapide extat*), a. incerto XIV 249 (*ubi traditur* Caelius Fuscianus). *Huius filius fortasse* C. Allius C. f. Fuscus. Gr.
- 545 C. ALLIVS C. F. FVSCVS *nominatur loco ultimo inter patronos ordinis senatorii collegii cuiusdam Ostiensis, cuius quamquam acta ad a. 140 spectant, quaedam postea addita sunt* XIV 246. *Idem videtur* Allius Fuscus *consularis, a Commodo (non ante a. 190) occisus* *vita Comm. 7, 6, ubi perperam dicitur consul. Probabiliter coniecit Dessau in albo ordinis cuiusdam Ostiensis a. 192* XIV 251 = D. 6175, *ubi nomina eius, qui primum locum inter patronos senatorios obtinuerat, erasa sunt, memoriam huius damnati deletam esse; unde colligere licet eum ipso a. 192 interfectum esse.* Gr.
- 546 ALLIVS MAXIMVS, vir clarissimus, legatus iuridicus provinciae Hispaniae Tarraconensis, Probo Augusto dedicavit titulum Valentinum a. 280 II 3738 = D. 597. Gr.
- 547 Q. ALLIVS MAXIMVS, consul suffectus d. 23 m. Mai cum L. Mammio Pollione XI 6236 = D. 5540 a. 49 *cf. Tac. a. 12, 9. Fortasse idem* Maximus *proconsul Asiae a. 58 in actis Timothei p. 8, ut coniecit Usener ib. (Ind. lect. univ. Bonn. 1877) p. 16. — L. Allius Maximus nominatur in tegulis urbanis* XV 792. Gr.
- 548 Allius Vestinus, advocatus fisci, cuius heredes Maecio Laeto t. Gerasenum posuerunt *Journ. Rom. Stud. 18, 149.* St.
- Q. FABIVS ALLOBROGICINVS MAXIMVS.
- 549 Alpinus, Trever, frater Alpini Montani *Tac. h. 5, 19.* St.
- 550 Alpinus Montanus, Trever, praefectus cohortis in exercitu Vitelliano post pugnam Cremonensem a. 69 a victoribus in Germaniam missus *Tac. h. 3, 35; 4, 31. Iulio Civili res novas molienti se adiunxit ib. 4, 32; 5, 19.* St.
- [Claudius] Alpinus.
- M. FLAVIVS ALPINVS.
- IULIVS ALPINVS.
- Q. POMPEIVS SENECIO.... L. VIBVLLIVS PIVS AVGVSTANVS ALPINVS BELLICIVS SOLLERS.... SOSIVS PRISCUS.
- Iulius Altinus.
- 551 Alypius, vir egregius (ὁ κρᾶτιστος) *P. Flor. 2, 216. 228. 276, opibus pollens, dominus praediorum in Aegypti pago Arsinoite vel conductor praediorum Augusti (cf. Comparetti P. Flor. 2 p. 60) nominatur in multis epistulis Graecis papyraceis inde ab anno 253 usque ad a. 267* *P. Flor. 2, 118—168. 184. 186. 189. 201. 227. 252. 273. P. Arch. 3, 405. P. Fay. 133. P. Rein. 52—55. P. Ryl. 2, 238. P. Strassb. 28. 32.*
- Frater: Claudianus *P. Flor. 2, 140 verso, fortasse etiam Maximus ib. 163.*
- Uxor commemoratur nomine omisso *ib. 219, cf. 218.* St.
- 552 C. f., Am. (*fortasse* Ambibula, *ut coniecit Dessau*), uxor P. Calvisi

- Rusonis L. Iuli Frontini, honoratur una cum marito *Antiochiae Pisidiae Journ. Rom. Stud.* 3, 302. Gr.
- 553 Amandus, Augusti libertus, procurator provinciae (*Arabiae?*) t. *Gerasenus Rev. bibl.* 1927, 255, 7. St.
- 554 **timius Amandus** (*nomen potest esse Septimius vel Postimius*), vir perfectissimus, rationalis t. *Aquileiensis V* 858. St.
- 555 Amazaspus, Iberus stirpe regia, frater regis Mithridatis, cecidit bello Parthico (Traiani) fortiter pro Romanis pugnans prope Nisibin sepultus, *deinde ut videtur Romam corpus translatum est t. Graecus urbanus versibus conceptus IG* 14, 1374 = *IGR* 1, 192. St.
- 556 Amazonicus, deliciae Flacci *Mart.* 4, 42. St.
- Claudius Amazoni[c]us.
- Amazonius, signum quo Commodus nominari voluit *vita Comm.* 11, 8. 9; *Clod. Alb.* 2, 4. *Dio-Xiph.* 72, 15, 4; 20, 2.
- 557 **M. Ambibulus** (*coni. Niese, traditur ἀμβιβουχος vel simile*), procurator Iudaeae, successor Coponii sub Augusto (*circa a. 9—12*) *Ios. ant.* 18, 31 (*Zonar.* 6, 3). St.
- C. EGGIVS AMBIBVLVS POMPONIVS LONGINVS CASSIANVS L. MAECIVS POSTVMVS.
- Q. PLANIVS SARDVS AMBIBVLVS.
- L. VARIVS AMBIBVLVS.
- 558 Ambrosius, medicus Puteolanus *Scrib. Larg.* 152. St.
- 559 Ambrosius, choraules *Iuvenal.* 6, 77. St.
- L. SERVAEVVS AMICVS POTITIANVS.
- Sicinius Amicus.
- 560 AMINN(IVS) SABINIANS, vir clarissimus, patronus ordinis sacerdotum domus Augustae Palatinae aetate Commodi VI 2010. Gr.
- **Statilius Ammianus.**
- 561 AM(M)IVS (*cognominis prima littera videtur fuisse Φ, ut fortasse restituere possis Φ[λάκκων]*), πρεσβ(ευτης) Σ[εβ. vel Σεββ. ἀντιστρ(άτηρος)], legatus scil. Arabiae, ὑπατο[ς ἀποδεδειγ(μένος)], honoratur titulo *Bostreno litteris, ut opinantur editores, secundi aut prioris tertii saeculi Publ. Princeton Univ. arch. exped. Syria* 3 A 4 p. 242 n. 551. Gr.
- 562 AMMIVS FLACCVS a. 97 inter praetorios in senatu sententiam dixit *Plin. ep.* 9, 13, 13. Gr.
- 563 Ammonius, philosophus oriundus ex Aegypto *Eunap. v. soph. p. 454 Boiss².*, magister Plutarchi *quom. adul. ab amico internosc.* 31, 70 E; *de defectu orac.* 4, 410 sq. 9, 414 C. 20, 420 C. 33, 428 B. 38, 431 B. 46, 434 F; *de facie in orbe lunae* 25, 490 C; *quaest. conv.* 3, 1, 1, 645 D. 9, 2, 1, 737 D. 9, 5, 1, 740 B.; *v. Themistocl.* 32. *Eunap. l. c.* anno 67 *de E apud Delphos* 1. 2, 385 B. *Strategus Athenis ter quaest. conv.* 8, 3, 1, 720 C. D. 9, 1, 1, 736 D. *Ibidem mortuus Eunap. l. c. (In Plutarchi librorum qui dicitur*

- Lampriae indice n. 84 inscribitur Ἀμμώνιος ἢ περὶ τοῦ μὴ ἡδέως τῇ κακίᾳ συνείναι.)* St.
- 564 Ammonius, ὁ κράτιστος ἐπέικτης δημοσίου σίτου (exactor frumenti publici, vir egregius), *P. Oxy. 10, 1257 (a. 279 ut videtur)*. *Idem potest esse ὁ κράτιστος Amm[ο]n[ius] P. Oxy. 12, 1412 (circa a. 284), sed fortasse diversus . . . elius Ammonius; cf. Grenfell et Hunt l. l. qui male confundunt eum cum Aur. Ammonione.* St.
- 565 . . . elius Ammonius, ὁ κράτιστος (vir egregius) *P. Oxy. 9, 1191 a. 280; certe non, quod putat Hunt l. c., epistrategus Heptanomiaē, cum hoc munere a. 280/1 Aurelius Heraclides fungeretur.* St.
- **P. Aelius Ammonius.**
- CN. POMPEIVS ANT. . . . AMOENVS.
- 566 L. Ampelius, Maerino cuidam dedicavit librum memorialem *qui exstat; docere sibi proposuit 'quid sit mundus, quid elementa, quid orbis terrarum ferat vel quid genus humanum peregerit' Amp. praef. Scripsit certe post Traiani victoriam Dacicam (cf. 23. 47, 7); accuratius aetas definiri nequit. Cf. Wissowa RE 1, 1880. Teuffel 3^e § 359, 1.* W.
- 567 Amphheus, Claudii libertus ab eo occisus *Sen. apocol. 13.* St.
- 568 Amphicles, Chalcidensis, discipulus et amicus Herodis Attici *Philostr. v. soph. 2, 8, 1; 10, 1. Eiusdem positam esse in agro Chalcidensi hermam, in cuius titulo (IG XII 9, 1179 = Ditt. Syll. 3³, 1240) nominatur Ἀμφικλέης, γένεος . . . ἐξ ὑπάτων (genere consulari ortus), vidit A. Wilhelm Beitr. z. griech. Inschriftk. (1909) p. 98.* St.
- Amphiloehius, signum C. Furi Octaviani.
- CLODIVS AMPLIATVS NAEVIANVS.
- 569 M. AMPVDIVS N. f., quaestor, tribunus plebis, aidilis X 6082 = I² 812 t. *Formianus. Idem statuendus est, id quod iure proposuit Cichorius Röm. Studien p. 285 sq., A(m)pudius (Ἀποῦδιος traditur) tribunus plebis a. 727 = 27 a. C., qui Hispanorum more Augusto se devovit Dio 53, 20, 2. 3; in contione se Augustum heredem ex aequo cum filio reliquisse palam fecit Dio l. l. 4. Origine Formianus.* Gr.
- 570 Amullius Serenus, primipilaris *Tac. h. 1, 31.* St.
- 571 AMYNTAS, [ἡγε]μῶν *Ciliciae t. Olbae rep. IGR 3, 850; supplementa prorsus incerta.* Gr.
- 572 Amyntas, rex Galatarum. *Nummi eius cusi Cibyrae Phrygiae, Side Pamphyliae, Cremnae Pisidiae cum inscriptione βασιλέως Ἀμύντου Head HN² 747, Eckhel 3, 183. Mionnet 4, 403; Suppl. 7, 656. Imhoof-Blumer Kleinas. Münz. 498; Zeitschr. f. Num. 1, 1874, 330—333. Br. Mus. Galatia p. 2 sqq. Babelon coll. Wadd. (= Rev. num. 1898, 572 sq.) De his nummis diligenter egit A. Zwintscher De Galatar. tetrarchis Diss. Lips. 1892, 45—50. Scriba regis Deiotari Dio 49, 32, 3, mox copiarum eius dux anno a. C. 42 in pugna Philippensi ad triumviros transiit Dio*

- 47, 48, 2. Deiotaro mortuo (a. 41 vel 40) parte regni eius ab Antonio donatus *Strab.* 12, 567, a. 39 Pisidia *App. b. c.* 5, 75, a. 36 Galatia cum regionibus Lycaoniae et Pamphyliae *Dio* 49, 32, 3; 53, 26, 3; *cf. Strabo* 12, 568. *Plut. Ant.* 61 et *nummi*. Sex. Pompeius profugus a. 35 ab eo captus *App. l. c.* 137. 140. 142. Ante proelium Actiacum Antonio suspectus *Dio* 50, 13, 8, Caesaris partes secutus est *Vell.* 2, 84, 2. *Plut. Ant.* 61. 63; *cf. Hor. epod.* 9, 17 sq. Ab Octaviano ideo regnum ei confirmatum *Dio* 51, 2, 1. Gladiatores Antonio auxilio venientes, quos arcere conatus est, damnum ei intulerunt *ib.* 7, 4. Regiam aedificare coepit Isaurae; Antipatro Derbete ab eo devicto et occiso huius quoque civitatem cum Laranda occupavit; contra Cilices (Cilicia Trachea ad regnum eius pertinebat *Strabo* 14, 671; non ante pugnam Actiacam) et Pisidas pugnans Cremnam (*cf. nummos*) evertit, ab Homonadensibus interfectus est *Strabo* 12, 569, anno a. C. 25 *Dio* 53, 26, 3. *Eius nomen supplendum esse in t. Tiburtino XIV 3613 = D. 918 multi viri docti Mommsenum secuti censuerunt, refutare conatus est Groag Jahresh. 1924 B. 445 sqq.; RE 4 A 832 sq.* Filii complures *ib.*, e quibus unius nomen novimus; est Pylaemenes *CIG* 4039 *add. p.* 1109 = *Dittenberger Or. Gr.* 533. *Nominatur praeterea Strabo* 12, 571. 577; 17, 840. *Eius servi et liberti postea Augusti et Liviae aliorumve Amyntiani cognominati VI 4035. 8738. 8894. 10395. Dubitare possis, num ad eum referendum sit fragmentum tituli prope Olbam Ciliciae rep. IGR 3, 850.* St.
- 573 AMYNTIANVS (*traditur Ἀμυντιανός*), senator Romanus *Suid. A 1642 Adler.* *Fortasse is qui sequitur.* St.
- 574 Amyntianus, scripsit librum de Alexandro Magno missum ad M. Antoninum, item de Olympiade Alexandri matre et vitas parallelas, *Phot. bibl.* 131; non diversus Amyntianus, qui scripsit de elephantis *schol. Pind. Ol.* 3, 52 (*cf. schol. Tzetzes 4, 92, Cramer Anecd. Oxon.* 3, 357). *Idem sine dubio Alexandri Macedonis rerum gestarum scriptor schol. Bern. Verg. Georg.* 2, 137 (*traditur Aurimantus, cf. Schneidewin Philol.* 7, 1852, 739). *Haud absimile veri eundem esse qui praecedit.* St.
- 575VS AMYNTIANVS PROCVLVS, salius Palatinus cooptatus a. 180 *VI 1980; nomen gentile fortasse fuit Voconius.* Gr.
- M. Firmius Amyntianus.
- Q. POMPEIVS SENECIO CL. FVSCVS SAXA AMYNTIANVS SOSIVS PRISCVS.
- Q. VOCONIVS SAXA AMYNTIANVS.
- ... SILANVS ... IVSTVS AN...
- 576 Anaxilaus, Larisaeus, Pythagoricus et magus ab Augusto urbe Italiae pulsus est *Hieronym. chron. Ol.* 188 *p.* 163 *sq. H. Auctor Plinii n. h. ind. l.* 19. 21—26. 28—31; *affertur* 19, 20; 25, 154; 28, 181; 30, 74; 32, 141; *commemoratur praeterea* 35, 175. *Idem videtur Ἀνξίλαος (sic) auctor*

- rationis cuiusdam aes et argentum effingendi in papyro graeca Holmiensi saec. III. vel IV. quam edidit Lagercrantz, 1913. St.
- 577 Q. ANCARIVS, praeses Orientis a. 258 *vita Aureliani* 13, 1 in actis fictis, ex libris Acholi. Gr.
- 578 Ancharius Priscus, Caesium Cordum accusavit a. 21—22 *Tac. a.* 3, 38. 70. *Nescio an idem vel ex eadem familia sit* T. Ancharius T. f. Pal(atina) Priscus, post alia munera II vir Pisaurensium XI 6357 = D. 5057. St.
- 579 Ancharia (traditur Pancharia) Soteris, liberta, cui a Traiano ius Quiritium petit Plinius *ad Trai.* 11. St.
- 580 Anchialus, rex Heniochorum Machelonumque a Traiano donatus est *Dio exc.* 68, 19, 2. *Arrian. peripl.* 11, 2, cf. 7, 3.
— Q. Licinius Ancotius Proculus.
- 581 Andonnoballus, Erulus, ad Romanos transfugit ab imperatore Claudio Gothico ut videtur donatus *Petr. Patr.* 171. 172 *exc. de sent. p.* 267 sq. B. *Eundem putant nonnulli Naulobatum, sine idonea causa.* St.
- 582 Andreas, dux Iudaeorum sub finem imperii Traiani in Cyrenaica rebellantium *Dio-Xiph.* 68, 32, 1; *idem audit* Lucuas rex consalutatus *Euseb. h. e.* 4, 2. St.
- 583 Andro, musicus et geometra, magister imperatoris Marci *vita Marci* 2, 2. St.
- 584 Androclus (Ἀνδροκλῆς *Aelian.*), servus proconsulis cuiusdam Africae, a leone in circō maximo (vel potius in amphitheatro *Sen.*) agnitus et servatus est *Aelian. nat. anim.* 7, 48. *Gell.* 5, 14 (ex libro Aegyptiacorum quinto Apionis qui ipse eum vidit), *Tiberii vel Claudii temporibus, quibus Apion docuit Romae* *Suid. s. Ἀπίων A* 3215 *Adler. Eandem rem videtur tangere Sen. de benef.* 2, 19, 1. St.
- 585 Andromachus senior (*Galen.* 14, 233), natione Cretensis, archiater Neronis, composuit antidotum, quod versibus descripsit in libro misso ad Neronem *Galen.* 13, 441. 463. 514 sqq. 808. 820. 1032 sq.; 14, 1 sq. 32—42. 73. 211. 232 sq. *Eidem* Pedanius Dioscurides libros suos dedit *περὶ εὐπορίστων ἀπλῶν κτλ.* Filius cognominis *is qui sequitur.* St.
- 586 Andromachus iunior (*Galen.* 14, 42. 73), filius eius qui praecedit (*Galen.* 14, 73) idemque archiater, vixit Romae (*Galen.* 12, 932). Libros eiusdem argumenti ac pater oratione soluta composuit; scripta eius (*Galen.* 13, 463) saepissime affert *Galen.* l. 12. 13. 14. *Idem* Andromachus archiater, ad quem Erotianus dedit glossarium in Hippocratem *p.* 3. 116 *Nachm.* (p. 29 et n. 81 *Kl.*). *Vix idem* Claudius Andromachus ἀρχίατρος *t. Bostrenus IGR.* 3, 1333. St.
- 587 **Andromachus**, procurator ad dioecesin Alexandriae (ὁ κράτιστος διοικητής) ante a. 272 (quo dicitur γενόμενος) *P. Oxy.* 10, 1264. — Fortasse non diversus a L. Aemilio Decio Andromacho. St.
- **L. Aemilius Decius Andromachus.**

- 588 Andromeda, liberta Iuliae Augustae, mulier pusilla *Plin. n. h.* 7, 75. *St.*
— M. Antonius Popillius Andronicus Flavianus.
- 589 Anicetus, libertus *Tac. a.* 14, 3. *Dio exc.* 61, 13, paedagogus Neronis *Tac. l. c. Suet. Nero* 35, 2. Praefectus classis Misensis a. 59 *Tac. l. c. et* 14, 62. Invisus Agrippinae, cui interficiendae obtulit Neroni ingenium *Tac. a.* 14, 3. 7. 8. *Dio l. c.* A Nerone iussus rerum novarum crimen et adulterium Octaviae finxit *Tac. a.* 14, 62. *Suet. l. c.* In Sardiniam pulsus a. 62 non inops exilium toleravit et fato obiit *Tac. a.* 14, 62. *St.*
- 590 Anicetus, Polemonis (II, regis Ponti et Bospori) libertus, praefectus classis regiae, a. 69 in Ponto seditionem contra Vespasianum movit, sed victus Romanis traditus est a regulo quodam, ad quem confugerat *Tac. h.* 3, 47. 48. *St.*
- 591 Anicetus, librarius Marci Caesaris a. 143 ad *Front.* 2, 10 p. 34 N. (= 1, 138 *Haines*). *St.*
— C. Flavonius Anicianus Sanctus.
- 592 L. Ani(cius?). In collo amphorae repertae in necropoli Capenate legitur Cn. Etril. L. Ani. cos. f. XI 8117, 1. Dubium videtur, num annus per consules (suffectos) indicetur; Etrilios Aniciosque coniunctos habes in t. *Tuccitano* II 1674. *Gr.*
- 593 ANICIUS ASPER, ὁ ὑπατικός καὶ κτίστης, honoratur publice *Laodiceae ad Lycum* IGR 4, 852. *Gr.*
- 594 C. ANICIUS CERIALIS, consul suffectus a. 65. C. Anicius IV 2551 (amphora) in consulatu; Cerialis Anicius *Tac. a.* 15, 74. 16. 17. [Α]νίκιος Κερεάλιος *Zon.* 11, 6 (ex Dione). Κερίάλιος *Petr. Patr. exc. Vat.* 29 p. 245 *Boiss.* (= *Dio* 59, 25, 5^b vol. 2 p. 647 *Boiss.*). — A. 40 coniurationis in Gaium Caesarem accusatus una cum Sex. Papinio filio (probabiliter privigno; patrem naturalem Papinii consularem appellat *Sen. de ira* 3, 18, 3); tortus nihil prodidit *Zon. Petr. Patr. ll. ll.*; Papinius consciis nominatis nihilominus interfectus est *Zon. (minus accurate Petr. Patr., cf. Sen. l. l. Suet. Cal.* 56); contra *Tacitus* 16, 17 ad a. 66 refert minore quam ceteros miseratione Cerialem periisse, quia proditam C. Caesari coniurationem ab eo meminissent. Consul designatus a. 65 in senatu sententiam dixit *Tac. a.* 15, 74. Consul suffectus cum C. Pomponio id. Aug. a. 65 IV 2551. A. 66 Annaeus Mela Cerialem in codicillis inimicitiae adversus principem accusavit; paulo post Cerialis vim sibi attulit *Tac. a.* 16, 17. *Gr.*
- 595 Q. ANICIUS FAVSTVS nominatur in titulis in legatione Numidica positus gemellis in regione Tripolitana rep. VIII 6 (1 a), 10992 = *Africa ital.* 2, 50 (1 b). *Cagnat-Merlin Inscr. lat. d'Afr.* 26 (2 a), *Bull. tr. hist.* 1927, 240 (2 b). *Cagnat-Merlin* 9 (imago) = D. 9177 (3), *Lambaesitanis* VIII 2438 = 17941 (4). 2527 = 18039 (5). 2528 (6). 2549 (7). 2550 (8). 2551 (= D. 2397) (9). 2552 (10). 2553 (= D. 2438) (11). 2558 (12).

18068 (13). 18255 (14). 18256 (15). *Bull. tr. hist.* 1911, 99 (16); *ib.* 100 (17); 1919, 85 (18). *D.* 9097 (19), *Thamugadensibus VIII* 17870 (= *D.* 446) (20). 17871 (21), *Cirtensi VIII* 19495 (22), *Arsacalitano VIII* 6048 (23), *Cuiculitanis Bull. tr. hist.* 1916, 233 (24); *ib.* 1911, 115 (25), *Suburburano ib.* 1917, 342 (26), *Mauretano VIII* 8796 *cf.* 18021 (27); *ad eum pertinere videtur frustulum Lambaesitanum VIII* 18078 (28); *incertum num eius nomen recte restituatur in t. Numidiae VIII* 2466 *cf.* 17954 (29); *cf. Pallu de Lessert Fast.* 1, 406—417. *Dedicavit in legatione Moesiaca titulos III* 1685 (30). 1686 (31).

Nomina plena extant sive recte restituta sunt in titulis omnibus. Ἀνίκιος Φῆστος (*librariorum errore*) *Dio* 78, 22, 2. Φαῦστος *ib.* § 4.

Clarissimus vir *t. 2 a. b.* 4—8. 16. 23. 26. Legatus Augusti *vel* Augustorum pro praetore (Numidiae) *t.* 1—29 anno 196 *vel* priore semestri a. 197 (*cum Caracalla Caesar dictus sit, nondum imperator destinatus*) *t.* 22, a. 197 *t.* 15. 20. 23, a. 199 *t.* 21. 24. 25. 26, a. 200 *t.* 19, a. 201 *t. 1 a. b.* 2 a. b. (*de t. 4 v. infra*). Consul designatus *t.* 3—9. 10. 29 (*si hic t. ad eum pertinet*) a. 198 *t.* 8 (*nomina consulum anni 197, quae leguntur in t. 4, non ad tituli dedicationem sed ad collationem pecuniae spectare videntur; cf. Stout Governors of Moes. 36 sq.*); consularis *t.* 17. 19 (a. 200), vir amplissimus consularis a. 199 *t.* 25 (*ubi Severus errore dicitur cos. III. Faustus cum consul designatus fuerit a. 198, eodem anno fasces in legatione Numidica gesserit necesse est; itaque in t. 11. 13. 21 (posito a. 199) non co(n)s(ul) sed co(n)s(ularis) amplissimus legendum (item co(n)s(ularis) in t. 1 a. b. 2 b.)*). Legatus Augustorum pro pr. (Moesiae superioris) *intra a.* 202 et 207 *t.* 30 (*numeri annorum tribuniciae potestatis corrupti sunt*). 31. Severus in sortitione proconsulatus (*Africae vel Asiae*) eum praeteriit *Dio* 78, 22, 4 (*Dionem errasse et Antoninum intelligendum esse statuit Waddington Fast. As. n. 169 sine idonea causa*). A. 217 Macrinus eum in locum (C. Iulii) Aspri proconsulem in Asiam misit et, cum exiguum anni proconsularis spatium ei remaneret, mandavit, ut Aufidii Frontonis loco etiam in annum sequentem (218/219) provinciae praecesset *Dio* 78, 22, 2. 4. *Quod num Elagabalus ratum habuerit, ignoramus.* — Patronus Lambaesitanorum *t.* 15. 17. 18, Thamugadensium *t.* 20. 21, Cirtensium *t.* 22. 23, Cuiculitanorum *t.* 24. 25.

Pater fortasse Sex. Anicii Fausti, qui dicitur in t. Thamugadensi VIII 17890 Anici consularis filius. *Anicii, qui aetate labente floruerunt, ab eo originem duxisse videntur.*
Gr.

596 SEXTVS ANICIVS FAVSTVS, Anici consularis filius, honoratur *t. Thamugadensi mutilo VIII* 17890; *potest filius esse eius qui praecedit; cf. sub Anicio Fausto Paulino.*
Gr.

597 M. COCCEIVS ANICIVS FAVSTVS FLAVIANVS, patricius, consularis, honoratur

- t. Cirtensi mutilo VIII 7040; saec. III ex., ut recte puto statuit Pallu de Lessert Fast. 2, 338.* Gr.
- 598 SEX. ANICIVS FAVSTVS PAVLINIANVS, clarissimus iuuenis, patronus, patroni filius civitatis Uzappensis, honoratur ab ordine civitatis VIII 11933. Pater eius fortasse Sex. Cocceius Anicius Faustus Paulinus proconsul Africae. Gr.
- 599 ANICIVS FAVSTVS PAVLINVS, legatus Aug. pr. pr. (Moesiae inferioris) a. 230 III 7473 t. Moesiae inf.; successor ut videtur L. Mantennii Sabini legati a. 229. Potest filius esse Q. Anicii Fausti consulis a. 198, fortasse non diversus a Sex. Anicio Fausto (n. 596). Huius ni fallor filius Sex. Cocceius Anicius Faustus Paulinus qui sequitur. Gr.
- 600 SEX. COCCEIVS ANICIVS FAVSTVS PAVLINVS, proconsul provinciae Africae VIII 1437 cf. 15254 t. in oppido Thubursico Bure repertus, quem ei posuit res publica [co]loniae !!!!! Augustae; in rasura videtur fuisse Gallienianae cf. Mém. ant. France 1912, 115 sq. Aut idem atque is qui praecedit, aut, id quod magis crediderim, filius eius. Sex. Coccei nomina videntur derivata esse e Sex. Cocceio Vibiano XV viro sacris faciundis a. 204 (VI 32327. 37065). Filii Paulini huius fortasse Sex. Anicius Faustus Paulinianus (n. 598), M. Iunius Caesonius Nicomachus Anicius Faustus Paulinus qui sequitur, secundum Seeckii sententiam (RE 1, 2199) etiam M. Cocceius Anicius Faustus Flavianus. — Unus ex Aniciis Paulinis potest nominatus esse in fistula aquaria Ostiensi, ubi legitur S. A. P. c(larissimi) v(iri) Not. sc. 1909, 167. Gr.
- 601 M. IUNIVS CAESONIVS NICOMACHVS ANICIVS FAVSTVS PAVLINVS, consul I suffectus anno incerto, II ordinarius cum Virio Gallo a 298 III p. 2005 dipl. mil. Diehl IL Chr 3888. 2762 adnot., P. Cornell. 19. P. Oxy. 12, 1469; 14, 1643. 1704. 1705; fasti; praefectus urbi a. 299 chronogr. a. 354 p. 66 Mommsen; filius, ut iudicat Seeck RE 1, 2199, 23, Sex. Coccei Anicii Fausti Paulini (n. 600). Pater videtur fuisse Sex. Anicii Paulini consulis II a. 325 et M. Iunii Caesonii Nicomachi Anicii Fausti Paulini praetoris urbani a. 321 VI 315 = D. 3409, fortasse etiam Amnii Anicii Iuliani consulis a. 322 (cf. stemma Aniciorum, quod composuit Seeck RE 1, 2202). Gr.
- 602 ANICIVS MACEDONIANVS (Macido[nia]nus t.), consul suffectus anno incerto, nominatur in titulo suburbano Not. sc. 1923, 102; videtur vicisse post Diocletianum. Gr.
- 603 ANICIVS MAXIMVS, fortasse nepos P. Anicii Maximi (n. 604), proconsul Bithyniae sub Traiano ante a. c. 111 Plin. ad Tr. 112, 2; ab eo nomina traxit C. Matus Sabinius Sullinus Vatinianus Anicius Maximus Caesulenus Martialis Pisibanus Lepidus. Gr.
- 604 P. Anicius Maximus, P. f., Sergia, origine Antiochenus Pisidiae, ut ex tribu et loco statuae apparet. Praefectus Cn. Domiti Ahenobarbi (consulis

- a. 32 p. C.) in duumviratu Antiochiae vel potius fabrum, cf. *Groag RE* 5, 1332), primus pilus legionis XII fulminatae, praefectus castrorum legionis II Augustae in Britannia, praefectus exercitu, qui est in Aegypto, donatus ab imperatore (Gaio?) donis militaribus ob expeditionem, honoratus corona murali et hasta pura ob bellum Britannicum (a. 43) *III* 6809 = *D.* 2696, Antiochiae Pisidiae honoratus a civitate Alexandria ad Aegyptum. *Avus videtur eius, qui praecedit.* *St.*
- C. MATIVS (vel MATTIVS) SABINIVS SVLLINVS VATINIIVS ANICIVS MAXIMVS CAESVLENVS MARTIALIS PISIBANVS LEPIDVS.
- 605 Anicia Postuma, Sex. f., Etrili Afri uxor honorata a colonia Augusta Gemella (Tuccitana) *II* 1674. *St.*
- 606 Aninius Macer (traditur animus), orator Graecus, magister Marci imperatoris *vita Marci* 2, 4. *St.*
- T. M. ANN. (*Journ. Hell. Stud.* 6, 348).
- L. IVNIVS GALLIO AN(N)IANVS vel ANNAEANVS vel L. IVNIVS ANNAEVVS GALLIO.
- 607 M. (ANNAEVVS), L. Annaei Senecae filius, nepos Helviae *Sen. ad Helviam* 18, 4—6; *epigr. Anthol. lat.* 441 R. *St.*
- 608 Statius (praenomine) Annaeus, amicus et medicus Senecae *Tac. a.* 15, 64. *St.*
- 609 L. Annaeus Cornutus (praenomen solus servavit Charisius p. 127 K. = 162 B., ceterum Annaeus Cornutus sive Cornutus), Λεπτίτης *Suid.* s. Κορνοῦτος et *Steph. Byz.* s. Τέρρις, Θεσίτης *Steph. Byz.* s. Θέσις. Nero eum de studiis poeticis consuluit, sed liberius locutum in insulam relegavit *Dio exc.* 62, 29 ad a. 65 (cf. *Ioann. Antioch. jr.* 90, *Exc. de virt.* 1, p. 183 B.-W. et *Hieronym. chron.* p. 184 h H.; falso *Suid. l. l.* πρὸς αὐτοῦ [= Νέρωνος] ἀναπειθεὶς σὺν τῷ Μουσωνίῳ). Amicus et magister Persii *vita Pers., Suet. rel. Reiffersch.* p. 73; *Hieronym. l. l.*, qui legatis eum honoravit *vita Pers.* p. 74. Carmina Persii defuncti leviter retractavit et Caesio Basso petenti, ut ipsi cederet, tradidit edenda *ib.*; versum Persii mutavit veritus, ne Nero in se dictum putaret *schol. ad Pers.* 1, 120 sq. Persius scripsit ad eum satiram quintam (cf. *schol.* 5, 1. 22). Magister Lucani *vit. Pers.* p. 73. *Filius eius videtur* T. Annaeus Cornutus *Charis.* 201 K. = 261 B., cf. *Stroux Philol.* 86, 355 sqq.
- Fuit philosophus stoicus (cf. Persius, Hieronym., Diog. Laert. ind. l. 7., Suid. ll. ll.), scripsit libros philosophicos rhetoricos grammaticos (cf. Suid. l. l.), quos enumerare huius loci non est. Cf. R. Reppe De L. Annaeo Cornuto (diss. Lips. 1906), 4 sqq. v. Arnim RE 1, 2225, 5; Nock ib. Suppl. 5, 995 sqq. Teuffel 27 § 299, 2. Zeller Philos. d. Gr. 3, 14, 713. Christ-Schmid 26, 356 sq.*
- De (Caecilio?) Cornuto rerum scriptore aetatis Augusti, quem Suidas l. l. cum philosopho confundit, v. quae exposuit Cichorius Röm. Stud. 261 sqq. W.*

- 610 An[na]eus Fidus *Sen. nat. qu. 4 pr. 8.* St.
 — L. Annaeus Florus, v. P. Annii Florus.
 — L. IVNIVS ANNAEVS GALLIO v. L. IVNIVS GALLIO.
- 611 M. ANNAEVS LVCANVS. *Vitae eius extant duae ex Suetonio sumptae, altera mutila in Commentis Bernensibus ed. Usener p. 3—5 = Reiffersch. p. 50—52 (vita 1), in adnotationibus super Lucanum altera ed. Endt p. 1—3 = Reiffersch. p. 76 (vita 2). Praenomen exhibet vita 2 et Hieronym. chron. Ol. 210 p. 183 f H., ceterum Annaeus Lucanus vel Lucanus.*
 Filius M. Annaei Melae et Aciliae *vita 2. Hieronym. l. c. p. 185 b. Tac. a. 15, 56. 71; 16, 17. Cordubensis vitae. Hieronym. 183, cf. Stat. silv. 2, 7, 30. Mart. 1, 61, 7. Natus est d. 3 Nov. a. 39 vita 2, octavum mensem agens Romam translatus ib. Auditor Annaei Cornuti, admirator Persii vita Pers. p. 58 B.³. Prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit quinquennali certamine (a. 60) vitae, cf. Stat. silv. 2, 7, 58. Revocatus Athenis a Nerone cohorti amicorum additus vita 1 atque etiam quaestura honoratus ib.; gessit quaesturam vita 2, augur ib. Non tamen permansit in gratia imperatoris vitae. Tac. a. 15, 49. Dio-Xiph. 62, 29, 4. Coniurationis Pisonianae particeps vitae. Tac. 15, 49, qua detecta venas exsolvit vitae. Hieronym. 183 f. Tac. 15, 70, d. 30 Apr. a. 65 vita 2.*
 Uxor Argentaria Polla, quae diem eius natalem genethliaco a Statio *silv. 2, 7 (cf. praef. l. 2), epigrammatis a Martiale 7, 21—23 in memoriam defuncti celebrari voluit.*
 Scripsit praeter Pharsaliam Iliacon (libros) *vita 2, cf. Stat. silv. 2, 7, 54 sq., Saturnalia vita 2, Catachthonion ib. Stat. v. 57. Lactant. Plac. in Stat. Theb. 9, 424, Silvarum X, Medeam, Orphea vita 2. Stat. v. 59, laudes Neronis (vide supra), salticas fabulas XIV, epigrammata, prosa oratione in Octavium Sagittam et pro eo vita 2, de incendio urbis ib. Stat. v. 60 sq., epistolas ex Campania vita 2. In universum scripta eius laudant Quintil. 10, 1, 90. Tac. dial. 20, 8. Iuvenal. 7, 79. Serv. Aen. 1, 382. Fronto de orat. p. 157 sq. N. (= 2, 104 Haines); 'belli civilis ingens opus' Petron. 118, 6. Mart. 14, 194 nomine non posito. Epitaphium poetae incerti in eum Anth. lat. 668 R. Cf. Schanz 2, 2³, 99 sqq. Teuffel 2⁷ § 303. F. Marx RE 1, 2226—2236.* St.
- 612 M. ANNAEVS MAXIMVS AQVILA FVLVIANVS, clarissimus puer, patronus *honoratur t. Muzucensi VIII 12 065.* Gr.
- 613 M. (?) Annaeus Mela. *Sic vita Luc. quae fertur Vaccae p. 1 Endt, L. Annaeus Mela Hieronym. chron. Ol. 121 p. 185 b H. Annaeus Mela Tac. a. 16, 17, ceterum Mela.*
 Filius (natu minimus) Annaei Senecae (*vita Luc. l. c.*) rhetoris, qui ad filios scripsit *contr. 1—4. 7. 9. 10. Frater Novati (Gallionis) et Senecae ib. Tac. Hieronym. l. c. Polyaen. strat. 8, 62. Cordubensis vita Luc. l. c. Musam rhetorem interdum solebat audire Sen. contr. 10 pr. 9. Eques*

Romanus, inlustris inter suos *vita Luc.*; eques Romanus dignitate senatoria *Tac.*, petitione honorum abstinuit, cum acquirendae pecuniae brevius iter crederet per procuraciones, administrandis principis negotiis *Tac.*; animus eius a civilibus officiis abhorrens et ab omni ambitu aversus *Sen. controv. 2 pr. 3*; honores contempsit *Sen. dial. 12, 18, 2 (nomine non adiecto)*. Anno 66 quasi conscius coniurationis Pisonianae accusatus venas exsolvit *Tac.*, cf. *Dio-Xiph. 62, 25, 3*. Uxor Acilia *vita Luc.* (infestum matrimonium *vita altera Luc. p. 50 R.*), filius M. Annaeus Lucanus, cuius post necem rem familiarem accepit *Tac. Hieronym. l. c.* Epicharis amica *Polyaen. l. c.* St.

— ANNAEVS NOVATVS V. L. IVNIVS GALLIO.

- 614 T. ANNAEVS PLACIDVS *nominatur in numero amicorum M. Antonii Antii Lūpi occisi a Commodo VI 1343 = D. 1127. Idem fortasse Annaeus Placidus, qui Herculi donum dedit VI 271 = D. 3406 t. urbanus, qui si pertinet ad sacra Herculi a praetore urbano quotannis ad aram maximam facta, Annaeus officio praetoris urbani junctus esse putandus est.* Gr.
- 615 M. ANNAEVS SATVRNINVS CLODIANVS AELIANVS, vir clarissimus, triumvirum (*aut capitalium aut monetarium*), tribunus legionis III Italicae, quaestor urbanus, ab actis senatus, tribunus plebis candidatus, praetor candidatus, curator viae Latinae, legatus legionis XI Claudiae VI 1337 t. *sarcophagi mutilus. Tribunus legionis III Italicae non ante imperatorem Marcum.* Gr.
- 616 L. (?) Annaeus Seneca (*praenomen exhibent codd. quidam in subscriptionibus nonnullorum librorum eius, incertum confusione an recte*). Natus aliquot annis ante Ciceronis mortem *Sen. controv. 1 pr. 11. Cordubensis Mart. 1, 61, 7; equestris ordinis Tac. ann. 14, 53. Praeceptores eius et alii et Marullus (cf. controv. 1 praef. 22; 2, 2, 7; 7, 2, 11). Mortuus post mortem Tiberii (v. Teuffel 27, § 269, 3. 5), ante exilium filii (a. 41) Sen. ad Helv. 2, 4 sq. Helvia uxor; tres liberi Sen. ad Helv. 2, 4; Novato, Senecae, Melae filiis dedicavit libros controversiarum et suasoriarum praefationes ll. controv., quae supersunt. Eius antiquus rigor Sen. ad Helv. 17, 3.*
Scriptis historias ab initio bellorum civilium paene usque ad mortis suae diem, quod opus ipse non edidit Sen. de vita patris fragm., 3, 437 ed. Haase. Senex (cf. praef. controv. 1, 2; praef. 10, 1) scripsit libros controversiarum et suasoriarum. — Cf. Rossbach RE 1, 2237, 16. Teuffel 27 § 269. W.
- 617 L. ANNAEVS SENECA. *Tria nomina apud ipsum Sen. benef. 4, 8, 3. Dio 59, 19, 7. Hieronym. chron. Ol. 121 p. 184 e H.; vir. ill. 12. In consulatu L. Annaeus IV 3340 p. 341 sq. tab. cer. 46 v. 12 (L. . . . v. 21). L. Anneus IV 5514 (in amphora); in inscriptionibus parietariis IV 4418. Not. d. se. 1899, 233; ceterum Annaeus Seneca sive Seneca.*
Filius Annaei Senecae (qui praecedat, ubi vide) et Helviae Sen. ad Helv.,

frater Annaei Novati qui postea (L.) Iunius (Annaeus) Gallio et Annaei Melae *Sen. contr. praefationes libror. 1—4. 7. 9. 10. Tac. a. 15, 73; 16, 17. Dio-Xiph. 60, 35, 2. Polyæn. strat. 8, 62. Vaccae quae fertur vita Lucani p. 1 Endt. Hieronym. chron. l. c. 183 k. 185 b, Cordubensis ib. 184 e; vir. ill. 12. Martial. 1, 61, 7 sq. Sen. de matrimonio p. 434 Haase; equestri et provinciali loco ortus Tac. a. 14, 53. Natus est aliquot annis ante Asinium Pollionem mortuum (de tranquill. an. 17, 7), qui paene ad extremum Augusti principatum duravit (Tac. dial. 17, 10), a. 4 p. C. certe vixit (Sen. contr. 4 pr. 5); Seneca circa divi Augusti excessum prodigium vidit *nat. qu. 1, 1, 3. In primum Tiberii Caesaris principatum iuventae tempus incidit epist. 108, 22. A sorore matris Romam perlatus illius materno nutricio per longum tempus aeger convaluit ad Helv. 19, 2. Magistri Attalus epist. 108, 3. 13, Sotio ib. et 49, 2. Hieronym. chron. 171 b H.; vir. ill. l. c., Papirius Fabianus epist. 100, 12. Audivit Mam. Aemilium Scaurum Sen. contr. 10 pr. 2, Musam ib. 9, Iulium Bassum ib. 12. Sororem matris cum marito, praefecto Aegypti (C. Galerio puto), quem in ipsa navigatione amisit, Romam revertentem comitatus est (circa a. 31) Helv. 19, 4—7. Quaestor factus gratia eiusdem materterae ib. 19, 2, cf. 5, 4 ('honores'). Anno 39 paene interiit, quod causam aliquam imperatore Gaio praesente in senatu egregie egerat Dio 59, 19, 7. Anno 41 Claudio imperante insimulatus adulterii Iuliae Livillae in Corsicam relegatus est Dio 60, 8, 5; 61, 10, 1. schol. Iuvenal. 5, 109, cf. Tac. a. 13, 14. 42. Libro in insula scripto Messalinam et Claudi libertos (cf. Senecae ad Polybium de consolatione) adulatus est Dio 61, 10, 2 (cf. Birt N. Jahrb. 27, 1911, 596—601). Anno 49 (cf. Tac. a. 14, 53) Agrippina veniam exilii pro eo, simul praeturam impetravit Tac. a. 12, 8. schol. Iuvenal. l. c. (post triennium revocatus *perperam*). Iam senator praeceptor Neronis Suet. Nero 7, 1; 35, 5; 52. Tac. a. 12, 8; 13, 2; 14, 52. Dio exc. 60, 32, 3; 61, 3, 3. schol. Iuvenal. l. c. Hieronym. vir. ill. 12, Neroni inscripsit libros de clementia. Claudio mortuo scripsit Ἀποκολοκύντωσιν Dio 60, 35, 3. Seneca et Burrus rectores imperii et iuventae Neronis Tac. a. 13, 2—21; 14, 2. 7. 11. 14. Dio 61, 3. 4. 7. 20 (cf. 18, 3). Consul (suff.) cum Trebellio Maximo d. 25 m. Aug. Dig. 36, 1, 1, 1. Gai. inst. 2, 253 = inst. Iust. 2, 23, 4; d. 3 m. Sept. cum P. Palfurio IV 3340 p. 341 tab. 46; Neronis temporibus Dig. l. c. inst. Iust. l. c.; anno 56 (sive 55) ut videtur (*perperam Auson. gratiar. act. p. 361 P. dives Seneca, nec tamen consul*). P. Suillius (Rufus), qui non sine eius invidia (anno 58) exilio damnatus est, Senecam falsis criminibus insimulavit Tac. a. 13, 42. 43; inde ut videtur Senecam stuprum cum Agrippina commisisse *prodit* Dio 61, 10, 1; 12, 1, vel adeo a. 59 ad caedem matris Neronem incitasse. Quod facinus ut velaret orationem principis ad senatum scripsit Tac. a. 14, 11. Quintil. 8, 5, 18. Anno 62 potentia**

eius morte Burri infracta *Tac. a. 14, 52, 57*; ab aula se removit *ib. 52—56; 15, 45. Sen. de tranq. an. 4, 1; ep. 68*. Eodem anno Romanus secretis criminationibus incusavit eum ut C. Pisonis socium, sed ipse percussus est *Tac. a. 14, 65*. Anno 65 coniuratione Pisonis detecta ut socius a Nerone mori iussus ipse se interfecit *Tac. a. 15, 56. 60—65. 73. Dio 62, 25. Suet. Nero 35, 5. Polyaen. strat. 8, 62. Hieronym. p. 184e; vir. ill. 12*. Fama fuit destinatum fuisse, ut Senecae non ignoranti post occisum Neronem imperium traderetur *Tac. a. 15, 65, cf. Iuvenal. 8, 212*.

De divitiis eius ipse *de vita beata 17 (cf. nat. quaest. 3 pr. 2); ad Helv. 5, 4. Tac. a. 13, 42; 14, 52. 53. 54; 15, 64. Dio 61, 10, 3; 62, 2, 1, cf. Iuvenal. 5, 109; 10, 16. Martial. 12, 36, 8. Ager eius Nomentanus epist. 104, 1; 110, 1. Plin. n. h. 14, 51. Colum. 3, 3, 3, Albanus epist. 123, 1, praedia in Aegypto, οὐσία Σενεκίανή BGU 104. 172. 202 (cf. Preisigke Ber. L. p. 26). P. Bour. 42, cf. Sen. epist. 77, 3. Class. Philol. 1, 172, 6 = Preisigke SB 4417. P. Flor. 337. P. Chic. (Goodspeed) n. 5. 16. 18. 26. 35. 53. 62. 65. 71. P. Hamb. 3. P. Lips. 115 (cf. Preisigke Ber. L. 215). P. Ryl. 2, 99. 207. K. Thunell *Sitologenyapyri 1 verso II 20. V 11*. Iudicia de eius eloquentia imperatoris Gai *Suet. Cal. 53, 2. Quintiliani 10, 1, 125—131. Gellii 12, 2. Commemoratur praeterea Tac. a. 15, 23. Quintil. 8, 3, 31 (cf. Cichorius Röm. Stud. 426—429); 9, 2, 98. Plin. n. h. 29, 10; auctor Plinii ind. l. 6. 9 (cf. 6, 60; 9, 167). 36. Plin. epist. 5, 3, 5. Plut. de cohibenda ira 13 p. 461 F. Fronto p. 155 sq. 224 N. (= 2, 102. 6 Haines), cf. Hauler Wien. St. 39, 122 sq. Tertull. apol. 12. Lactant. inst. 5, 9, 19.**

De scriptis Senecae vide Teuffel 2⁷ § 287—290. Schanz 2, 2³, 51—73. 375—423. C. Marchesi *Seneca, 1920*.

Uxore priore socia ut videtur exilii eius (*Helv. 18, 6*) mortua (*eadem significatur epist. 50, 2, cf. de vita beata 17, 2; de viva loquitur Sen. de ira 3, 36, 3*) Pompeiam Paulinam duxit *epist. 104, 2. Tac. a. 15, 60, cf. Dio 61, 10, 3. Sen. de vita beata 17, 2, quae supervixit ei Tac. a. 15, 63. 64. Dio 62, 25. Filii (μειρακίους ἐξύποις ἔχαυε Dio 61, 10, 3) e priore uxore Marcus *Helv. 18, 4—6; epigr. Anthol. lat. 441 R. et alter, cuius nomen ignoratur, ereptus intra vicesimum diem, quam Seneca in exilium iit Helv. 2, 5. Amici Lucilius Iunior, ad quem scripsit libros complures, Aebutius Liberalis (supra n. 111), Novius Priscus Tac. a. 15, 71, Caesonius (Caesennius?) Maximus epist. 87, 2 (cf. 45, 3 sq.). Martial. 7, 44, 10, Galba, qui postea imperavit Plut. Galba 20. St.**

- 618 *Annaeus Serenus (nomen gentile Sen. epist. 63, 14. Plin. n. h. 22, 96. Tac. a. 13, 13. Martial. 8, 81, 11), simulatione amoris adversus Acten Neronis cupidines velavit Tac. l. c. Praefectus vigilum sub Nerone, in convivio fungi suilli veneno absumptus est Plin. l. l., natu multo minor Seneca, qui familiarem (Tac. l. l. Martial. 7, 45, 2) immatura morte sibi ereptum immodice flevit Sen. epist. 63, 14. 15, cf. de vita beata 17, 1. Ad*

- eum scripsit Seneca *dial.* 2 (de constantia sapientis), 8 (de otio, *ubi nomen eius excidit*), 9 (de tranquillitate animi). *St.*
- 619 (ANNAEA) NOVATILLA, filia Annaei Novati *Sen. ad Helv.* 18, 7. *St.*
- 620 L. ANNEIVS L. F. DOMITIVS PROCVLVS, clarissimus puer, pronepos Antoni Felicis (*probabiliter procuratoris provinciae Iudaeae temporibus Claudii et Neronis*) *V 34 t. Polensis*, quem ei posuit Antonia Clementiana avia. *Gr.*
- 621 ANNEIVS RA(V)VS, vir clarissimus, patronus ordinis sacerdotum domus Augustae Palatinae aetate Commodi *VI 2010*; *v. infra sub L. Annio Ravo.* *Gr.*
- 622 VS L. F. FABIA ANNIAN[VS] votum solvit kal. Iul. a. 242 pro salute Gordiani et Tranquillinae et domus eorum Mogontiaci *XIII 6763 = D. 1188 = Riese Rhein. Germ. in d. Inscr. 253. Titulus mutilus et honores insolitos exhibens certa ratione restitui non potest.*
- [X vir stli]tibus iudicandi[s, tribunus militum legionis et ge]min(ae)? *vel* [I] Min(erviae) Gordianarum, in [quo honore vi]c(es) leg(ati) sustinuit, quaestor pro [praetore] . . . tiam (*vel* . . . itam), c(urator)? c(ivibus? *vel* censibus?) civit(atium) admi(nistrandis) Li. . . an Haliq. (*num recte viri docti restituerint li[mitis Germ]an(iae) Haliq(uensium), dubium, cf. Iacobi Obergerm.-raet. Limes 2, 10, 16, 2) et Chalitano[r(um)?], [V]I vir turmae I eq(uitum) [Romanorum], ad[lectus inter tribu]n(icius?), praefectus frumenti dan[di pl]eb(i) Ro[m(anae)?], . . . n. et missus adv(ersus) h(ostes) p(ublicos) in re[gionem trans P]ad(um) tir(onibus) legend(is) et arm(is) fabr(icandis) in [urb(e) Me]diol(ano), iuridicus per Cal[a]briam [Lu]caniam et Bruttios, legatus legionis XXII primigeniae piaefidelis Gordianae. *Gr.**
- 623 Annianus, poeta (*de nomine cf. W. Schulze Zur Gesch. lat. Eigennamen p. 426*). Audivit Valerium Probum grammaticum *Gell.* 6, 7, 3, familiaris *Gellii id.* 20, 8, 2, *cf. 6, 7; 9, 10, 1*. Fundum in agro Falisco possidebat *id.* 20, 8, 1; *significatur poeta Faliscus Terent. Maur. GL 6, 379, 1816 cf. 385, 1998*. Scripsit *Fescenninos Auson. cento nupt. 146, 11 S., ludicra carmina pepigit Terent. Maur. l. c. 1817; genus metri, quod Annianus Faliscum carmen inseribit Mar. Victorin. GL 6, 122, 12. Fragmenta FPL p. 138 sq. Mor. Cf. v. Rohden RE 1, 2258, 1. Teuffel 3^e § 353, 4. W.*
- 624 Annianus, praefectus Aegypti a. 241 *P. Strassb. 41, 17 (cf. P. Lips. 32) = Mitteis Chrest. 93. Ad eundem (fortasse iam praefectum praetorio) videtur rescripsisse Gordianus d. 18 Martii 242 cod. Iust. 7, 55, 2. Haud ita certo idem Άννειαν[ός ό τής Αιγύπτου] διασημότατα ήγεμονε[ύων] P. Oxy. 17, 2104. St.*
- Annianus *Plin. ep. 2, 16, v. Annius Severus.*
- Q. ANNIVS ANNIANVS POSTVMIANVS.

- Q. CORNELIVS SENECIO ANNIANVS.
- L. IVNIVS GALLIO AN(N)IANVS *vel* ANNAEANVS *vel* L. IVNIVS ANNAEVS GALLIO.
- M. MINICIVS ANNIANVS.
- C. NERATIVS FVFIDIVS ANNIANVS.
- Annibalianus *vita Probi* 22, 3; *vide* AFRANIVS HANNIBALIANVS.
- 625 ANNIDIVS SEVERVS, consularis arcario suo titulum sepulcralem posuit VI 9146 = D. 7378; *idem* fortasse Adsidius (?) Severus, cui Traianus rescripsit *dig.* 48, 19, 5. Gr.
- 626 ANNIVS, III vir aere argento auro flando feriundo collegis (L. Aelio) Lamia et (P.) Silio imperante Augusto *nummi aenei* (Cohen I² p. 108 sq. n. 338—340, p. 141 n. 526—528. *Babelon Monn. rép. Rom. p. 142 sq. Grueber Rom. coins Br. Mus.* 2, 88, 4617—4620. *Mattingly Br. Mus.* 1, 40), quos *cusos esse annis 12 vel 11 a. C.* Willers *Gesch. d. röm. Kupferprägung p. 145 vix recte coniecit, v. supra sub L. Aelio Lamia (n. 200). Probabiliter idem atque C. Annius C. f. Pollio (n. 679).* Gr.
- 627 Annius (*in codd. deterior.* Annianus), ad quem scripsit Plinius *epist.* 2, 16. *Videtur idem esse Annius Severus, ubi vide.* St.
- 628 L. Annius, bello Iudaico a. 68 copiis praefectus Gerasa(m) evertit *Ios. bell.* 4, 487 sq. St.
- 629 M. ANNIVS, consul VIII 24 137, *vel M. Annius Verus ter consul vel unus ex Anniis Libonibus.* Gr.
- 630 M. ANNIVS AFRINVS. *Tituli: ipse posuit imperatori Claudio legatus (Galatiae) Isaurenses III 288 emend. 6799 (1), honoratus est publice ab Atheniensibus IG 3, 1, 618 (2), memoratur in fragmento tituli Pannonici III 4109 (3) et in inscriptione parietaria Pompeiana IV 1544 (4). — Nummi: I Iconii a) cum inscriptione in parte adversa Κλαύδιος Κάϊσαρ Σεβαστός, in aversa α) Σεβαστή ἐπ(ι) Ἀφρείνου Κλαυδεικονιέων Babelon Coll. Wadd. n. 4763 (= Rev. num. 1898, 199), β) [Κλ]αυδει[κονιέων] [ἐπ]ι Ἀφρείνου Imhoof-Blumer *Kleinas. Münzen* 2, 417, 4 cf. *Babelon l. l.* 4762; b) in parte adversa Ἄννιος Ἀφρείνος cum capite hominis, in aversa Κλαυδικονίων (sic) Imhoof-Blumer *l. l.* 416, 3 (Ἄννιος. Babelon *Rev. num.* 1887, 110. *Br. Mus. Lycæonia pl.* 40, 4): in hoc nummo imaginem Annii Afrini repraesentari statuerunt Babelon, Imhoof-Blumer, *Ramsay Journ. Rom. stud.* 12, 158 sq. II Pessinuntis in parte adversa exhibentes plus minus integra Κλαύδιος Κάϊσαρ Σεβαστός, in aversa α) Πεσσινουντίων ἐπὶ Ἀφ[ρί]νου *Br. Mus. Galatia p.* 18 n. 3, β) Πεσσινουντ. ἐπὶ Μ. Ἀ[φ]ρίν(ου) *nummus male descriptus apud Mionnetum ex Sestinio* 4, 391, 106 *emendatus Babelon Rev. num.* 1887, 115, γ) Μητρὸς Πεσσινουντίων ἐπὶ Ἀφρείνου *Ann. d. inst. arch.* 1847, 281, δ) Μητρὸς Πεσσινουντίων ἐπὶ Ἀφρίνου Imhoof-Blumer *Monn. grecques* 1883 p. 415*

n. 172 cf. *Babelon l. l. p. 114. III Communis Galatiae ut videtur, in aversa ἐπι Ἀφρίνου Babelon Coll. Wadd. n. 6592 (= Rev. num. 1898, 566).*

Μάρκος Ἄννιος Ἀφρείνος t. 2. M. Annius Africanus traditur t. 1. M. Annius Afr. . . . t. 3. Afrinus t. 4 (cf. III 6799 adn.). M. Afrinus nummus II β, Annius Afrinus n. I b, Afrinus nummi reliqui.

Legatus Claudii (pro praetore provinciae Galatiae) t. 1, nummi, post a. 49 vel eo ipso anno, cum nummus I a α in parte aversa caput exhibeat Agrippinae. Consul t. 2 (suffectus) cum Africano pr. nonas Iulias a. inc. Claudii vel Neronis t. 4. Legatus ut videtur (consularis) provinciae Pannoniae sub Vespasiano t. 3, primis Vespasiani annis (c. 71/73), ut coniecit Ritterling Arch. epigr. Mitth. 20, 10 sq. Gr.

— M. NUMMIUS CEIONIVS ANNIVS ALBINVS.

631 Q. ANNIVS ANNIVS POSTVMIVS, M. f., tribu Palatina, quaestor urbanus, praetor, proconsul provinciae Siciliae, praefectus aerari militaris VI 1338. Gr.

632 ANNIVS ANVLLINVS, probabiliter ex posteris C. Annii Anullini Gemini Percenniani, consul a. 295 cum Nummio Tusco fasti. Nominatur in laterculo virorum ordinis senatorii aetatis fere Diocletiani vel, ut probare studui RE 14, 2455, Maxentii, qui ad opus quoddam faciendum contulerunt VI 37 118. Idem videtur Annius Anullinus, proconsul Africae a. 303—305 (Opt. Milev. 3, 8. Acta Felicis Ruinart 390 sq.; cf. Pallu de Lessert Fast. Afr. 2, 12 sq.) neque diversus praefectus urbi a. 306/307 et a. 312 (chronogr. a. 354 p. 66 sq. Mommsen). Ad eandem stirpem pertinere videtur Anullinus senator, cuius libertus Diocletianus dicitur Eutr. 9, 19, 2. Epit. de Caes. 39, 1. Zon. 12, 31 p. 159 Dind. Gr.

633 C. ANNIVS ANVLLINVS GEMINVS PERCENNIVS. Tituli Africae proconsularis, in quibus nomen gentilicium quamvis evanidum ab editoribus recte suppletur: pro salute eius positus est VIII 27953 = Gsell Inscr. d'Alg. 3636 (1); actor eius dedicavit t. VIII 27943 melius Gsell 3625 (2). Nominatur in actis fratrum Arvalium a. 231 VI 2108 (3), a. 239 VI 37165 (4), a. incerti Hermes 52, 324. 331 = VI 39443 (5).

C. [Annius A]nullinus Geminus Percenianus t. 1, Ann[ius An]u[ll]inus Percennianus t. 2; C. Annius Percennianus t. 3. 4. 5. — Clarissimus vir t. 1. 2. Frater Arvalis adfuit in collegio a. 231 t. 3, a. 239 t. 4, a. incerto (240 ut voluit Wissowa Herm. l. l.) t. 5. Dominus praediorum in Africa proconsulari non longe a Theveste sitorum t. 1 cf. 2. Avus puto eius qui praecedit. Gr.

634 .. ANNIVS ARMENIVS DONATVS (Ann. ép. 1901, 195, .. Annius Arminius Donatus VIII 17899), clarissimus puer, C. Anni Flaviani procuratoris patrimonii tractus Karthaginensis filius, [Anni?] Armini Donati flaminis perpetui nepos, honoratur titulis Thamugadensibus positus a concilio provinciae Africae VIII 17 899 et a C. Vibio Marino Pi. . . viro clarissimo,

amico et municipe patris eius *Ann. ép.* 1901, 195. *Origine videtur Thamusgadensis.* Gr.

635 L. ANNIVS ARRIANVS, consul a. 243 cum C. Cervonio Papo *dipl. mil. III p.* 895 = XIII 1791. L. Ann. . . . VI 32634, *ceterum* Arrianus *fasti* (*perperam* Αὐρηλιανός *chron. Pasch. Chron. min.* 1, 227. *Aprianus vita Gord.* 29, 1). Gr.

636 APPIVS ANNIVS ATILIVS BRADVA, consul a. 160. *In consulatu:* Appius Annius Atilius Bradua VI 2896 = D. 2109. XIII 1751 = D. 4131: Appius Annius Bradua VI 162, *ceterum* Bradua *fasti*. — Βραδούας *Philostr.* — *Appio nomine praenomine loco usus esse videtur maiores paternos secutus; in nomenclatura avi eius materni M. Appii (Atilii) Braduae (v. infra sub Atiliis) sane gentilicium fuisse potest.*

Filius Appii Annii Galli (*consulis aetate Antonini Pii*) et Atiliae M. Appii (*Atilii*) Braduae filiae, frater Appiae Anniae Regillae Atiliae Caucidae Tertullae, Ti. Claudii Herodis Attici uxoris (*v. sub Annia Regilla n.* 720). Nobilitate insignis *Philostr. v. soph.* 2, 1, 8, *patricius ib.* Consul cum T. Clodio Vibio Varo a. 160 *v. supra*. Consularis (εὐδοκιμώτατος ὢν ἐν ὑπάτοις *minus proprie*) Herodem Atticum in senatu accusavit quod uxorem verberibus occidi iussisset *Philostr. l. l. regnante etiamtum Pio ut videtur (v. infra sub Annia Regilla)*. De beneficiis in urbem aliquam Italiae (*fortasse Perusiam, ubi Annii possessiones habuisse videntur, cf. XI 1940. 1953. 2030—2032 et infra sub Anniiis Largis*) conlatis gloriatus est *Philostr. l. l.* — *Ad hunc vel ad avum eius maternum pertinet tegula urbana inscripta Appi Braduae sine temporis nota XV 826.* Gr.

637 L. ANNIVS BASSVS dedicavit *titulum* Cyprium CIG 2632 = IGR 3, 971 (1); *consulatus eius indicatur VI 200 = 30 712 = D. 6049 (2).*

L. Annius Bassus *t. 1. 2.* Annius Bassus *apud scriptores.* — Proconsul Cypri anno XII Claudii (*a. p. C.* 52) *vel potius* Neronis (*a. p. C.* 66), *cuius praenomen in t. probabiliter restituitur (cf. Ritterling RE 12, 1701) t. 1. Incertum num idem* L. Annius, dux Vespasiani bello Iudaico a. 68 *Ios. bell.* 4, 488. Legatus legionis XI Claudiae bello civili interfuit a. 69 *Tac. h.* 3, 50. Consul (suffectus) cum C. Caecina Paeto d. 17 m. Nov. *t. 2 a. 70, ut magna cum probabilitate proposuit Borghesi opp.* 4, 351. Gravissimus civis *Plin. ep.* 7, 31, 5. Amicus Claudii Pollionis, qui librum de vita eius edidit *Plin. l. l.* Gr.

— AP. ANNIVS BRADVA *v. n.* 636.

638 .. [AN]NIVS CAMARS *titulum (sepulcralem ut videtur) ipse posuit sibi et T. Annio [Camarti? filio?]* XII 670 *Arelatensem, hodie mutilum. Patris nomen perit, tribu Teretina, origine sine dubio Arelatensis.* X vir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis, *sevir equitum Romanorum turmae . . . , [quaestor], [tribunus p]lebis (a. 83, modo idem sit atque A. Anniius Camars VI 449), praetor, proconsul [provinciae], [legatus*

- pr.] pr. provinciae Africae (*legatus proconsulis puto, non Augusti, ut opinatur Pallu de Lessert Fast. Afr. 1, 331 sq.*) Gr.
- 639 A. ANNIVS CAMARS, tribunus plebis a. 83 VI 449 = D. 3617; videtur idem atque [An]nius Camars Arelatensis. Gr.
- 640 T. ANNIVS [CAMARS?], filius ut videtur Anni Camartis, sub quo vide. Gr.
- 641 Annius Cornicula, laudator Gallieni *vita Gallieni 17, 2.* St.
- 642 Annius Diogenes, vir perfectissimus (ὁ διασημότατος), procurator in Aegypto saec. III ex. vel IV in., BGU 2, 620 (= Wilcken Chrest. 186). *Class. Philol. 1, 174, 10* (= Preisigke SB 4421). St.
- 643 L. ANNIVS FABIANVS, III vir capitalis, tribunus legionis II Augustae, quaestor urbanus, tribunus plebis, praetor, curator viae Latinae, legatus legionis X Fretensis, legatus Augusti pr. pr. provinciae Daciae (*ante imperatorem Marcum, utpote legatus praetorius*) publice honoratur III 1455 = 7972 t. Sarmizegetusensi. *Avus videtur eius qui sequitur.* Gr.
- 644 L. ANNIVS FABIANVS, consul a. 201 cum M. Nonio Arrio Muciano. *In consulatu: L. Annius Fabianus VI 1603* (= D. 1346). 2129. XIV 4560, 1 b (*ex restitutione VI 1982. 1983*), Annius Fabianus XV 7363, ceterum Fabianus *fasti* (Favianus D. 9086). — *Idem* [L. An]nius Fabianus, salius Palatinus factus a. 189 VI 1980, modo nomina recte restituta sint. Gr.
- 645 Annius Faustus, equestris ordinis, qui temporibus Neronis delationes factitaverat, a Vibio Crispo, cuius fratrem (Secundum Tac. a. 14, 28) accusaverat, ad cognitionem senatus vocatus et damnatus est a. 69 Tac. h. 2, 10. *Ad eundem Cichorius Röm. Stud. 405 fragmentum Tiburtinum Not. d. scav. 1914, 102 non sine aliqua probabilitate rettulit quod ...ius M. f. Faustus trib. mil. eodem loco eodemque fere tempore posuit quo L. Cornelius Pusio Annius Messalla honoratus est.* St.
- 646 Annius Fetialis (*sic Plin. n. h. 34, 29; ind. l. 16. 33, ceterum Fetialis*), auctor Plinii n. h. ind. l. 16. 33. 36; citatur 34, 29. *Idem potest esse L. Annius Fetialis in tegula urbana XV 796.* St.
- 647 C. Annius Flavianus. *Tituli Thamugadenses VIII 17899 (1), 17900 = D. 1436 (2).* Equo publico t. 1, praefectus cohortis IIII Raetorum, tribunus legionis III Italicae donatus bello Germanico secundo (*intra annos 178 et 180*), praefectus alae I Flaviae Sebastenorum, subpraefectus classis praetoriae Misensis, procurator Alpium Atrectinarum t. 2, procurator tractus Karthaginiensis t. 1. 2. Pater C. Annii Arminii Donati t. 1. St.
- 648 M. ANNIVS FLAVIVS LIBO, consul a. 204 cum L. Fabio Cilone II. *In consulatu: M. Ann. Lib(o) de Rossi Inscr. christ. 1 p. 8 n. 4. Ἀν[νίου Λίβωνος] Jahresh. 25, 1929 Bbl. 49 = SEG 4, 544; [Ann]jo [Libo]ne III 14203⁸. [A]ννίω Λίβωνι III 14203⁹ = IG 12, 5, 132. Flavius Libo VI 2003, ceterum Libo (Zos. 2, 4, 3; 7, 2) fasti. — Idem est M. Annius Flavius Libo, salius Palatinus factus a. 178 VI 1979, M. Annii Libonis patruelis imperatoris Marci (n. 668) nepos, non filius, nam salios patrimos et matrimos*

esse oportebat, cum Libonem illum iam ante a. 169 vita decessisse constet. Gr.

649 M. ANNIVS FLORIANVS = IMP. CAES. M. ANNIVS FLORIANVS AVG. *Tituli Italicensis II 1115 = D. 593 (1), Arupii in Dalmatia rep. III 15086 (2), miliarii Germaniae inferioris XIII 9155 (3), Galliae XIII 8895 (4), Dalmatiae III 10061, cf. p. 2328, 18 (5) et 14019 (6), Britanniae VII 1156 (7) et The Year's Work 1916, 80 (8). Nummi Cohen 6², 240—252. Webb ap. Mattingly-Sydenham 5, 1, 350—360. Nomina plena exhibent tituli nummiquae, Florianus scriptores.*

Frater imperatoris M. Claudii Taciti *praeter hist. aug. (vita Tac. 13, 6; 14, 4; Prob. 9, 6, cf. 10, 8; 11, 3; 13, 3; Tac. 15, 1) Vict. Caes. 36, 2, germanus v. Tac. 14, 1 manifesto errore; diversis patribus nati ib. 17, 4, quocum nomina melius congruunt. Dubitare possis, fuerintne ulla parentela coniuncti. Praefectus praetorio Taciti in Asia cum Gothis pugnavit Zos. 1, 63, 1. Zonar. 12, 28. Post mortem Taciti imperator factus est a militibus vita Probi 13, 4, Romae Zos. 1, 64, 1. Zonar. 12, 29; a senatu Zonar. l. c. (utrumque errore); suo motu, non senatus auctoritate imperium arripuit quasi hereditarium (cf. supra) vita Tac. 14, 1; Prob. 10, 1. 8; 11, 3. Vict. Caes. 36, 2. Eodem tempore M. Aurelius Probus ab exercitu Orientis Augustus electus est (vita Prob. 10, 1); is Syrias et Aegyptum occupabat, dum Florianus Italiam cum provinciis Europae et Africae et Asiae usque ad Ciliciam tenebat Zos. Zonar., id quod probatur quodammodo et titulis et eo, quod neque in nummis Alexandrinis neque in papyris nominatur. Consul dictus est in solo t. 1, sed cf. v. Tac. 9, 6. Dum bellum civile contra Probum parat, Tarsi a suis militibus occisus est vita Tac. 14, 2; Prob. 10, 8; 13, 4. Zos. 1, 64, 1—4. Zonar. l. c. Malal. 12, 301. Chronogr. a. 354 p. 148 M. Vict. Caes. 37, 1. Epit. de Caes. 36, 2, ubi falso incisus a semet ipso venis effuso sanguine consumptus est. Euseb. Hieronym. chron. Ol. 264, p. 223 e H.; Syncell. 722, cf. Ioann. Antioch. exc. de ins. 68, p. 112 de Boor. Regnavit aestate anni 276 (Zos. 1, 64, 2) dies 88 Hieronym. Syncell. Chronogr. a. 354. Cassiodor. chron. (Mommsen Chron. min. 2, 148, cf. ib. 464. 500; 1, 443. 642; 3, 293. 414. 417); dies 82 Euseb. chron. arm.; menses duos et dies 20 Eutrop. 9, 16 (cf. Oros. 7, 24, 1. Ioann. Antioch.); dies 60 epit. Malal.; vix duos menses vita Tac. 14, 2. 5. Vict. Caes. 37, 1. Eius liberi multi extiterunt vita Tac. 16, 4, statua Interamnae ib. 15, 1; haec plane ficta videntur. St.*

650 P. Annius Florus poeta ac rhetor scripsit dialogum *de quaestione* Virgilius orator an poeta, cuius praefatio exstat. Florus ex Africa oriundus Romae puer in ludis Capitolinis a Domitiano (a. 86/96) corona privatus erat; unde Roma relicta post multos errores tandem Tarracone (cf. Hübner Herm. 1, 97) consedit. Triumphum Dacicum Traiani versibus celebravit Florus l. l.

Idem sine dubio est Florus poeta, quocum Hadrianus per versus iocatus est vita Hadr. 16; Annii Florus ad divum Hadrianum citatur Charis. p. 66. 177 B. = 53. 140 K., Florus ad divum Hadrianum ib. 157 B. 123 K. Floro poetae tribuuntur carmina Anth. Lat. 87. 245—252.

Auctor libelli historici qui inscribitur epitoma de T. Livio etc. nominatur Iulius Florus in cod. Bamberg., ceterum fere L. Anneus sive Annaeus Florus. Scripsit certe non ante Traianum, cf. praef. 8. Videtur idem esse atque poeta; utrum P. Annii an L. Annaeus nominandus, haud satis constat.

Omnino cf. Marx RE 1, 2266, 47; Rossbach ib. 6, 2761, 9. Teuffel 3^e § 348. Hirschfeld Kl. Schr. p. 867 sqq. W.

651 C. ANNIVS FVNDANVS, clarissimus puer VI 37060 (= 11724) t. sepulchralis, quem posuit Annia Maleca (?) Avita soror. Annia Fundana VI 38253 fortasse ex eadem familia. Gr.

652 Annii Fuscus, filius curatoris Aquini, maritus Lampridiae, pater Pescennii Nigri, qui imperium sumpsit v. Nigri 1, 3, quae omnia fide omnino carent. St.

653 APPIVS ANNIVS GALLVS (nomina plena VI 10055, ceterum Annii Gallus sive Gallus), consul (suffectus) cum L. Verulano Severo d. 23 m. Aug. VI 10055 cf. 33938 = D. 5284 anni incerti post a. 62, quo collega eius adhuc legioni praeerat (Tac. a. 15, 3), ante a. 69 (excluditur annus 65, quo C. Pomponius et C. Anicius Cerialis fasces gesserunt mense Augusto). Dux Othonis contra Vitellianos a. 69 Tac. h. 1, 87. 2, 11. 23. 33. 44. Plut. Otho 5. 7. 8. 13; initio anni 70 a Muciano dux contra Germanos electus Tac. h. 4, 68; legatus Germaniae superioris a. 70 ib. 5, 19. Maturitas Galli praedicatur ib. 1, 87; egregius dux ib. 4, 68. Plut. Otho 5.

Fortasse ex posteris M. Annii Appii Iguvinatis, fortissimi viri, quem C. Marius civitate donavit Cic. p. Corn. Balb. 20, 46. Pater ut videtur Appii Annii Trebonii Galli consulis a. 108 (n. 692). Gr.

— APPIVS ANNIVS GALLVS, consul a. 108, v. n. 692.

654 APPIVS ANNIVS GALLVS, probabiliter filius Appii Annii Trebonii Galli consulis a. 108 (n. 692), honoratur ab Eleis in exedra Herodis Attici Olympica Inscr. v. Olympia 619 (1), nominatur in senatus consulto de Cyzicenis III 7060 (cf. 12244) = D. 7190 (2), in titulis Appiae Anniae Regillae filiae Eleusinio Ditt. Syll.³ 857 (3), Delphico ib. 859 D. (4), in t. Attico neptis IG 3, 1333 b emendato a Dittenberger index schol. Halensis 1892 p. XV et a Foucart Rev. phil. 1901, 91 (5).

Ἄππιος Ἄννιος Γάλλος t. 1. Appius Gallus t. 2. Ἄππιος t. 3. 4. 5.

Quaestor, praetor t. 1, omisit tribunatum (vel aedilitatem) utpote patricius. Consul designatus sententiam dixit in senatu t. 2 s. c. de Cyzicenis factum sub Antonino Pio; ὑπατος t. 1. 3. 4. 5 (ubi ὑπάτου restituendum) per initia principatus Pii, ut recte statuit Dittenberger index schol. p. VIII. Pontifex t. 1. 3. Eundem esse Gallum consulem (suffectum) cum Marcello

sub Antonino Pio teste dipl. mil. III p. 883 cf. 1988 sine idonea causa coniecerunt viri docti.

Pater Appiae Anniae Regillae Atiliae Caucidiae Tertullae, uxoris Ti. Claudii Attici Herodis, t. 1. 3—5 et Appii Annii Atilii Braduae consulis a. 160 (v. n. 636). Cum avus maternus Regillae fuerit M. Appius (Atilius) Bradua (v. infra sub Annia Regilla n. 720), Gallus hic Braduae filiam in matrimonium duxerit necesse est. Gr.

655 ANNIVS HONORATVS, L. Annii Italici Honorati et Gavidiae Torquatae filius memoratur in titulis patris III 1071. 1072. Gr.

656 Annius Honoratus, praefectus alae t. Soadae publice ei positus Wadd. 2316 = IGR 3, 1280. Pater esse potest L. Anni Italici Honorati. St.

657 ANNIVS ITALICVS, L. Annii Italici Honorati et Gavidiae Torquatae filius III 1071. 1072, fortasse idem atque is qui sequitur. Gr.

658 L. ANNIVS ITALICVS . . . ATVS, L. f., Quirina, honoratur t. urbano hodie mutilo VI 31685, qui cursum honorum exhibuit ordine inverso: clarissimus vir, [X] vir stlitibus iudicandis, [sevi]r turm(arum) [equestrium du]cendarum, quaestor k(andidatus), [praetor kandidatus], consul *suffectus* anno incerto, [XV vir sacris f]aciundis. Videtur filius natu maior L. Annii Italici Honorati et Gavidiae Torquatae, qui in titulis Apulensibus III 1071. 1072 nominatur Annius Italicus; cognomen alterum fortasse habuit Torquati, ex materno genere repetitum. Num [C]rispin., quod lectum est in fragmento t. urbani supra memorati, nomen fuerit Crispinae, uxoris sc. Italici, ambiguum est. Gr.

659 L. ANNIVS ITALICVS HONORATVS. Tituli: ipse posuit ex legatione legionis ad praefecturam aerarii militaris promotus t. Apulenses praeter dedicationem (Iovi o. m. Iunoni reginae Minervae t. 1, Victoriae Antonini Aug. t. 2) gemellos III 1071 (1). 1072 (2) intra annos 211/222; ei positus est in legatione Moesiaca Tomitanus III 6154 = D. 1174 (3); per eum a. 224 dedicatus est t. Moesiae inferioris III 6224 = 7591 = D. 2295 (4); nominatur in fistula plumbea XV 7387 (5).

L. Annius L. f. Quirina Italicus Honoratus t. 3. L. Annius Italicus Honoratus t. 1. 2. Annius I[t]alicus Honoratus t. 5. Annius Italicus t. 4.

Honorum ordinem inversum exhibet t. 3, in titulis 1, 2 tantummodo munera legati legionis praefectique aerarii militaris et sacerdotium enuntiantur. Clarissimus vir t. 5. IIII vir viarum curandarum, sevir turmarum equitum, quaestor provinciae Achaiae, tribunus plebis, praetor qui ius dixit inter civ(is) et civis et peregrinos, curator viae Lavicanae et Latinae veteris, iuridicus per Fl(aminiam) et Umbriam t. 3, legatus Aug. legionis XIII geminae Antoninianae ((Caracalla vel Elagabalo imperantibus), praefectus aerarii militaris t. 1. 2. 3, sodalis Hadrianalis t. 1. 2. 3, curator Neap(olitanorum) et Atell(anorum), curator operum publicorum (incertum utrum ante an post consulatum), consul t. 3 *suffectus* anno incerto aut Elagabali princi-

patu aut sub initium imperii Severi Alexandri; legatus Augusti pr. pr. provinciae Moesiae inferioris t. 3 a. 224 d. 20 m. Sept. t. 4.

Gavidia Torquata uxor, liberi Annii Italicus et Honoratus et Italica t. 1. 2; *natu maximus probabiliter L. Annii L. f. Quirina Italicus . . . atus, cui positus est t. VI 31 685. Incertum utrum hic an filius Italicus, qui L. Annio Italico Rutiliano filio posuit t. sepulcralem XI 5808 Iguvinum.*

Gr.

660 L. ANNIVS ITALICVS RVTILIANVS, clarissimus puer, Italici filius XI 5808 t. sepulcralis Iguvinus; cf. n. 659. Gr.

661 C. ANNIVS LAEVONICVS MATVRVS, clarissimus vir, nominatur in fistulis plumbeis XV 7388, ubi nomen plenum extat, 7424 a δ, ubi superest . . . vonici Maturi c. v. Gr.

662 L. ANNIVS LARGVS, consul (suffectus) a. 109 cum P. Calvisio Tullo (Rusone) VI 2016 = XIV 2242 fasti fer. Lat. Pater probabiliter L. Annii Largi consulis a. 147 (n. 663). Annii Largi oriundi videntur e Perusia, ubi T. Annii L. f. Larg[us] dis Penatibus ob rem militarem votum solvit XI 1920 = D. 3600. Gr.

663 L. ANNIVS LARGVS, filius ut videtur L. Annii Largi consulis a. 109, consul a. 147 cum C. Prastina Pacato Messallino. In consulatu: L. Annii Largus IX 4957. XIV 280. XV 960. Not. d. sc. 1926, 207. Proceed. of bibl. arch. 26, 1904, 195 = Bull. com. 1905, 120 tabula cerata; Annii Largus IX 1573, [L. An]nius Largus XIV 4744; ceterum Largus fasti. Aut hic aut pater eius L. An[nius] Lar[us] consul, qui nominatur in frustulo t. Clusini XI 7113. Pater videtur L. Annii Largi salii Palatini a. 170. Gr.

664 L. ANNIVS LARGVS, salius Palatinus exiit e collegio flamen factus a. 170 VI 1978 = D. 5024, fortasse filius L. Annii Largi consulis a. 147. Gr.

665 L. Annii Largus nescio quis titulum dedicavit Lorii XI 3730; idem videtur Annii Largus, cuius iter privatum memoratur in t. ibidem reperto XI 3743 = D. 6008. Gr.

666 C. ANNIVS C. F. LEPIDVS MARCELLVS, triumvir kapitalis; in honorem memoriae eius posuit ordo coloniae Cordubensium statuam equestrem; Quintia P. f. Galla mater honore accepto impensam [remisit] II 5522 t. Cordubensis. Gr.

667 M. ANNIVS LIBO, consul a. 128 cum L. Nonio Torquato Asprenate II. In consulatu: M. Annii Libo tabella professiones liberorum exhibens, Transact. Proceed. Amer. Assoc. 54, 189 = Ann. ép. 1926, 151 (ex restitutione Journ. Hell. Stud. 44, 158 = Ann. ép. l. l. 73). Annii Libo VI 10048 = D. 5287. [M. Annii Lib]o VI 10299. Libo VI 207 = 30715 (ubi [Torquato Asprenate] II et Libone cos. supplendum est). Libo fasti. — Annii Libo in tegulis urbanis XV 512. 513 (a. 134). 514; vita Marci 1, 3.

Patruus Marci imperatoris v. Marci l. l., filius ergo M. Annii Veri ter consulis (n. 695) et Rupiliae Faustinae. Consul v. Marci 1, 3 a. 128

- v. supra. In vivis eum fuisse a. 134 docent tegulae XV 513. Pater M. Annii Libonis qui sequitur et Anniae Fundaniae Faustinae. Gr.*
- 668 M. ANNIVS LIBO, M. f. Gal(eria), nominatur inter testes senatus consulti de Cyzicenis facti sub Antonino Pio III 7060 = D. 7190. *Filius sine dubio M. Annii Libonis consulis a. 128; idem videtur Libo patruelis imperatoris Marci ab eo temporibus belli Parthici legatus in Syriam missus, qui ibi periit subito morbo notis prope veneni existentibus (c. a. 163) vita Veri 9, 2. Libonem legatum Aug. pr. pr. Syriae fuisse putaverim; quod si recte ponitur antea consul (suff. a. inc.) fuerit necesse est. Libonis uxorem invito Marco Verus dedit Agaelyto liberto ib. 9, 3. — Fortasse filius eius M. Annius Sabinus Libo, curator Lavinii. Nepos Libonis huius videtur M. Annius Flavius Libo consul a. 204. Gr.*
- M. ANNIVS LIBO, consul a. 204, *v. M. Annius Flavius Libo.*
- 669 L. [ANNIVS] LONGVS, tribu Tere[tina], clarissimus vir, Vibiae Se[renae?] maritus, L. Annii Tulli pater memoratur in t. sepulcrati filii XII 5804 *Arelatensi. Gr.*
- 670 APPIVS ANNIVS MARSVS nominatur in fistulis plumbeis urbanis XV 7389. *Idem commemoratur in t. Perusino XI 1940, quem posuit Anniae Marsi filiae Quartillae Gal(eonis) Tettieni Severi (uxori) App. Annii Priscus patronae. Tettienus Severus cum sine dubio non diversus sit a proconsule Asiae a. 118, Annius Marsus Flaviorum et Traiani temporibus floruerit necesse est. Potest idem esse Marsus, ad quem Archigenes medicus epistulam scripsit, qua ei consilium dedit, quomodo patri memoriam restitueret Galen. περὶ τῶν πεπονηθῶτων τόπων l. 3, 5 vol. 8, 150 K. — Huius vel unius ex Anniis Gallis libertus Ap. Annii Epithimetus nominatur in signaculo XI 6712, 39.*
- Videtur fuisse ex eadem stirpe qua Appii Annii Galli. Vide num huc pertineat discus Lepti Magna repertus, cui inscriptum est C. A. Marsi Africa ital. 4, 77. Gr.*
- 671 ANNIVS MAXIMVS, consul a. 207 cum Septimio Apro. *In consulatu: Ἀννίος Μάξιμος tituli Amorgini IG 12, 7, 240. 397 = IGR 4, 1017. 1003, ceterum Maximus fasti. Idem videtur L. Annius Maximus salius Palatinus factus a. 191 neque diversus L. Annius Maximus clarissimus vir in fistula urbana XV 7390 ('saec. III ineuntis' Dressel). L. Iunius Annius Maximus Paulinus, qui honoratur t. Hierocaesariensi IGR 4, 1308, aut idem fuit aut ex eadem familia. Gr.*
- 672 L. ANNIVS MAXIMVS, salius Palatinus factus a. 191 VI 1980, *fortasse non diversus a consule a. 207, qui praecedit. Gr.*
- 673 L. An[ni]us Maximus, Modesti filius, tribu Quirina, Rusuccuritanus, eques Romanus, pater L. Annii Modesti VIII 20 706. *St.*
- C. Iulius Annius Maximus Catapalianus.
- L. IVNIVS ANNIVS MAXIMVS PAVLINVS.

— L. CORNELIVS PVSIO ANNIVS MESSALLA.

674 L. Ann[iu]s Modest[us], filius L. Annii Maximi, nepos Modesti VIII 20706.
St.

— CL(AVDIVS) ANN(IVS?) N(AT)ALIANVS.

— C. ANNIVS PERCENNIANVS v. C. Annius Anullinus Geminus Percennianus.

675 Annius Phlegon, Augusti libertus, procurator (aquarum) sub Pio et Marco fistulae aquariae Ostienses XV 7743 (= XIV 1980). 7740 (= XIV 2008 a = D. 8686). XIV 5309, 19.
St.

676 Annius Plocamus, qui Claudii principatu maris Rubri vectigal a fisco redemerat *Plin. n. h. 6, 84. Idem esse potest Annius Plocamus nominatus in tegulis urbanis XV 798, idemque aut A. Annius Plocamus in fistula aquaria urbana XV 7391 aut P. Annius Plocamus cuius liberto positus est t. Puteolanus X 2389.*
St.

677 ANNIVS POLLIO, consul (suffectus) aetate Tiberii. Annius Pollio *Tac. a. 6, 9. Sen. de benef. 4, 31 (quo loco editores nonnulli sine iusta causa pro Annio substituerunt Asinio). Pleno nomine sine dubio nominatus est C. Annius Pollio.*

*Filius probabiliter C. Annii C. f. Cornelia Pollionis (n. 679). Hic videtur C. Annius Pollio, praetor designatus, curator (ludorum) (n. 680). Fasces videtur gessisse sub Tiberio ante a. 32 (v. infra). Quod adhuc viri docti collegerunt ex t. VI 14 221 III non. Sept. Blando et Pollione cos. Annum nostrum mense Sept. anni incerti consulatu functum esse una cum C. Rubellio Blando Tiberii Caesaris progenero, refellitur et fragmentis fastorum Antiatium (I² p. 72 = X 6639) Ostiensiumque nuper reperto (XIV 4533) et tessera D. 5161^b, ex quibus apparet Blandi huius collegam fuisse M. Vipstanum Gallum eosque consulatu functos esse a. p. C. 18 ex kalendis Augustis. — Anno 32 Annius Pollio, Appius Silanus Scauro Mamerco simul ac Sabino Calvisio maiestatis postulantur et Vinicianus Pollioni patri adiciebatur, clari genus et quidam summis honoribus, sed Tiberius Pollionis ac Viniciani Scaurique causam, ut ipse cum senatu nosceret, distulit *Tac. a. 6, 9 (de lectione v. sub L. Annio Viniciano).* — Pollioni Annio iacenti obscene dictum aliquid a Mamerco Scauro *Sen. de benef. 4, 31 (v. supra).**

Pollionis filius cum fuerit L. Annius Vinicianus (n. 701) et Vinicia quaedam in monumento familiae C. Annii Pollionis titulum (hodie mutilum) VI 7401 posuerit sibi [et] Annio V. . . . (marito vel filio), veri simile est uxorem vel matrem Pollionis nostri e gente Vinicia fuisse (cf. Borghesi 4, 477—488).
Gr.

678 ANNIVS POLLIO, filius ut videtur L. Annii Viniciani (n. 701), amicus Claudii Senecionis, a. 65 coniuratione Pisoniana detecta ut coniuratus defertur a Senecione *Tac. a. 15, 56; infamatus magis quam convictus in*

exilium actus est *ib.* 15, 71. 16, 30. Maritus Serviliae Bareae Sorani filiae *ib.* 16, 30. Gr.

- 679 C. ANNIVS POLLIO nominatur in titulis inventis in monumento libertorum et libertarum et familiae C. Anni C. f. Cor(nelia) Pollionis ad viam Appiam sito VI 7395 = D. 7852. VI 7396—7404; in titulo liberti cuiusdam VI 7398 = D. 7959 indicatur annus 1 p. C. — Idem videtur Annus (n. 626), triumvir monetalis, collega (L. Aelii) Lamiae (cos. ord. a. p. C. 3) et (P.) Sili (cos. suffecti eodem anno). Num hic intellegendus sit Pollio, consul (suffectus) IIII non. Sept. a. incerti cum (Rubellio) Blando (patre sc. progeneri Tiberii Caesaris) VI 14221, non liquet. — Pater videtur fuisse Anni Pollionis, qui a. 32 maiestatis postulatus est, fortasse etiam Anniae (C. f.) Atratini (uxoris) VI 11748. Gr.
- 680 C. ANNIVS POLLIO, pr(aetor) d(esignatus), cur(ator ludorum), nominatur in tessera plumbea, quae in parte aversa exhibet imaginem mulieris e domo Augusti, Liviae sc. vel Antoniae ut opinatur Rostowzew Syll. n. 513 cf. Klio Bhft. 3, 48; videtur idem atque Annus Pollio, qui a. 32 maiestatis accusatus est (n. 677). Gr.
- 681 Annus Postumus. Tituli ei positi Saldis VIII 20 684 (1) et mutilus Ostiis XIV 5352 (2). Annus Postumus t. 1; . . . us . . . tumus t. 2, C. fil. t. 2. proc. bibliothecarum t. 1 (Augusti a bybliotheis). 2, divi Traiani t. 2, procurator [pro] magistro vicesimae hereditatum, procurator Augusti annonae Ostis, procurator Augusti Pannoniae inferioris t. 1. 2. St.
- 682 Annus Proculus, procurator (aquarum), quo tempore Fulvius Plautianus fuit praefectus praetorio, fistula plumbea urbana Bull. com. 1902, 292 = D. 8689. Diversus ni fallor Annus Proculus, decurio coloniae Puteolanorum a. 187 X 1784 = D. 6334. St.
- 683 ANN[IVS PV]BLICIVS HONORATVS, c(larissimus) v(ir), in fistulis plumbeis originis incertae Lanciani syll. aquar. n. 506 Ann. . . . lici Honorati c. v., 507: . . . blici Honorat. . . ; fortasse parentela coniunctus cum L. Annio Italico Honorato. Gr.
- 684 L. ANNIVS RAVVS honoratur a sodalibus Herculaniis t. urbano VI 1339 = D. 1121 (1) (titulum mutilum ad hunc rettulit Borghesi 3, 20); memoratur in fastis saliorum VI 1978 = D. 5024 (2).
L. Annus Ravus t. 2. . . . L. f. Arn(ensis) Ravus t. 1. Triumvir monetalis aere argento auro flando feriundo, quaestor candidatus Commodi Aug. (cuius nomen in lapide erasum est), praetor, [consul] t. 1; salius Palatinus t. 1 exauguratus a. 170 t. 2, pontifex t. 1. Patronus sodalium Herculanorum, qui hoc nomen sumpsisse in honorem Commodi videntur t. 1. — Idem fortasse, ut coniecerunt Mowat Rev. arch. 1881, 375 et Vaglieri Diz. epigr. 2, 943, vus consul suffectus mense Maio a. 186 ut videtur cum L. Novio Rufo VI 2100 acta Arv. — Vix diversus

- Anneius Ravus, vir clarissimus, patronus ordinis sacerdotum domus Augustae Palatinae aetate Commodi VI 2010. Gr.
- C. CAERELLIVS VVFFIDIVS ANNIVS RAVVS POLLITTIANVS.
- [AN?]NIVS RV[FIN]VS (D. 5777) v. Rufinus.
- 685 **Annius Rufinus**, vir egregius, procurator et praefectus Alpium Maritimarum XII 78 t. *Ebrodunensis saec. III ex. Nomen imperatoris quod periit ad Diocletianum editor non ita certa coniectura rettulit.* St.
- 686 **Annius Rufus**, procurator Iudaeae eo tempore quo Augustus mortuus est (a. 14 p. C.), *Ios. ant.* 18, 32. 33. *Nescio an idem sit L. Annius Rufus nominatus in tit. basilicae Samariae Ztschr. d. Pal. Ver.* 36, 51. St.
- 687 L. Annius Rufus, L. fil., Oufentina, *tituli Canusini IX 339 (= D. 5500) (1). 340 (2), signo Athenasius, egregius vir t. 1. Patronus coloniae t. 1. 2. Idem ni fallor Rufus, avus Anniae Rufinae IX 330.* St.
- 688 M. ANNIVS SABINVS LIBO, clarissimus vir, curator Lavinii *memoratur in t. Lavino XIV 2070 = D. 6183, qui dedicatus est divo Antonino Aug. (i. e. Antonino Pio); fortasse filius M. Annii Libonis, fratris patruelis imperatoris Marci, pater M. Annii Flavii Libonis consulis a. 204.* Gr.
- 689 Annius Severus, ad quem scripsit Plinius *epist.* 3, 6 et 5, 1. *Idem opinor Annius 2, 16.* St.
- 690 ANNIVS SEVERVS, socer Gordiani (I) qui imperavit *vita Gord.* 6, 4; *nomen ex Annii Veri soceri Antonini Pii fictum putaverim.* Gr.
- 691 **M. Annius Suriacus**. *Tit. Syene rep. III 14 147, 4. Tabella cerata BGU 7, 1694. Papyri graecae ib. 198 (cf. 2 p. 354) (1) 762 (2). Grenf. 2, 56 = Wilcken Chrest. 226 (3). P. Lond. 2, 75, n. 328 (4). Oxy. 237, col. IX p. 151 (5). Fay. 33 (6). M. Annius Suriacus tit. M. Annius . . . tab. Annii Syriacus p. 1—5. Nomen desideratur p. 6. Praefectus Aegypti tit. tab. pap. 1—5, a. 162 tit. 162/3 p. 1. 3, 163 tab. p. 2. 4. 6. Ὁ κρᾶπιστος p. 3. 5, ὁ λαμπρότατος p. 1. 2. 4. 6.* St.
- 692 APPIVS ANNIVS TREBONIVS GALLVS, consul a. 108 cum M. Atilio Metilio Bradua. *In consulatu: Appius Annius Trebonius Gallus VI 680. Appius Annius Gallus VI 29 681. Appius Annius [Gallus] tabella professiones liberorum exhibens Ann. ép. 1927, 176 = BGU 7, 1691, ceterum Gallus fasti (in t. Olisiponensi II 179 = D. 4099 consulatum a. 108 indicari vix crediderim). Pontifex fuisse videtur, nam App. Annium Falernum, qui nominatur inter kalatores pontificum et flaminum a. 101/102 VI 32445. 31034, libertum eius fuisse putaverim. — Probabiliter filius vel nepos Appii Annii Galli consulis temporum Neronianorum (n. 653), pater Appii Annii Galli consulis initio imperii Pii (n. 654). Sex. Annius Gallus, qui nominatur in t. servi Perusino XI 1953 (cf. 2030), fortasse parentela coniunctus cum Appiis Gallis. Homines libertini, qui nominibus Appii Annii utuntur, vel ab hoc vel ab uno ex posteris eius manumissi videntur:*

- VI 11753. 11754. 34410. XII 3406 (*t. graecus Nemausensis*); *cf. supra sub Appio Annio Marso.* Gr.
- 693 L. ANNIVS TVLLVS, clarissimus puer, L. [Anni] Longi (tribu) Tere[tina] et Vibiae Se[renae?] filius obiit ann. I mens. . . . XII 5804 *t. Arelatensis.* Gr.
- 694 ANNIVS VERVS, proavus paternus Marci imperatoris, ex Succubitano municipio (*an Uccubitano? cf. Kubitschek Imp. Rom. trib. discr. p. 182*) ex Hispania factus senator, praetorius (obiit) *vita Marci 1, 4.* Pater M. Annii Veri consulis III a. 126. *Haec stirps Anniorum censa est in tribu Galeria, ut apparet ex nominibus M. Annii M. f. Gal. Libonis (n. 668) et [M. Annii?] M. f. Gal. Veri (n. 699).* Gr.
- 695 M. ANNIVS VERVS, consul I a. *inc.*, consul II a. 121, consul III a. 126. *Titulus eius fuisse videtur VI 1340 (1), ubi nomina eius probabiliter supplevit Henzen; memoratur in actis Arvalium a. 105 VI 2075 (2), in t. Beneventano IX 1617 = D. 2117 (3), in carmine VI 9797 = D. 5173 (4), in tegulis urbanis XV 245. 246 (a. 135); 453. 454 (a. 123); 455 (a. 134); 478. 479 (a. 123); 480—486; 799. 800. 805. 806 (a. 123); 807. 808. 809; 1874—1876.*
*In consulatu primo Annius Verus Dig. 48, 8, 6 (cf. infra), altero Annius Verus XV 344. 7359. M. Anni[us Verus] III 9759 cf. p. 2328¹⁵⁶, ubi nomen supplevit Dessau conlato t. III 12 283. [An]nius Verus in papyro BGU 7, 1689, ceterum Verus fasti (perperam Severus chron. Pasch. p. 223 Mommsen, fasti Vindob. ib. p. 285), tertio M. Annius Verus VI 970. Annius Verus VI 2082 = Eph. ep. 8, p. 330 n. 14, melius VI 32 376. 4228. 10 299 (ex restitutione). XV 109. 506. 554, ceterum Verus (Severus chron. Pasch. p. 224 Mommsen) fasti. — M. Annius V[er]us t. 2. Annius Verus t. 3. Verus t. 4. M. Annius Verus sive Annius Verus in tegulis. — Annius Verus *vita Pii 1, 6. vita Marci 1, 2. Dio exc. 69, 21, 1; Verus Marcus εἰς αὐτόν 1, 1.*
 Filius Annii Veri praetorii (n. 694) *v. Marci 1, 4;* adscitus in patricios a Vespasiano et Tito censoribus (a. 73/74) *ib. 1, 2. 3.* Consul I *suffectus a. incerto cum (L.) Neratio Prisco sub Domitiano vel Nerva Dig. 48, 8, 6 (consulatum tribuerunt a. 83 Borghesi 5, 356, a. 87 Dessau PIR¹ 2 N 46, a. 98 vel 97 Asbach Rhein. Jahrb. 72, 23, Ritterling Arch. epigr. Mitth. 20, 15, non satis certis usi argumentis); iidem consules fortasse memorantur in tabella plumbea, ubi exstat Vero Pri. . . cos. Borghesi 5, 351 = XV 8008.* Frater Arvalis adfuit in collegio a. 105 t. 2; *fortasse pontifex, nam M. Annius Fidus, qui nominatur inter kalatores pontificum et flaminum a. 101/102 (VI 32 445. 31 034), libertus eius fuisse videtur.* Consul II ordinarius a. 121 cum Cn. Arrio Augure *v. Marci 1, 5; v. supra.* Praefectus urbi t. 1. 3. *v. Marci 1, 2. Dio exc. 69, 21, 1 (Zon. 11, 24), ubi pro χιλιαρχήσαντος recte posuit Casaubonius πολιάρχήσαντος, probabiliter c. a. 121, cum ea**

aetate alter consulatus cum praefectura urbana iungi soleat (a. 125 iam M. Lollius Paullinus Valerius Asiaticus Saturninus, qui hoc anno fasces iterum obtinuit, praefecturam urbanam gessisse videtur cf. t. 3). Consul III ordinarius a. 126 cum C. Eggio Ambibulo v. *Pert.* 15, 6; consul ter[tium]m t. 1, ter consul t. 4. *Dio l. l.* (perperam iterum consul v. *Marci* 1, 2); v. *supra*. In vivis eum fuisse a. 135 docent tegulae (v. *supra*); interfuisse senatui, cum Antoninus gener ab Hadriano adoptaretur (a. 138), ponit narratiunculam v. *Pii* 4, 2.

Uxor Rupilia Faustina Rupilii Boni consularis filia v. *Marci* 1, 4. Liberi: (M.) Annius Verus (n. 696) v. *Marci* 1, 1, M. Annius Libo (consul a. 128) *ib.* 1, 3, Annia Galeria Faustina, quae nupsit T. Aurelio Fulvo Boionio Arrio Antonino, qui postea imperavit v. *Pii* 1, 6. v. *Marci* 1, 3. *Annios Veros necessitudine quadam coniunctos fuisse cum Galeria Fundana, Vitellii imperatoris uxore, e nominibus Anniae Galeriae Faustinae Augustae et Anniae Fundanae Faustinae fortasse licet concludere.* — Annio Vero filio mortuo M. Annum Verum nepotem, qui postea imperavit, adoptavit et in domo sua iuxta aedes Laterani educavit v. *Marci* 1, 7. 10 cf. *Marcus* εἰς ἐαυτὸν 1, 1. 17; 9, 21. — Concubinae avi mentionem facit *Marcus l. l.* 1, 17; idem avum laudat *l. l.* 1, 1. Tamquam pilicrepus celebratur ab Urso collusore in carmine, in quo patronus Ursi appellatur t. 4 cf. *Mommsen Kl. Schr.* 8, 189 sq. Dominus figlinarum Salarensium, Quintianarum, Germ(anicarum?) v. *supra*. Hic videtur M. Annius Verus, qui nominatur in t. servi VI 16 906.

Gr.

696 (M.) ANNIVS VERVS, filius M. Annii Veri ter consulis et praefecti urbis, in praetura decessit *vita Marci* 1, 1; in vivis fuit etiam a. 128/129, quo anno filius eius salius factus est *ib.* 4, 2. Uxor Domitia Lucilla (errore Calvilla v. *Marci* 1, 3), quae in tegulis interdum nominatur Domitia Lucilla Veri vel Lucilla Veri XV 131. 617—619. 1068. 1071. 1072. 1077. 1078. 1080—1082. 1085. 1086. 1089. 1090 (v. sub Domitia Lucilla minore). Liberi: M. Annius Verus qui postea imperavit, Annia Cornificia Faustina v. *Marci* 1, 1. 8. De moribus eius *Marcus* εἰς ἐαυτὸν 1, 2. 17.

Gr.

697 M. ANNIVS VERVS = IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS AVG. Filius (M.) Annii Veri et Domitiae Calvillae (immo Lucillae) v. *Marci* 1, cf. *Dio-Xiph.* 69, 21, 1 (adfinis Hadriani *ib.* 21, 2). Maiores vide in stemmate quod subieci. Natus est Romae in monte Caelio (cf. *Fronto ad M. Caes.* 2, 6 p. 31 N. = 1, 142, 2 *Haines*) d. 26 April. a. 121 *vita* 1, 5. *Fasti Philocali CIL I²* p. 255. 262 et *Polem. Silv.* *ib.* p. 263. III 14 219¹⁰ (= D. 5490). 14 120 (= D. 4052), cf. XII 5905. Principio aevi sui nomen habuit Catili Severi (*Galen.* 7, 478 Σεβήρος), materni proavi, post excessum vero patris ab Hadriano Annius Verissimus vocatus est, post virilem autem togam Annius Verus *vita* 1, 9. 10; 4, 1; *Diadum.* 6, 5; M. Annius Verus,

antea Catilius dictus, ab Hadriano per iocum Verissimus nominatus *Dio l. c. 21, 1. 2, cf. 70, 22* (M. Verus); *vita Pii 6, 10* (Annius Verus); Verissimus *Iustin. mart. apol. 1, 1, 1, cf. Euseb. h. e. 4, 12. 18, 2* (Verissimus filius imperatoris Marci *Herodian. 1, 2, 1 errore ut videtur*), Verissimus Caesar *Euseb.-Hieronym. chron. p. 203 b H.; arm. 221 K.; Syncell. 663; etiam in nummis (Eckhel 7, 69) Tyrae (Kgl. Mus. zu Berlin 1, 31) et Pitanae (Br. Mus. Mysia 173) cuspis Αὐρῆ. Καῖσαρ Βηρίσιμος vel Βηρίσιμος Καῖσαρ.*

Hadrianus eum sexennem equo publico exornavit, octavo aetatis anno in saliorum collegium rettulit *vita 4, 1. 2*. Patre mortuo ab avo paterno adoptatus et educatus est *vita 1, 10. 7, cf. εἰς ε. 1, 17; 9, 21*. Primis litterarum elementis imbutus est ab Euphorione litteratore et Gemino comoedo et Androne geometra ac musico, postea a grammaticis Graeco Alexandro Cotiaensi (*cf. εἰς ε. 1, 10. Aristid. or. 13, p. 138 sq. D.*), Latinis Trosio Apro et Pol(l)ione (*idem memoratur Fronto ad M. Caes. 2, 10, 34 N. = 1, 140 Haines*) et Eutychio Proculo Siccensi, oratoribus usus est Graecis Aninio Macro, Caninio Celere, Herode Attico (*Dio 71, 35, 1*), Latino Cornelio Frontone (*ab hoc saepe commemoratur. Dio l. c. εἰς ε. 1, 11. Eutr. 8, 12, 1. Hieronym. chron. p. 204 e H. XI 6334*) *vita 2, 2—4*. Audivit Hermogenen rhetorem *Philostr. v. soph. 2, 7. Dio exc. 71, 1, 2. Suid. s. Ἐρμογένης, philosophos Apollonium Chalcedonium εἰς ε. 1, 8. 17. Fronto ad M. Caes. 5, 36 p. 86 N. = 1, 234 Haines. vita 2, 7; 3, 1; vita Pii 10, 4. Lucian. Demon. 31. Dio 71, 35, 1. Eutrop. l. c. Euseb.-Hieronym.-Syncell. l. c., Sextum Chaeronensem Plutarchi nepotem vita 3, 2. εἰς ε. 1, 9. Eutrop. l. c. Dio 71, 1, 2. Philostr. v. soph. 2, 1, 9 (inde Suid. s. Μάρκος), Iunium Rusticum *vita 3, 2. 3. εἰς ε. 1, 7. 17. Dio l. c. Themist. or. 13, p. 212 D., Claudium Maximum vita 3, 2. εἰς ε. 1, 15. 17 (Maximum Tyrium errore Euseb.-Hieronym.-Syncell. l. c.), Cinnam Catulum stoicos vita 3, 2. εἰς ε. 1, 13, Claudium Severum peripateticum vita 3, 3. εἰς ε. 1, 14. (dubitat de hoc nomine Schenkl in editione p. XXVI 1; Wien. St. 1912, 92 sqq.; BphW 1916, 33 sq.), Alexandrum (εἰς ε. 1, 12) et Bacchium (*cf. Ditt. Syll.³ 868 b*) Platonicos, Tandasiden, Marcianum (εἰς ε. 1, 6), Basiliden Scythopolitanum *Euseb.-Hieronym.-Syncell. l. c.* Studuit et iuri audiens L. Volusium Maecianum (*vita 3, 6, cf. Fronto ad M. Caes. 4, 2, 3, p. 61 N. = 1, 76. 78 Haines*), qui ad eum dedit librum de distributione (*p. 409 Seckel et Kuebler*); pingendo operam dedit magistro Diogneto εἰς ε. 1, 6. *vita 4, 9, cf. 2, 6.***

Togam virilem sumpsit quinto decimo aetatis anno (135/6) statimque ei Lucii Ceionii Comodi (*qui a. 136 ab Hadriano adoptatus L. Aelius Caesar dictus est*) filia desponsata est ex Hadriani voluntate; nec multo post praefectus feriarum Latinarum fuit *vita 4, 5. 6*. Post obitum L. Caesaris (*kal. Ian. a. 138*) Hadrianus Antoninum Pium, amitae Marci

virum (*cf. stemma*) ea lege in adoptionem elegit (*d. 25 Febr. a. 138 vita Pii 4, 6*), ut Pius Marcum et L. Commodum, filium Aeli Caesaris, sibi adoptaret *vita 5, 1 (ubi errore L. Commodus a Marco adoptatus dicitur, item vita Ael. 5, 12, cf. Av. Cass. 1, 7. Malal. 11, 282 nominibus confusis; vita Hadr. 24, 1) vita Ael. 6, 9; 7, 2; Pii 4, 5; Veri 2, 2; Sev. 20, 1. Dio 69, 21, 1; 71, 1, 1; 35, 3. Inde Aurelius vocatus vita 5, 5, id quod titulis confirmatur (v. infra). Quaestor candidatus Hadriani ante tempus legitimum designatus vita 5, 1. Hadriano mortuo (d. 10 Iul. 138) nondum praetor gladiatorium munus edidit vita 6, 1. Post excessum Hadriani dissolutis sponsalibus cum filia L. Caesaris, item L. Veri cum filia Pii, hic suam filiam Anniam Galeriam Faustinam Marco despondit *vita 6, 2 (locus mutilus); vita Ael. 6, 9; Veri 2, 3; contra iam Hadrianum Pio Marcum generum delegisse narratur vita 16, 7.**

Quaestor fuit Pio iterum consulere (*ergo d. 5 Dec. 138—139*) *vita 5, 6. In quaestura ipsa petente senatu Pius eum consulem designavit vita 6, 3; vita Pii 6, 9; 10, 3 et Caesaris appellatione donavit et sevirum turmis equitum Romanorum creavit et in collegia sacerdotum censente senatu recepit vita 6, 3, frater Arvalis, magister collegii a. 145 VI 32 379 (VI 1012 = D. 360 inter nomina imperatoris more insolito et frater Arvalis dicitur).*

*Ab Antonino adoptatus et Caesar nuncupatus plene nominatur M. Aelius Aurelius Verus Caesar, Imperatoris Caesaris T. Aeli Hadriani Antonini Augusti Pii filius, tribu Papiria (haec in senatus consulto de Kyzi-cenis III 7060 = D. 7190), ceterum M. Aelius Aurelius Caesar (VI 32 379. IX 5354 = D. 353. VIII 800. IGR 3, 349. IG 14, 1056 = IGR 1, 123. Nummi Alindae cusi cet.) vel M. Aurelius Verus Caesar (X 7473. II 1169 = D. 355. Wadd. 494. IGR 1, 604, 610 cet. Nummi graeci permulti; haud raro sine praenomine) vel M. Aurelius Caesar (VI 1008—1010 = D. 356. 2012. XIV 2461. XV 720. III 860 = D. 4082. IG 7, 75. Fronto p. 30 N. = 1, 140 Haines. Nummi Alexandrini cet.); Aurelius Caesar (XV 715. 716. 719. Not. d. sc. 1906, 410. III 14214. Ath. Mitt. 1923, 97, 3. Fronto p. 20 N. = 1, 118 Haines. Nummi cet.); M. Aelius Caesar (Rev. ép. 1, 1913, 306. III 282 = IGR 3, 154); M. Caesar vel Marcus (Fronto passim, alii); Verus (Fronto p. 30 N = 1, 118 Haines cet.); Verus Caesar (V 6573. III 7474. Nummi urbium graecarum). Princeps iuventutis Dio 71, 35, 5. Consul I ordinarius cum Antonino III a. 140 fasti tituli nummi. Antoninus iterum etiam eum consulem designavit, cum ipse quartum inierit *vita 6, 4, consul II cum Antonino IIII a. 145 fasti tituli nummi. Post haec Anniam Galeriam Faustinam duxit uxorem (nuptiae celeberrimae vita Pii 10, 2), suscepta filia tribunicia potestate atque imperio extra urbem donatus est proconsulari addito iure quintae relationis vita 6, 6; die 10 Dec. a. 146 Marcum tribuniciam potestatem accepisse e titulis nummisque cognoscitur,**

quocum convenit, quod filium natum esse a. 147 ineunte ex epistola Marci ad Smyrnaeorum synodum quandam data (*Ditt. Syll.*³ 851 v. *infra*) apparet. Tribunicia potestate II 10. Dec. 147—148, III 10. Dec. 148—149 *cet.*, XXXIV 10. Dec. 179—17. Mart. 180. Iam a. 139 in Tiberianam domum transgredi iussus *vita* 6, 3; *vita Pii* 10, 4. *Dio* 71, 35, 4 per viginti et tres annos in domo patris moratus est nec praeter duas noctes diversis ab eo locis mansit *vita* 7, 2. Kal. Ian. a. 161 tertium consulatum iniit cum L. Commodo fratre adoptivo *fasti tituli nummi*.

Post mortem Pii die 7 m. Martii a. 161 imperium adeptus (*qui dies imperii memoratur in t. Gortynio Monum. ant.* 18, 335 = *IGR* 1, 1509; *idem dies efficitur ex Dione* 71, 33 collato *ib. c.* 34 et *Clem. Alex. strom.* 1, 21, 144) statim L. Aelium Aurelium Commodum fratrem consortem imperii aequo iure fecit *vita* 7, 5, 6; *vita Veri* 3, 8; *Ael.* 5, 12, 13. *Dio* 71, 1, 1. *Eutrop.* 8, 9. *Vict. Caes.* 16, 3. *Epit. de Caes.* 16, 5. *Hieronym. chron. Ol.* 256 p. 204 b H. *Amm. Marc.* 27, 6, 16. *Galen.* 19, 18 K. *Aristid. or.* 16 p. 392 sqq. D. Ipse nomen Antonini sumpsit et fratrem Verum appellavit *vita* 7, 6, 7; *vita Veri* 4, 1. *Galen. l. c.* Imp. Caes. M. Aurelius Antoninus Aug. *in titulis nummisque; interdum minus recte* Imp. Caes. M. Aelius Aurelius Antoninus Aug. (VI 1012 = D. 360) *vel* Imp. Caes. Ael. M. Aurelius Antoninus Pius Aug. (*Ann. ép.* 1890, 42) *vel* M. Aur. Verus Aug. (*Arch. Anz.* 1915, 241). Post mortem Veri (a. 169 ineunte) Marcus solus rem publicam tenuit, *cf. vita* 16, 3. *Eutrop.* 16, 1. Die 27 m. Nov. 176 Commodum imperatorem nuncupavit (*vita* 16, 1; *vita Comm.* 2, 4; 12, 4) *eodemque ut videtur tempore vel paulo post* consortem tribuniciae potestatis assumpsit. Imperator II a. 163, III a. 165, IV a. 166, V a. 167 (*in nummis* a. 168), VI a. 171 (*in titulis* a. 173), VII a. 174, VIII a. 175, IX a. 177, X a. 180. Patris patriae nomen delatum fratre absente in eiusdem praesentiam distulit *vita* 9, 3; 12, 7, *inde ab a.* 166 pater patriae appellatur. Armeniacus a. 164 (*neque tamen in dipl. a.* 166, *Carcopino Mél. P. Thomas* 88 sq.), Medicus, Parthicus maximus a. 166 (*quae nomina post mortem Veri a.* 169 *publice non usurpantur*), Germanicus a. 172, Sarmaticus a. 175 (*Dacicus IGR* 1, 449 *errore*).

Mortuus est die 17 m. Martii a. 180 *Dio-Xiph.* 71, 33, 4² (Commodus d. 31 Dec. 192 imperaverat annos duodecim, menses novem, dies quattuordecim *ib.* 72, 22, 6). *Tertull. apol.* 25 (25. Mart. *Chron. Pasch.* 1, 489 *errore*), *Sirmii (Tertull.) vel Vindobonae (Vict. Caes.* 16, 14. *Epit. de Caes.* 16, 12) ἐν Πανωνίαις (*Chron. Pasch.*).

Philosophiae doctrina imbutus scripsit libros XII εἰς ἑαυτὸν, *cf. v. Arnim RE* 1, 2307—2309. *Christ-Schmid* 2^o, 830—832.

Uxor Annia Galeria Faustina (*supra*), ex qua liberos habuit minimum duodecim. De Marci et Faustinae liberis haec fere tradita habemus. 1) Quorum prima nata est filia, qua suscepta Marcus tribunicia potestate dona-

tus est, a. 146 (supra); haec eadem est atque 'parvola nostra Faustina' Fronto ad M. Caes. 4, 11. 12 p. 72 sq. N. = 1, 202. 204 Haines et Annia Galeria Aurelia [Fau]s[t]ina *Inscr. Olymp.* 616 = D. 8803 c (...elia ...stina *Forsch. Ephes.* 2, 167, 49; Faustina *ib.* 1, 219). 2) A. 147 ineunte filius natus paucis diebus post decessit *Ditt. Syll.*³ 851 = *IGR* 4, 1399: litterae Marci datae d. 28 m. Martii γεννηθέντος υίου εἰ καὶ ἐτέρως τοῦτο ἀπέβη. Annia Galeria Aurelia Faustina imperatori Pio supervixit (*Forsch. Ephes.* 1, 219), sed non iam primis certe annis Commodi in vivis erat, cum 3) Lucillam sororum maximam fuisse Herodianus 1, 8, 3 (cf. 1, 6, 4) scribat, qua interfecta 4) Fadilla maxima dicitur *ib.* 1, 13, 1, cf. 'parvolae nostrae' Fronto ad M. Caes. 5, 19. 35 p. 82. 86 N. = 1, 224. 234 Haines, 'domnula mea' *ib.* 5, 24 p. 83 N. = 1, 212 Haines, 'filia' *ib.* 5. 30 p. 84 N. = 1, 228 Haines. Lucilla plene nominatur Annia Aurelia Galeria Lucilla (Annia Lucilla in nummis tantum Byzantium, Aur[el]ia G[al]eria [Luc]ill[a] VIII 27777). Cum Olympiae in exedra Attici Herodis inter statuas domus imperatoriae duae tantum liberorum Marci et Faustinae positae essent (*Inscr. Olymp.* l. c.), T. Aeli Antonini et Anniae Galeriae Aureliae Faustinae, hi duo maximi natu fuerint necesse est, T. Aelium Antoninum igitur illum fuisse pupum paucorum dierum mortuum veri est simile; nomen eius cur in mausoleo Hadriani non inveniatur latet, nisi eum, qui Olympiae T. Aelius Antoninus nominatur, eundem esse putes, qui Romae in monumento Hadriani T. Aurelius Antoninus appellatur (VI 993 = D. 383), ut nomina eius fuerint plena T. Aelius Aurelius Antoninus, id quod probabilitate quadam non caret. 5) Item praematura morte abreptus videtur is, cuius nomen sequebatur in mausoleo, T. Aelius Aurelius, VI 994 = D. 384. Utut est cum hi duo tum 6) Domitia Faustina (VI 995 = D. 385) ante Pium defuncta est. Per aliquod tempus nisi (Galeriam) Faustinae et Lucillae Marci liberos nullos in vivis fuisse ex t. Hermionae posito (*IG* 4, 703) sequi videtur. Imperante Marco cum proles eius complures feminas, mares duos extitisse Herodianus 1, 2, 1 narrat, in hoc certe minus accuratus est, quoniam tres minimum filii nobis innotuerunt post mortem Pii nati. Quae cum ita sint, 7) Hadrianum, filium Marci, cui t. Ephesius *Wadd.* 3, 153 (= *CIG* 2968. 3709) positus est, ante Pii obitum statuimus genitum esse, sed post Domitiam Faustinae, quippe cuius t. sepulchralis in mausoleo Hadriani prius positus esset. Hadrianum hunc a. 166 non iam vixisse inde efficitur, quod eo anno filii Marci Caesares appellati sunt (vita Marci 12, 18), qui fuerunt Commodus et Verus (vita *Comm.* 10, 1). Neque 8) Cornificiam Pio imperante editam esse negari potest, cum dies eius natalis initio imperii Marci celebraretur (Fronto ad Anton. 1, 1) et ipsa sub Caracalla πρεσβυτις significetur *Herod.* 4, 6, 3.

Pueri autem primi in principatu patris nati sunt d. 31 Aug. a. 161: 9) Commodus, qui postea imperavit et 10) frater gemellus cui nomen inditum

est Antonino (*vita Comm. 1, 2, 4. Fronto ad Anton. 1, 1, p. 94 sq. N. = 2, 32 Haines, cf. 1, 2 p. 99 = 42; 1, 3, 4 p. 101 = 118. 120. Nummi Faustinae inscripti 'saeculi felicitas' repraesentantes gemellos Cohen 3² 152, 189—194 = Mattingly-Sydenham 3, 95, 509; 271, 709—711; 346, 1665. 1666) quique plene nominatur T. Fulvius Aurelius Antoninus (*D. 8911*); quadrimus elatus est *vita Comm. 1, 4. Sequitur 11*) M. Annii Verus (Verissimus *Herod. 1, 2, 1; Severus vita Comm. 1, 10, errore utrimque*), natus a. 162, cum a. 169 septennis mortuus esset *vita Marci 21, 3, 5, a. 166 Caesar appellatus est vita Marci 12, 8, 10; Comm. 1, 10; 11, 13. Filiarum Marci in principatu natarum quarum meminuit Herod. l. c. complurium (minus tamen accurate idem scriptor tradit l. l. duos Marco imperante filios natos esse) nullam novimus nisi forte 12*) Vibiam Aureliam Sabinam, quae quidem usque ad Caracallam certe vixit (*VIII 5328 = D. 387*); haec opinor filiola infans, quae cum parentibus Sirmii degebat inter annos circa 170 et 174 *Philostr. v. soph. 2, 1, 11*.*

In triumpho anni 166 liberis Marci utriusque sexus secum vexerunt, ita tamen ut et puellas virgines veherent *vita Marci 12, 10; pueri fuerunt Commodus et M. Annii Verus, virgines utrum quattuor omnes quas novimus, Annia Galeria Aurelia Faustina, Fadilla, Cornificia, Vibia Aurelia Sabina (Lucilla L. Vero nupta erat), fuerint an quae earum, ignoratur. Tres sorores Commodus superstites reliquit vita Comm. 17, 12, cf. 5, 8: praeter Vibiam Aureliam Sabinam et Cornificiam, quam Caracalla interfici iussit (Dio exc. 77, 16, 6 a p. 395 Boiss. Herodian. 4, 6, 3), Fadillam, ni plane fallor.*

Filiarum Marci mariti (cf. Herodian. 1, 2) praeter Lucillae L. Verum et Ti. Claudium Pompeianum (cos. II a. 173) atque Vibiae Aureliae Sabinae L. Antistium Burrum (cos. a. 181) tres nobis innotuerunt, sed in tres filias, Anniam Galeriam Aureliam Faustinae, Fadillam, Cornificiam, quomodo singuli distribuendi sint, parum constat; sunt autem Cn. Claudius Severus (cos. II. a. 173), M. Peducaeus Plautius Quintillus (cos. a. 177), (M.) Petronius (Sura) Mamertinus (cos. a. 182). St.

698 M. ANNIVS VERVS CAESAR, filius imperatoris M. Aureli Antonini et Faustinae Augustae. *Tituli ei positi a Sufetulanis VIII 11323 = D. 386 et 3 p. CLXX (1) et a Thyatirensis Keil-Premmerstein Denkschr. Wien. 54 (1911), 19, 32 (2), nummi Cohen 3², 132. 169 sq. M. Annii Verus Caesar t. 1; Annii Verus Caesar vel Verus Caes. nummi; Verus Caesar t. 2. Vita Marci 21, 3; Severus vita Comm. 1, 10 (falso); Verissimus Herod. 1, 2, 1 (confundens eum, ut videtur, cum patre).*

Natus est circa a. 162 (*cum a. 169 septennis mortuus esset*). In triumpho Parthico a. 166 petente Lucio Vero curru vectus, Caesar appellatus est *vita Marci 12, 8, 10; vita Comm. 1, 10, d. 12 m. Oct. a. 166 vita Comm. 11, 13. Lucio Vero defuncto Marcus priusquam ad bellum Germanicum*

profectus est (a. 169) in secessu Praenestino agens filium septennem amisit; cui mortuo ut statuae decernerentur et imago aurea circensibus per pompam ferretur et ut saliarum carmini nomen eius insereretur iussit *vita Marci 21, 3. 5.*

St.

699 [M. ANNIV?]S M. F. GAL(ERIA) VERVS nominatur post M. Aelium Aurelium Verum, qui postea imperavit, ante M. Annium Libonem inter testes senatus consulti de Cyzicenis facti sub Antonino Pio III 7060 = D. 7190. Quin gentilicium Veri huius Annii recte suppletum sit, mihi dubium non videtur, sed qua parentela cum aliis viris eiusdem stirpis coniunctus fuerit, certa ratione definiri non potest; fortasse concludere licet Verum fuisse filium maiorem, sane aliunde ignotum, M. Annii Libonis consulis a. 128.

Gr.

700 ANNIVS VINICIANVS (Vinianus Annii *cod. Med. Taciti*, Ἄννιος Διο), filius ut videtur L. Annii Viniciani, gener Cn. Domitii Corbulonis, nondum senatoria aetate sed pro legato quintae legionis (sc. Macedonicae) inpositus a. 63 *Tac. a. 15, 28. Dio exc. 62, 23, 6 (= exc. de virt. 2, 350, 248 Roos)*, ubi recte legit Boissevain (vol. 3 p. 62) ὥστε καὶ τὸν γαμβρόν, καὶ πρὶν στρατηγήσαι, ὑπα[ρχ]ὸν λαβεῖν (minus igitur accurate Dio tradidit Neronem adeo Corbuloni confisum esse, ut uni ex legionibus Corbulonis generum eius nondum praetura functum praeficeret; re vera enim Vinicianus eo tempore ne quaestor quidem fuerat); quamquam in codice Peiresciano ὑπατον adest, recte observavit Boissevain non assentiendum esse prioribus, qui Vinicianum omitta praetura consulem (a. 66) a Nerone factum esse collegerant. A. 63 una cum Tiberio Iulio Alexandro venit in castra Tiridatis, honori eius ac ne metueret insidias tali pignore *Tac. a. 15, 28. A. 65 ut videtur* Corbulo eum Romam misit specie, ut Tiridatem in urbem deduceret, re vera ut obsidem fidei suae *Dio 62, 23, 6. Hic videtur fuisse auctor coniurationis Vinicianae Pisoniana posterioris Beneventi conflatae atque detectae (a. 66 ut videtur) Suet. Nero 36 (cf. Stein RE S. 3, 407).*

Gr.

701 L. ANNIVS VINICIANVS memoratur in actis Arvalium anni 38 VI 2028 (1) et anni 40 VI 2030 = 32 347 (2). Plena nomina extant in t. 1, plus minus mutila in tabula 2. Ἄννιος Οὐνικιανός *Dio 60, 15, 1 (de nominis lectione cf. Boissevain)*. Vinicianus *Tac. a. 6, 9. Ἄννιος Μινουκιανός minus recte Ios. ant. 19, 18, Μινουκιανός Ios. alibi (errore codicum puto ant. 19, 102 M. Vinicius nominatur Μάρκος Μινουκιανός; 19, 251 traditur Μινουκιανός Μάρκος quod recte emendavit Niese, cf. quae exposuit vol. 3 praef. p. XVIII).*

Filius (C.) Annii Pollionis (n. 677) *Tac. a. 6, 9. Anno 32 Annii Pollio, Appius Silanus Scauro Mamercio simul ac Sabino Calvisio maiestatis postulantur et Vinicianus Pollioni patri adiciebatur, clari genus et quidam ('atque idem' coniecit Nipperdey sine idonea causa) summis honoribus,*

sed Tiberius distulit causam *Tac. a. 6, 9. Consulem (suffectum) fuisse ante a. 32, ut voluerunt Nipperdey, Klebs, alii, pro certo habendum non est; ante a. 41 eum fasces gessisse valde probabile videtur.* Die 24 m. Mai a. 38 frater Arvalis cooptatus *t. 1, collegio adfuit a. 40 t. 2. Γενναϊότατος τῶν πολιτῶν Ios. ant. 19, 52.* Amicus (M. Aemilii) Lepidi, qui a. 39 ab imperatore Gaio interfectus est *Ios. ant. 19, 20. 49.* Cum Cassio Chaerea aliisque coniurationem in Gaium iniit *ib. 19, 18. 20—22. 49—59,* summae inter coniuratos auctoritatis *ib. 52.* Erat cum Gaio die 24 mens. Ian., quo die hic occisus est *ib. 96—98.* A Chaerea et (Arrecino) Clemente contra furorem Germanorum corporis custodum protectus *ib. 153.* M. Vinicio Gai sororis marito, *arta parentela probabiliter sibi coniuncto (v. sub Annio Pollione n. 677), imperium deferre conatus a consulibus retentus est; ipse Valerio Asiatico imperium adfectanti obstitit ib. 251. 252.* Fuit in numero eorum qui post necem Gai imperio digni habiti sunt *Dio 60, 15, 1.* Anno 42 Camillum Scribonianum ad defectionem impulit et, postquam res secus cessit, ipse se interemit *Dio 60, 15, 1. 2. 5 (Zon. 11, 9 p. 27 sq. D.).*

Huius ut videtur filii Annius Pollio (n. 678) et Annius Vinicianus, qui praecedit. Ab hoc (potius quam a filio, ut iudicat Hirschfeld Kl. Schr. 523) videtur nomen traxisse Ti. Claudius Aug. lib. Thales Vinicianus VI 8938 = D. 1690. Horti Anniani (VI 8666) fortasse ab hac Anniorum stirpe in possessionem Caesarum venerunt. Gr.

— Cn. Domitius Annius Ulpianus.

702 ANNIA. Ἀννία Σεβαστή in *gemma apud Furtwängler Antike Gemmen tab. 20, 63 (et H. B. Walters Catalogue of the engraved gems in the Brit. Mus. tab. 14, 952).* *Anniae Faustinae matris aut filiae aut Elagabali uxoris aut Lucillae nomen significat, quamquam Furtwängler 2, 101; 3, 222 prorsus negat hanc gemmam aut inscriptionem eius imperatorum aetate esse coniectam. At potest opusculum esse artificis cuiusdam liberae rei publicae temporibus, quod cum postea in possessionem Augustae venisset eius nomine inscriptum fuerit; nam mirum vel maxime incredibile est nomen Σεβαστή sive Augusta (quod nomen proprium in Graecum sermonem versum esse putat Furtwängler) ante principatum umquam inveniri posse.* St.

703 ANNIA nominatur in *t. sepulchrali liberti VI 11748: C. Annius Anniae Atratini l. Philogenes; filia igitur C. Annii (Pollionis?), uxor (Sempronii?) Atratini.* Gr.

704 Annia: ad eam pertinebat edictum quod dicebatur divi Augusti *Plin. ad Trai. 65. Nomen traditum feminae esse negarunt viri docti et diverso modo emendare temptaverunt, cf. post alios Cuntz Herm. 61, 203—205.* St.

705 ANNIA ALEXA(N)DRIA, [clarissima femina], coniunx Lucii Steii Aemiliani viri clarissimi *VI 1341.* Gr.

— FLAVIA ANNIA APELLIANA.

706 APPIA ANNIA ATILIA REGILLA ELPINICE AGRIPPINA ATRIA POLLA. *Tituli ei positi Olympiae in exedra Ti. Claudii Herodis Inschr. Olymp. 624 = Ditt. Syll.*³ 863 (1), *Delphis Ditt. ib.* 860 B (2), *ab Acraephiensibus in templo Apollinis Ptoii Bull. hell.* 1892, 464 (3), *sepulcralis IG 3, 1333 (4), cf. restitutionem Foucarti Rev. phil.* 1901, 91.

Ἀππίαν Ἀννίαν Ἀτιλίαν Ῥήγιλλαν Ἐλπινείκην Ἀγριππίαν Ἀτρίαν Πώλλαν *t.* 1, [Ἀτ]ειλία [Ῥήγιλλα Ἀγρ]ιππί[ν]α Ἐλπι[νείκη] Ἀτρία Πώλλα *t.* 4. . . . ἰαν Κλαυδίαν (*errore*) . . . ἰαν Ῥήγιλλαν Ἀγριππίαν Ἐλπινείκην Ἀτρ . . . Πώλλαν *t.* 2. . . Ῥήγιλλ . . . *t.* 3. *Elpinice Philostr. v. soph.* 2, 1, 10. *Ti. Claudii Attici Herodis et Appiae Anniae Regillae filia Philostr. l. c. t.* 1—4. *Superstes matri (cf. IG 14, 1389 = IGR 1, 194 A v. 14 sqq.), mortua ante patrem Philostr.* *St.*

— ANNIA AVRELIA FAVSTINA = ANNIA FAVSTINA AVGVSTA.

707 ANNIA AVRELIA GALERIA LVCILLA = LVCILLA AVGVSTA. *Aur[el]ia G[al]eria [Luc]ill[a] A[ug]usta t. Althiburitanus VIII 27 777; Annia Lucilla Augusta nummi Byzantiorum Mionnet 1, 379, 107; suppl. 2, 251 sq. Sallet Zeitschr. f. Numism. 9, 148; ceterum Lucilla Augusta. Filia M. Aureli Caesaris et Anniae Faustinae vita Marci 7, 7; 20, 6—7; vita Veri 2, 4; 7, 7; 10, 1. Dio-Xiph. 71, 1, 3 (cf. 70, 2, 2). Herodian.-1, 8, 3. Nata circa a. 148 die 7 m. Martii t. Gortynius Mon. ant. 18, 335 = IGR 1, 1509. Pater imperium adeptus a. 161 eam L. Vero despondit vita Marci 7, 7. Dio l. c. Medio belli Parthici tempore Marcus eam nupturam commissam sorori suae (immo Veri, Ceioniae Fabiae, ut videtur) Brundisium usque deduxit, ad Verum in Syriam misit vita Marci 9, 4—6. Verus ex Syria Ephesum profectus est, ut uxorem acciperet vita Veri 7, 7. Uxor Veri vita Veri 2, 4; 10, 1. 3. Eutrop. 8, 10, 1. Herodian. l. c. VI 360 = D. 366, cf. Phot. cod. 94. Inde Augusta dicta vita Marci 20, 7, nummi, tituli. Ex eo filiam habuit (t. VI 360 a. 166 dedicatus Iunoni Lucinae esse potest propter puerperium, ad quod videntur referendi esse nummi Lucillae inscripti 'Iunoni Lucinae' et 'Fecunditas'. Cohen 3², 218, 36—40; 216 sq., 18—26. Mattingly-Sydenham 3, 275. 352. 353) nuptam postea Claudio Pompeiano Quintiano Dio 72, 4, 4. Eius dolo a nonnullis maritum veneno extinctum esse traditum est, quod Verus Fabiae sorori nimium indulserat, cuius potentiam Lucilla ferre non posset vita Veri 10, 3. Vero mortuo a. 169 Marcus proficiscens ad bellum Germanicum filiam suam non decurso luctus tempore grandaevo equitis Romani filio Ti. Claudio Pompeiano dedit; has nuptias et Faustina et Lucilla ipsa invitae habuerunt vita Marci 20, 6. 7; vita Carac. 3, 8 (cf. vita Avid. Cass. 10, 3; 12, 2). Dio-Xiph. 72, 4, 5. Herodian. 1, 6, 4; 8, 3. Honores tamen Augustae pater et deinceps frater ei concesserunt Herodian. 1, 8, 3. 4; Λουκίλλα Σεβ(αστή) in nummo Alexandrino anni 171/2 Vogt Alex. Münzen 1, 134; 2, 103. E Claudio Pompeiano filium*

- genuit cognominem patri *vita Carac.* 3, 8. *Herodian.* 4, 6, 3 (*nomine omisso*). Motu Cassiano compresso a. 175 Marcus filiam suam (*nescio an Lucillam*) Alexandreae ad Aegyptum reliquit *vita Marci* 26, 3. Marito contempto Pompeiano Quintiano genero eodemque privigno familiariter usa eum (*vel Quadratum, quocum item rem habere dicebatur Herodian.*), ad Commodum necandum impulit *Dio-Xiph.* 72, 4, 4. 5. *Herodian.* 1, 8, 4. 5. Sed coniuratione detecta (*circa a. 182*) in Capreas insulam relegata paulo post interfecta est *Dio l. c.* 5. 6. *Herodian.* 1, 8, 8. *Vita Comm.* 4, 1. 4; 5, 7; 8, 3. *St.*
- 708 ANNIA CORNIFICIA FAVSTINA. Annia Cornificia *vita Marci* 1, 8; Annia Faustina *in tegulis*. Soror imperatoris Marci natu minor *vita l. l.* Marcus postquam praefectus fuit feriarum Latinarum patrimonium paternum sorori totum concessit et matrem rogavit ut et ipsa, si vellet, in sororem suum patrimonium conferret, ne inferior esset soror marito *ib.* 4, 7. Bonorum maternorum partem Mummio (*inmo M. Ummidio*) Quadrato, sororis filio, quia illa iam mortua erat, tradidit *ib.* 7, 4. Uxor Ummidii Quadrati, *ut apparet ex tegulis urbānis cum inscriptione ex pr(aediis) Umidi Quadrati et Anniae Faustinae XV 731. Marcus eius meminil nomine non posito* εἰς ἔ. 1, 17; *Fronto ad M. Caes.* 5, 8 (23) p. 79 N. (1, 196 Haines): dolore muliebrium partium correpta. Mater sine dubio M. Ummidii Quadrati (cos. a. 167) *item Ummidiae Cornificiae Faustinae. St.*
- 709 ANNIA FAVSTINA. Pro salute eius et Tiberi Claudii *dedicatus est t. positus in confinio Phrygiae et Pisidiae a. 207/8, Ramsay Cities and Bishoprics of Phrygia* 1, 290, 127; *ei soli dedicatus ib.* 291, 128 *circa a. 200. Cum eodem loco heredes Ummidiae Cornificiae Faustinae honorati essent, Ramsay suo iure coniecit eam huius filiam, neptem Anniae Cornificiae Faustinae sororis Marci fuisse. Si vere uxor Ti. Claudii fuit, qui ib.* 291, 129 *nude Severus appellatur idemque fuerit ac Ti. Claudius Severus Proculus consul a. 200, ex his titulis concludendum est Anniam Faustinae ei inter annos ca. 200 et 207 nupsisse et mortuam esse ante a. 217/8, quo Annia Aurelia Faustina filia eius ut videtur (ea quae sequitur) domina fuit illorum praediorum (ib.* 289, 126) *vel iam ante a. 215, modo recte Ramsay ib.* 291, 129 *Faustinam in hoc titulo nuncupatam pro filia habet. St.*
- 710 ANNIA FAVSTINA AVGVSTA. Nummi *Eckhel* 7, 261 sq. *Cohen* 6², 384—386; *Alexandrini Vogt Alex. Münzen* 2, 122—125. Annia Faustina Augusta, uxor Elagabali nummi. *Hanc esse uxorem Elagabali eam, quae ab imperatore Marco et a Claudio Severo (consule II a. 173, genero M. Aureli Antonini) originem trahebat (Dio 79, 5, 4), nomina indicant eandemque ut tertiam Elagabali uxorem commemorat Herodian.* 5, 6, 2 *nomine omisso (ἀναφέρουσιν τὸ γένος ἐς Κόμοδον). Filia videtur Ti. Claudii Severi Proculi consulis a. 200, proneptis ergo Marci Antonini.*
- Uxor Pomponii Bassi, marito occiso ab Elagabalo ducta est ne per-

mittente quidem ut lugeat *Dio l. c.* Post Iuliam Corneliam Paulam et Iuliam Aquiliam Severam dimissas Elagabalus tertiam quoque uxorem et quartam quintamque repudiavit, priusquam Severam reduxit *Dio 79, 9, 4.*

Eandem esse Anniam Aureliam Faustinae (Ἀνία Αὐρηλία Παυστρῖνη ἢ κρατίστη), cui dedicatus est titulus Phrygius, Ramsay Cities and Bishoprics of Phrygia 1, 289, 126 magna cum probabilitate coniecit. Nam in iisdem praediis reperti sunt tituli dedicati heredibus Ummidia Cornificiae Faustinae filiae sine dubio Anniae Cornificiae Faustinae (n. 708), item Pomponiae Ummidiae (ib. 288, 125), uxori Flavi Antiochiani consulis II a. 270, quam filiam vel neptem fuisse Anniae (Aureliae) Faustinae et Pomponi Bassi nomen declarat. Titulus positus est a. 302 aerae Sullanae i. e. 217/8 p. C. Anniae Aureliae Faustinae etiam tum privatae. Accedunt tituli ibidem reperti quorum unus (Ramsay 290, 127) positus est a. 207/8 pro salute Anniae Faustinae (filiae fortasse Ummidia Cornificiae Faustinae) et Tib. Claudi (Severi Proculi), qui parentes habendi sunt Anniae Aureliae Faustinae, alter aliquot annis ante Anniae Faustinae nondum nuptae (291, 128), tertius (291, 129) circa a. 215 (Tib. Cl.) Severo (Proculo) et (? Anniae Aureliae) Faustinae. Cf. stemma quod subieci p. 130.

Ex nummis Alexandrinis praeter unum anni quarti anno quinto cuspis, quo Aquilia Severa iterum exhibetur, apparet eam a. 221 tantum Augustam fuisse, cf. v. Papen Ztschr. f. Num. 26, 164 sqq. 428 sq. Vogt l. l. 1, 177.

St.

- 711 Annia Faustina, filia nescio cuius *IG 14, 1394 t. sarcophagi urbani. Gr.*
 — ANNIA FAVSTINA = ANNIA GALERIA FAVSTINA AVGVSTA (I) et (II).
 — ANNIA FAVSTINA = ANNIA FVNDANIA FAVSTINA.
 — ANNIA FAVSTINA = ANNIA CORNIFICIA FAVSTINA.
- 712 Annia Fundana *VI 38 253, fortasse ordinis senatorii et ex eadem familia ac C. Annius Fundanus. St.*
- 713 ANNIA FVNDANIA FAVSTINA. *Tituli: ipsa posuit nymphis Griselicis XII 361 = D. 1114 (1), una cum marito Legionensem II 5679 = D. 1113 (2); memoratur in t. mariti VI 1540 = D. 1112 (3), cum marito in tegulis urbanis XV 520 (4).*

Fundania Faustina t. 4; ... Faustina t. 1; Faustina t. 2; A[nnia Faustina consobri]na Imp. Caesaris M. [Antonini Aug. et div]ae Faustinae Piae t. 3 ex supplementis *Domaszewskii ap. Heer Commodus 88, 194 a; filia videtur M. Anni Libonis consulis a. 128. Uxor T. Pomponi Proculi Vitradi Pollionis (consulis II a. 176) t. 1. 2. [3.] 4. Eadem videtur Faustina Annia consobrina imperatoris Marci, quam Commodus in Achaia interemit vita Comm. 7, 7, eandemque consobrinam patris complexibus suis iniunxerat vita Comm. 5, 8 (nomine non allato). Annia Faustina, quae Commodum puerum aegrum faucibus curanti Galeno gratias egit Galen. 14,*

*Stemma in hunc fere modum restituendum est*¹⁾.

Annius Verus (n. 696)

M. Annius Verus = Imp. M. Aurelius Antoninus
(n. 697)

Annia Cornificia Faustina
(n. 708)

~ Ummidius Quadratus

Cn. Claudius Severus ~ Fadilla (vel Cornificia vel Faustina)

cos II. a. 173

Tl. Claudius Severus Proculus

cos. a. 200

Ummidia Cornificia Faustina

M. Ummidius Quadratus
cos. a. 167

Annia Faustina
(n. 709)

Annia (Aurelia) Faustina postea Augusta

(n. 710)

a) Pomponius Bassus (cos. a. 211?)

b) Imp. Elagabalus (a. 218—222)

filia vel neptis

(a) Pomponia Ummidia ~ Flavius Antiochianus

cos. II a. 270

¹⁾ Cf. Groag RE 3, 2870, qui tamen aliter stemma composuit.

- 662 sq., non haec sed *Annia Galeria Faustina (II)* intellegi videtur. Liberi: T. Fundanius Vitrasius Pollio, Vitrasia Faustina. Anno 170 etiam inter vivos fuit, cum filius eo anno salius factus esset. St.
- 714 ANNIA GALERIA AURELIA FAUSTINA. Sic plene t. *Olympicus*, *Inscr. Olymp.* 616 = *D.* 8803 c (1). ...*elia* ...*stina* *Forsch. Ephes.* 2, 167, 49 (2). Faustina *ib.* 1, 219 (3); t. *Nysaeus* Ἀρχ. Δελτ. 7 (1921/2), 72 (4). Filia M. Aureli Caesaris Veri et Anniae Faustinae Augustae t. 1. *Filia natu maxima imperatoris Marci fuit, ea qua suscepta Marcus tribunicia potestate donatus est a. 146 (vita Marci 6, 6) eademque 'parvola nostra' Faustina de cuius valetudine Fronto ad M. Caes. 4, 11. 12 1, 202. 204 Haines (p. 72 sq. N.), cf. sub patre. Filia M. Aureli Veri Caesaris et Faustinae Imperatoris Caesaris T. Aeli Hadriani Antonini Augusti Pii filiae t. 4; filia M. Aureli Antonini t. 3, qui cum in principatu patris positus sit, non ad Domitiam Faustinae referendus esse potest, quam imperante Pio mortuam esse ex t. sepulchrali VI 995 = D. 385 constat. Sed Annia Galeria Aurelia Faustina primis Commodi temporibus non iam vixit, cum Lucillam sororum natu maximam fuisse Herodianus 1, 8, 3 (cf. 1, 6, 4) scribat. St.*
- 715 ANNIA GALERIA FAUSTINA (I) = FAUSTINA AUGUSTA, uxor imperatoris Pii. *Annia Faustina vita Pii 1, 6; Galeria Faustina Augusta vita Marci 1, 3; Faustina Augusta in titulis et nummis Cohen 2, 2 413 sqq. Mattingly-Sydenham 2, 66 sqq. 157 sqq., interdum Faustina maior (V 7617) vel Faustina mater (VI 33 840), quo distingueretur a filia cognomine. Liberti eius Galerii nominantur VI 8866. 8972 = D. 1793. 1836.*
- Filia M. Annii Veri (cos. III a. 126) et Rupiliae Faustinae *vita Pii 1, 6; Marci 1, 3. 4; 5, 1, uxor T. Aurelii Fulvi Boionii Arrii Antonini (etiamtum privati) vita Pii 1, 6; 5, 2; 6, 7, tituli, nummi, qui imperium adeptus uxorem Faustinae Augustae appellari a senatu permisit vita Pii 5, 2. Tertio anno imperii sui (m. Iul. a. 140/1) Faustinae uxorem amisit vita Pii 6, 7; in t. sepulchrali Faustinae (VI 987 = D. 349) in mausoleo Hadriani tribunicia potestas IIII imperatoris Pii ponitur (m. Dec. 140/1); mortua igitur est intra m. Decembrem a. 140 et m. Iulium a. 141 (nummi Alexandrini non ante annum quintum qui est m. Aug. 141/2 Faustinae divae exhibent, cf. Vogt Alex. Münzen p. 125). A senatu consecrata est vita Pii 6, 7, inde dicta diva Faustina vel diva Augusta Faustina vel diva Faustina Pia in titulis nummisque. Consecratio s. c. Cohen 2, 425—428. Mattingly-Sydenham 3, 164. 168. Templum (divo Antonino et) divae Faustinae ex s. c. dedicatum VI 1005 = D. 348. Vita Gallieni 19, 4. Not. reg. IV. Nummi. Pius in honorem Faustinae puellas alimentarias Faustianas constituit vita Pii 8, 1; Sev. Alex. 57, 7. Nummi divae Augustae Faustinae inscripti in parte aversa 'puellae Faustinae' Mattingly-Sydenham 3, 74 sq. 165. Cohen 2, 433. De moribus eius vita*

Pii 3, 7; 4, 8. *Nominatur praeterea vita Av. Cass. 10, 1 (in epistula ficta).*

Quattuor liberos genuit mares duos, duas feminas (*vita Pii 1, 7*): M. Aurelius Fulvus Antoninus, M. Galerius Aurelius Antoninus, Aurelia Fadilla, Annia Galeria Faustina (*ea quae sequitur*). — *St.*

716 ANNIA GALERIA FAUSTINA (II) = FAUSTINA AUGUSTA, uxor imperatoris M. Aureli Antonini. Annia Faustina *vita Marci 1, 8; tituli Olympici Inschr. v. Olympia 614—616 = D. 8803 b c; nummi civitatum aliquot graecarum, ut Nicaeae (Br. M. Pontus cet. 157), Diocaesareae (ib. Lycaonia cet. 72), Abonutichi (Imhoof-Blumer Abh. Bayer. Ak. 18, 3, 1890, 61). Galeria Faustina iunior Eutr. 8, 10, 1, ceterum Faustina, ut inter matrem et filiam nonnumquam distingui nequeat, nisi in nummis graecis interdum huius nomini véa vocabulum et in titulis Latinis (VI 10 221 = D. 6065) 'minor' additur sicut illius 'mater' sive 'maior'. Galeria Valeria piissima Augusta (Γαλερ. Ουαλερία εϋσεβε[στ]άτη Σ[ε]βαστ[ή]) t. Teius IGR 4, 1562 singulari errore quadratarum, si vere uxor M. Aurelii significatur.*

Imperatoris Antonini Pii et Anniae Galeriae Faustinae (*eius, quae praecedit*) filia, consobrina M. Aureli Antonini (*stemma proponitur sub M. Anno Vero*) *vita Pii 1, 7; Marci 1, 8; 19, 2. Eutr. l. c. Dio-Xiph. 71, 22, 3. Inschr. v. Olymp. 382 et alii tituli nummiquae.* Hadrianus Antoninum Pium adoptavit ea condicione, ut is filiam suam Faustina L. Vero desponderet *vita Ael. 6, 9; sed post mortem Hadriani dissolutis sponsalibus Faustina Marco desponsa est vita Marci 6, 2; Veri 2, 3 (iam Hadrianus generum Pio Marcum delegit vita Marci 16, 7). Anno 145 Marcus Caesar eam in matrimonium duxit nuptiis celeberrimis vita Pii 10, 2, cf. Cohen 3², 101 sq., 1021—1024. Mattingly-Sydenham 3, 176, 1253; 177, 1269; 75, 402. Suscepta filia Marcus tribunicia potestate ceterisque honoribus donatus est vita Marci 6, 6, anno 146 (10. Dec.) ut ex titulis nummisque satis constat. Eodem tempore Faustina Augustam nuncupatam esse viri docti olim posuerunt, sed in nonnullis titulis, certe Graecis, iam ante id tempus ita (Cεβαστή) appellatur, velut Inschr. Olymp. 382 (patre nondum imperante). Ath. Mitt. 48, 97, 3 (t. Nicopolitanus a. 145 vel 146 ineunte positus). Dattari Numi Augg. Alexandrini n. 3288 (a. 143/4), de quo immerito dubitat Vogt Alex. Münzen 113, 591. Faustina Augusta a. 146/7 in t. Tiferni Tiberini rep. XI 5931 = D. 380 et deinceps in titulis nummisque, cf. Fronto ad M. Caes. 5, 6 (21) p. 78 N. = 1, 192 Haines.*

Alteras nuptias Lucillae filiae (a. 169) cum Claudio Pompeiano invita habuit *vita Marci 20, 7. Commodum puerum aegrum faucibus curanti Galeno gratias agit Galen. 14, 662 sq. (Ἀνία Φαυστινή συγγενής οὔσα τῷ αὐτοκράτορι ἔγγιστα, cf. gemmam inscriptam elementis Graecis 'salvo Commodo felix Faustina' Rev. arch. 39, 1901, 121). Bello Sarmatico cum*

filiola infante apud Marcum Sirmii degebat *inter annos circa 170 et 174 Philostr. v. soph. 2, 1, 11, cf. vita Marci 26, 8. Mater castrorum appellata est victoria de Quadis reportata a. 174 vel 175 vita Marci 26, 8. Dio-Xiph. 71, 10, 5. Nummi Cohen 3², p. 141 sq. 149 sq. Mattingly-Sydenham 3, 274. 346. 350, cf. Mommsen Ges. Schr. 4, 503 sq. Cum de valetudine mariti desperaret Avidium Cassium adhortata est, ut post nuntiatum Marci excessum rerum potiretur et se uxorem duceret Dio exc. 71, 22, 3, cf. 29, 1. Vita Marci 24, 6; Avid. Cass. 7, 1; contra ib. 11, 1, sed epistulae Marci et Faustinae, quae ad eam rem demonstrandam afferuntur (c. 9 sq.), omnino fictae sunt. Avidio Cassio oppresso a. 175 maritum in orientem comitata in radicibus montis Tauri in vico Halalae subito mortua est vita Marci 26, 4. Dio exc. 71, 29, 1. Marcus eam valde lugebat et a senatu honores ei divinos impetravit vita Marci 26, 5.7. Dio l. c. 30, 1; 31, 1. 2. Philostr. v. soph. 2, 1, 12. Iulian. Caes. p. 412 H. Consecrata diva Faustina sive diva Faustina pia sive diva Aug. Faustina passim nuncupatur; nummi consecrationis Cohen 3², 191 sq. Mattingly-Sydenham 3, 273. In honorem eius novae puellae Faustinae institutae vita Marci 26, 6, cf. Cohen 3², 154, 220—225. Mattingly-Sydenham 3, 271, 718 sq. Templum ei extruxit Marcus etiam in vico quo defuncta est, quem coloniam fecit vita Marci 26, 9; Carac. 11, 7, eadem sine dubio atque colonia Faustinae (III 12 213) neque diversa a Faustino, cf. Ramsay Jahresh. 7, 107 sqq.; Geogr. Journ. 22 (1903), 402 sq. Multae fabellae vulgo ferebantur de Faustinae impudicitia et adulteriis, quae omnia Marcus aut nesciebat aut dissimulabat vita Marci 19. 23, 7; 26, 5; 29, 1—3; Veri 10, 1. 5; Comm. 8, 1. Dio exc. 71, 34, 3. 4, cf. 77, 16, 6 a (Μάρκου θυγάτηρ εἶ, κὰν μὴ θέλωσιν). Vict. Caes. 16, 2. Iulian. Caes. p. 401. 429 H. Virtutes eius laudat Marcus εἰς ε. 1, 17, 18. Laudes patris de ea Fronto ad Ant. Pium 2 p. 164 N. = 1, 128 Haines. Commemoratur iterum ac saepius in epistulis Frontonis nomine non ubique apposito, praeterea Dio 74, 3, 1.*

De liberis eius (cf. nummos inscriptos fecund. Augustae, saeculi felicitas, Iunoni Lucinae infantes repraesentantes Cohen 3², 143 sq., 93—105; 152, 189—194 = Mattingly-Sydenham 3, 268 f. 269 f. 271) et Marci vide in marito. Haec potius quam mater videtur dedicavisse Mileti gymnasium (CIG 2881) et balneum Milet 1, 9 p. 164 sqq. St.

717 ANNIA ITALICA, L. Annii Italici Honorati et Gavidiae Torquatae filia III 1071. 1072. Gr.

— ANNIA LVCILLA = ANNIA AVRELIA GALERIA LVCILLA.

718 ANNIA MALECA (?) AVITA (Maleca vel Maleta traditur), soror C. Annii Fundani VI 37060 (= 11724). Gr.

719 ANNIA QVARTILLA, (Appii Annii) Marsi filia, Galeonis Tettieni Severi (consularis temporibus Traiani) uxor, patrona Appii Annii Prisci, qui

- ei dedicavit t. *Perusinum XI 1940*. Ab ea sine dubio diversa Annia Quarta VI 11815. Gr.
- 720 APPIA ANNIA REGILLA ATILIA CAUCIDIA TERTVLLA. *Tituli Olympiae ab ea dedicati Inscr. Olymp. 288 (1). 610 (2). [612 (3)], ei positi Eleusinius* Ἐφεσμ. ἀρχ. 1885, 152, 28 = *Ditt. Syll*³. 857 (4), *Atticus Ath. Mitt.* 8, 288 = *Ditt. l. c.* 856 (5), *Corinthius IG* 4, 1599 (6), *Delphici Ditt. l. c.* 859 C (7). D (8). [E (9)]. *Nominatur in titulis propinquorum, liberorum in Attico IG* 3, 1333 (10), *in Delphicis Ditt. l. c.* 860 A (= *Bull. hell.* 1, 409). B. C (11—13), *in Olympicis Inscr. Olymp.* 623. 624—626 (= *Ditt. l. c.* 863—865) (14—17), *aliorum ib.* 619. 620 (18. 19). *Maritus memoriam defunctae honoravit Athenis IG* 3, 1417 (= *Ditt.* 1238), cf. 3638 (20); *Romae IG* 14, 1389. 1391 (= VI 1342, cf. 31635 = D. 2930). 1392 (= *Ditt.* 858) *nomine misso* = *IGR* 1, 194. 193. 196 (21—23).
- Plena nomina t.* 4, Appia Annia Regilla t. 20, Appia Annia Atilia... cid... t. 8, Appia Atilia . . gilla t. 5, Appia Regilla t. 7, Annia Regilla t. 22, An[n]ia Regilla t. 10, *ceterum Regilla.*
- Filia Appii Annii Galli consularis t.* 18. 4. 8. 10, soror (Appii Annii Atilii) Braduae *Philostr. v. soph.* 2, 1, 8, per matrem neptis M. Appii (Atilii) Braduae t. 19, uxor Ti. Claudii Attici Herodis t. 4. 5. 7. 8. 10 (cf. *Foucart Rev. phil.* 1901, 91)—20. *Philostr. l. c.* *Lucian. Demon.* 33. Ἴερέια Δήμητρος (Athenis) t. 2, ἱερασαμένη τῆς Τύχης τῆς πόλεως t. 5. *Mortua est a.* 160 vel 161, *imperante videlicet etiam tum Pio (t. 23)*, consule (anno 160) vel consulare Bradua fratre *Philostr. l. c.* *Defunctam maritus immodice luxit Philostr. l. c. Lucian. l. c., cuius rei testes sunt t.* 20—23. *Athenis Odeum in memoriam defunctae fecit Paus.* 7, 20, 6, *Philostr. v. soph.* 2, 1, 5, cf. *Suid. s.* Ἡρώδης b. *Enixa est liberos quattuor duos pueros totidem puellas, quorum filius alter et filia altera ei supervixerunt t.* 21, v. 15, *scilicet Tiberius Claudius Appius Atilius Bradua Regillus Atticus (sive M. Atilius Atticus Bradua Regillus) et Appia Annia Atilia Regilla Elpinice Agrippina Atria Polla; ante matrem mortui sunt L. Claudius Vibullius Regillus Herodes et Marcia Claudia Alcia Athenais Gavidia Latiaris. De parentela quae intercedat inter eam et Caucidios Tertullos cf. Dittenbergerum ind. schol. Halens. hibern.* 1892/3 p. X. XI. St.
- 721 Annia Rufilla, a. 21 fraudis damnata accusante C. Cestio Gallo, a Druso Caesare custodia publica attineri iussa est *Tac. a.* 3, 36. St.
- 722 ANNIA RVFINA, Q. (Annii) et Albinæ filia, Rufi neptis, P. Cassii Dextri VII viri epulonum (*quaestoris a.* 138) uxor publice honorata IX 330 t. *Canusino. Avus videtur L. Annius L. f. Oufentina Rufus, patronus Canusinorum, qui et ipse t. simillimo Canusii simul cum priore reperto publice honoratus est IX 340.* Gr.
- 723 Anser, poeta *Serv. Verg. ecl.* 7, 21; 9, 36, *Cinna procacior Ovid. trist.* 2,

- 435 (*in recensu poetarum eroticorum*). Ciceronem *Philipp.* 13, 11 ('eique, qui nunc Mutinam oppugnant, D. Brutum obsident, de Falerno Anseres depellantur') alludere ad Anserem poetam, qui laudes Antonii scripserit et ab eo agro donatus sit, *adnotat Serv. Verg. ecl. 9, 36 (inde grammatici quidam)*. Vergilium *ecl. 9, 36* per transitum carpere Anserem, hunc in numero obtrectatorum Vergilii habendum esse *contendit Serv. Verg. ecl. 9, 36; 7, 21 (cf. vita Verg., Suet. rel. ed. Reifferscheid p. 66 not.)*, *utrumque fortasse falsa illius eclogae interpretatione*. Cf. *F. Marx RE 1, 2336. Teuffel 2^e § 233, 5.* W.
- 724 [..ANT.....]. *Titulus admodum mutilus Mactaritanus VIII 11810* publice positus est viro consulari, *cuius nomen periit*, et filio eius L. Ant; *utriusque honores in t. recensiti erant, sed magna ex parte perierunt.*
- Adl[ectus inter quaestorios], aedilis plebi(s), [co]m(es?) Augusti, [praetor?],, praefectus Min[iciae], [iuridicus Flaminiae] et Umbriae,, [adlectus inter co]nsulares ab Imp., praes[es provin]ciae.], praefectus aerario, *quod officium videtur relatam esse loco non suo. Nomina imperatoris erasa sunt neque certe Maximini ab editoribus restituumtur; saeculum tertium adlectio inter consulares, praefectura Miniciae, praesidis appellatio satis indicant.* — Origine Mactaritanus. Gr.
- 725 L. ANT., origine Mactaritanus, ..[Ant.] viri consularis filius, X vir stlitibus iudicandis, eques Romanus *memoratur in t. patris Mactaritano VIII 11810; v. n. 724.* Gr.
- CN. POMPEIVS ANT. AMOENVVS.
- 726 Antabagius, dux solus comes Tiberii per Germaniam Transrhenanam ad Drusum fratrem moribundum anno a. C. 9 festinantis *Val. Max. 5, 5, 3.* St.
- Sextilius Antaeus.
- 727 ANTEIVS. Missis ad census Galliarum P. Vitellio et C. Antio, Silius et Anteius et Caecina fabricandae classi praeponuntur (a. 16 p. C.) *Tac. a. 2, 6, ubi verba et Anteius glossema ortum ex praecedentibus et C. Antio iudicavit Nipperdey.* Gr.
- 728 ANTEIVS, a Gaio in exilium actus et postea occisus *Ios. ant. 19, 125*, pater homonymi *Ios. l. l.* Gr.
- 729 ANTEIVS, ordinis senatorii vir, filius Antei a Gaio occisi, post caedem Gai d. 24 m. Ian. a. 41 Romae a Germanis interfectus *Ios. ant. 19, 125. 126.* Gr.
- 730 P. Anteius Antiochus, Aegeensis ex Cilicia, diu commoratus Argis honoratus est publice ab Argivis cum ob alia tum ob eximiam doctrinam (*τὰν ἐν παιδείᾳ τελειότατα*) *Vollgraff Bull. hell. 28, 421 sq.; 29, 318, cf. Wilhelm ib. 576 sq. Polak Mnemos. 1906, 335—338. Idem sine dubio ut vidit primum Buecheler Rh. Mus. 61, 626 Antiochus, Cilix Aegeensis, sophista,*

familia nobili ortus, consularium aevi Severiani parens, pecunia patriam sublevavit, annos vixit plus minus septuaginta. Discipulus Dardani As-syrii et Dionysii Milesii, scripsit meletas et historiam *Philostr. v. soph. 2, 4, cf. 2, 5, 4; 2, 7*, librum cui inscribitur ἀγορά *Phrynich. p. 196 L. St.*

- 731 P. ANTEIVS RUFVS nominatur in titulis Dalmaticis III 1977 (1), 14321¹⁶ (2) gemello ut videtur, sed potest hoc frustulum superesse ex t. 1 tantummodo exemplis servato, 14987¹ (3), *Bull. dalm. 31, 1908, 3 (4), Abramić Strena Buliciana (1924), 222 (5)*. Tria nomina exhibent vel exhibuerunt tituli (P. Anteio traditur in t. 1). P. Anteius *Tac. a. 13, 22 (pantelo cod. Med. pro P. Anteio); 16, 14.*

Legatus Augusti pro praetore provinciae Dalmatiae a. 51 t. 1—5 (in t. 4 numerus imperatoriae acclamationis Claudii perperam indicatur XV.); in t. 5 ex principis honoribus nihil nisi imp. XXI p. p. c[os...] superest (imp. XXI Claudius dictus est a. p. C. 50). Consul igitur suffectus anno incerto probabiliter sub Claudio. A. 55 Syria ei destinata, sed variis mox artibus elusus ad postremum in urbe retentus est *Tac. a. 13, 22*; caritate Agrippinae invisus Neroni *ib. 16, 14*; a. 66 ab Antistio Sosiano accusatus apud Neronem, quod immineret rebus et sua Caesarisque fata scrutaretur, hausto veneno et intercisus venis mortem adproperavit *ib. 16, 14*. Nomen Anteii Rufi in titulis 3. 5 in rasura positum esse eo explicandum videtur, quod memoria eius sub Nerone damnata, post Neronis exitum fortasse restituta est. — Opes eius praecipuae ad eliciendam cupidinem *Tac. a. 16, 14*. Huius probabiliter liberti libertus P. Anteius P. Anteii Syri l. Herma sevir, qui a. 54 t. posuit *Salonis III 1947 = D. 219.* Gr.

- 732 ANTEIA, Helvidio Prisco (iuniori) nupta, dein alteri cuidam *Plin. ep. 9, 13, 4. 5. 16*; Helvidii filiae duae et filius memorantur *Plin. 4, 21. 9, 13, 16.*

Gr.

- 733 Anteia Procula, L. f., uxor T. Voluseni Macedonis t. *Sestinas XI 6019.* St.

— NERATIA ANTEIA RVFINA NAEVIA DECIANA.

- 734 Anteros, Tiberii Augusti libertus supra hereditates *Scrib. Larg. 162*. Eius sine dubio quondam servus fuerat Atimetus, Pamphili Ti. Caesaris Augusti liberti libertus, Anterotianus VI 12652 = IG 14, 1892 = *Buecheler CLE 995 (fortasse idem Atimetus a Cassio medico Tiberio Caesari legatus Scrib. Larg. 120, ut imperator eum Anteroti donaverit, is Pamphilo, qui denique eum manumiserit), non ita certo Princeps, Caesaris servus, Anterotianus VI 25033.* St.

— T. Flavius Anterotianus.

— T. Caesius Anthianus.

— Furius Anthianus.

- 735VS ANTIANVS, legatus Aug. pr. pr. provinciae Pannoniae inferioris, dedicavit pro salute, victoria et perpetuitate Imp. Caesaris M. Aurelii!!!!!!

p. f. Aug. *titulum III 3637. Titulus non ante Commodum positus est; de Elagabalo cogitavit Ritterling Arch. Ertesitö 41, 1927, 85; idem suspicatus est in t. pro Antianus fortasse legendum Avitianus (cf. L. Alfenum Avitianum supra n. 519).*
Gr.

736 ANTIGONVS, Macedo, Philippi filius, tribunus militum, ab imperatore Caracalla honoribus militaribus ornatus in senatum inter praetorios adlectus est *Dio exc. 77, 8, 1. 2. Consul (suff. a. inc.) IG 14, 888 = IGR 1, 407 t. Suessanus sepulchralis patris versibus elegiacis compositus. St.*
— Spicius Antigonus.

737 Antinous, natus Bithynii (Olaudiopoli) *Dio exc. 69, 11. Pausan. 8, 9, 7; nummi Bithynii cusi Br. Mus. Pontus cet. p. 117. Deliciae Hadriani, periit in Nilo submersus, sive casu, ut Hadrianus scripsit, sive, ut alii contenderunt, voluntaria morte pro Hadriano devotus a. 130 chron. Pasch. Mommsen Chron. min. 1, 223 (a. 122, errore, cf. Weber Hadrian 115, 394; 249, 900). Dio l. c. Vita Hadr. 14, 5. 6. Vict. Caes. 14, 7—9. Hieronym. chron. Ol. 227 p. 200 b H. Euseb. arm. p. 220 K. Orig. c. Cels. 3, 36. In honorem mortui Hadrianus urbem eius nomine Antinoopolim condidit eo loco, quo eum perdiderat Dio. Pausan. Hieronym. l. c. Vict. Caes. 14, 7. Amm. Marc. 22, 16, 2. Hegesipp. et Iustin. ap. Euseb. h. e. 4, 8, 2. 3 (inde Hieronym. vir. ill. 22). Orig. l. c. Epiphanius ancor. 106, 8 p. 130 Holl. Inscr. obelisci v. infra. Helladius ap. Phot. bibl. 279 p. 535 b Bekker: πόλεως δὲ τῆς Ἀντινούου. Antinuum inter deos rettulit et templa, simulacra, ludos, sacerdotes constituit, cf. praeter scriptores modo allatos Or. Sibyll. 8, 57 (nomine non addito). Iustin. apol. 1, 29. Athenag. leg. pro Christ. 30, 158. Clem. Alex. protrept. 4, 49. Prudent. contra Symmach. 271 sqq. Tatian. ad Graec. 10, 46. Theophil. ad Autolye. 3, 8 et titulos Lanuvinum XIV 2112 I 1. 5 II 11. 31 = D. 7212 (ubi V k. Dec. natalem Antinoi significare natalem templi eius Lanuvinii Weber l. l. 248, 900 recte observavit), Tiburtinum XIV 3535, urbanos VI 1851 = D. 6188. IGR 1, 31. 32 (= IG 14, 960. 961), Tomitanum ib. 634, Alexandrinum ib. 1050 (= CIG 4683 et p. 1186), Antinoopolitanum ib. 1141 (= Dittenberger Or. Gr. 700), alios et nummos multarum civitatum graecarum et papyros (cf. Weber l. l. 250. Wilcken P. Arch. 4, 552; 6, 383. 434). Inscriptio obelisci hieroglyphica, qui Romae prope portam Maiorem rep. est, edocemur Antinuum eo loco sepultum (minus accurate Epiphan. l. l., cf. Erman p. 11 sq.) et inter deos relatum esse Erman Abh. Berl. 1917, 4. Carmina in eius laudes composuerunt Pancrates (Athen. 15, 677 d. P. Oxy. 8, 1085, cf. Milne Catal. of lit. pap. 30, 36), Mesomedes Suid. s. v., Numenius id. s. v. (consolationem ad Hadrianum). Nominatur praeterea hist. aug. quadriga tyr. 8, 8. Tertull. ad nation. 2, 10; de corona 13; adv. Marc. 1, 18, significatur ib. apol. 13. Orac. Sibyll. 8, 57.
St.*

- Aurelius Antinous.
 — Aurelia Antiochiana.
- 738 Antiochianus, alter praefectorum praetorio Elagabali a. 221 v. *Elag.* 14, 8. *Vix idem* Antiochianus ad quem Severus Alexander rescripsit a. 222. *Cod. Iust.* 6, 35, 3, *quoniam praefecti Elagabali cum eo interempti sunt* (*Dio* 79, 21, 1). *St.*
- 739 Antiochianus, rerum scriptor libellum de bello Parthico Veri composuit irrisus a Luciano *quom. hist. conser.* 30, 41. *St.*
- FLAVIUS ANTIOCHIANUS.
- 740 Antiochus (II), Commagenus a Caesare anno a. C. 29 Romam accitus, ob legatum fratris quocum contendit Romae occisum damnatus et interfectus est *Dio* 52, 43, 1. *Est frater sine dubio Mithridatis regis Commagenes, qui bello Actiaco Antonii partes secutus erat* (*Plut. Anton.* 61), *quem non est cur componamus cum patre nobis ignoto Mithridatis pueri ab Augusto anno 20 a. C. in regno paterno constituti* (*Dio* 54, 9, 3). *Cf. stemma in eo qui sequitur.* *St.*
- 741 Antiochus (III), rex Commagenorum, defunctus anno p. C. 17 *Tac. a.* 2, 42. *Ios. ant.* 18, 53, regnum eius in provinciam redactum *Tac. a.* 2, 56. *Strabo* 16, 749. *Ios. l. c.* *Idem videtur* Antiochus, filius regis Mithridatis, honoratus ab Atheniensibus *IG* 3, 554, *cf. p.* 497 = *Ditt. Or. Gr.* 406. *Hoc si verum est, Mithridatem eum, qui puerulus ab Augusto anno a. C. 20 regnum Commagenorum accepit* (*Dio* 54, 9, 3), *ex ratione temporum vix Antiochi patrem putaverim. Suspitari possis Mithridatem patrem Antiochi III eundem fuisse ac fratrem Antiochi II (eius qui praecedit) eundemque regem a quo patrem Mithridatis pueruli interfectum esse* *Dio l. c. tradit.* Filius Antiochus IV.
Stemma igitur hoc fuerit:
- | | | |
|---------------------------------------|---------------------------|---|
| Antiochus I. rex Commagenes 69—ca. 38 | | |
| Mithridates II. ca. 38—20 | Antiochus (II) † 29 a. C. | ignotus, interfectus anno a. C. 20 vel paulo ante |
| Antiochus III. † 17 p. C. | | Mithridates III. 20 a. C. —? |
- (C. Iulius) Antiochus IV. *St.*
- Antiochus (IV), regis Antiochi (III) filius, v. C. Iulius Antiochus.
- 742 Antiochus, Seleuciensis, philosophus stoicus, amicus Kani Iuli, interfectus ab imperatore Gaio *Syncell.* 625 = *Plut. mor.* 7, 167 sq. *Bern.* *Idem significatur* philosophus suus (*sc.* Kani Iuli) *Sen. tranq. an.* 14, 9. *St.*
- Antiochus, Cilix Aegeensis, sophista v. P. Anteius Antiochus.
- 743 Antiochus, Cilix, philosophus cynicus, a Severo et Caracalla donis ornamentisque affectus, postea ad Parthos transfugit, a Caracalla iterum expostulatus deditur *Dio exc.* 77, 19 (= *Suid.* A 2695 *Adler*) 21, 1. *St.*

- 744 Antiochus, comoedus *Iuven.* 3, 98. St.
- 745 Antiochus, qui Zenobia capta a Palmyrenis ad regnum euectus ab Aureliano victus, sed impune dimissus est *Zos.* 1, 60. 61, cf. *Polem. Silv.* p. 521 M. *Nescio an idem sit* [Sep]tim[ius] Antiochus pater Zenobiae *miliarius Palmyrenus graece et vernaculo sermone scriptus, quem plenum edidit Clermont-Ganneau Rev. bibl.* 1920, 392 sq. (partem verborum graecorum *Wadd.* 2628 = *Ditt. Or. Gr.* 649; *similiter conceptos fuisse putandum est miliarios Wadd.* 2629. *Dittenberger l. c.* 650. 651), neque ab hoc fortasse diversus Achilleus parens Zenobiae *vita Aurel.* 31, 2. St.
- P. Anteius Antiochus.
- [A]vidius Antiochus.
- AVRELIVS ANTIOCHVS.
- Aur. Antiochus.
- C. Iulius Antiochus.
- T. IVLIVS ANTIOCHVS.
- C. Iulius Antiochus Epiphanes.
- C. IVLIVS ANTIOCHVS EPIPHANES PHILOPAPPVS.
- Paccius Antiochus.
- 746 Antipas Herodes. *Tituli Couis* (cf. *Ios. bell.* 1, 423) *Ditt. Or. Gr.* 416 (1). *Delius ib.* 417 (2). *Nummi Eckhel* 3, 486 sq. *Madden Coins of the Jews* 119—122.
- Antipas dicitur apud Iosephum etiamtum privatus, Herodes ex quo tetrarcha fuit *Ios. bell.* 2, 167 (Ἡρώδης ὁ κληθεὶς Ἀντίπας) et deinceps *ant.* 18, 27 *et.* Herodes tetrarcha *tituli et nummi.* *Ios. ant.* 18, 36. 102. 122. 148; *vita* 37. 65. *Hieronym. chron. Ol.* 198 p. 171 H.; *Ol.* 203, p. 176 f H. *Acta apost.* 13, 1. *Ev. Matth.* 14, 1; *Luc.* 3, 1. 19; 9, 7; βασιλεὺς *minus accurate Ev. Matth.* 14, 9. *Marc.* 6, 14. 22—27.
- Filius Herodis Magni natu minimus ex Malthace *Ios. bell.* 1, 562. 646. 664; 2, 21; *ant.* 17, 20. 146. 224. 226. *Nicol. Dam. de vita sua FGr Hist.* 2 A 425, 136. *Tituli.* *Educatus Romae ant.* 17, 20 (quod sine idonea causa in dubium vocat *Willrich Haus des Herodes* 187). Eum Herodes, cum maiores filios abdicans solum regni successorem instituisset, testamento postremo tetrarcham Galilaeae et Peraeae scripsit, Augustus confirmavit *bell.* 1, 646. 664. 668; 2, 20—23. 31. 94 sq. 167; *ant.* 17, 146. 188. 224—249. 318; 18, 27. 136. 240. *Nicol. Dam. l. c.* p. 424 sq. *Hieronym. chron. Ol.* 196, p. 170 c H., ubi Herodes Antipater dicitur, quasi duo essent (*Euseb. arm.* 212 K. *Syncell.* 601); cf. *Strabo* 16, 765. Quae tetrarcha egerit *ant.* 18, 27. 36—38. 102. 104. 105. 122. 148; *bell.* 2, 167. 168 (inde *Euseb.-Hieronym. chron. Ol.* 201 p. 173 c H.; *arm.* 212 K. *Syncell.* 605). 178; *vita* 37. 65.
- Uxore, Aretae regis Nabataeorum filia, repudiata Herodiadem Aristobuli filiam duxit *ant.* 18, 109—112. 136. 148. 240—255. *Ev. Luc.* 3, 19; *Matth.*

14, 3; *Marc.* 6, 17. Bello inde cum Areta orto victus est *ant.* 18, 109—116. 119. Ioannem baptistam interfecit *ant.* 18, 116—119. *Ev. Matth.* 14; *Marc.* 6; *Luc.* l. l. Agrippae, qui postea regnavit, egestati et aeri alieno etsi subvenit, discordia inter eos orta est *ant.* 18, 149 sq. 240. 242 sq. Agrippae regnum adepto invidens Herodias maritum impulit, ut eandem dignitatem a C. Caesare impetraret, sed ab Agrippa accusatus tetrarchiam amisit et una cum uxore Lugudunum (*cf. Hirschfeld Kl. Schr.* 174) relegatus (*anno* 38 p. C., *cum nummi eius certi non post annum quadragesimum tertium cusi videntur esse Eckhel* 3, 486; *aliter Madden p.* 122, *sed cf. Schürer Gesch. d. jüd. Volk.* 1^a, 417. 434, 16; 448 sq., *certe ante a.* 40, *ut sequitur ex Ios. ant.* 19, 351) ibi mortuus est *ant.* 18, 241—255; *bell.* 2, 178. 181—183. *Hieronym.* l. c. 176 f. *Euseb. arm.* 214 K. *Syncell.* 625 sq. St.

747 Antipater, rhetor. Romae certavit cum Theodoro Gadareo et Potamone rhetoribus *Suid.* s. v. Θεόδωρος Γαδαρεύς, *Tiberio etiam tum puero ut videtur, cf. Brzoska RE* 1, 2516, 28. *Laudatur a Dione Chrysostomo or.* 18 p. 480 R. *in numero* 'τῶν νεωτέρων καὶ ὀλίγων πρὸ ἡμῶν'. Antipater Damascenus λόγου δεινότητι προὔχων (*Suid.* s. v. Ἀντίπατρος) pater Nicolai *utrum idem sit necne, incertum videtur. Cf. Brzoska RE* 1, 2516, 28. *Christ-Schmid* 2^o, 457. W.

748 Antipater, Herodis Magni regis Iudaeorum filius natus maximus, natus patre etiam tum privato ex Doride uxore prima Herodis *Ios. ant.* 14, 300; 16, 78; 17, 68 (*cf.* 19); *bell.* 1, 241. 432 sq. 448. 562. 590; *cf. Nicol. Dam. de vita sua FGrHist.* 2 A 423, 136, 2. Herodes eum filiorum Mariammes causa Hierosolymis removit *bell.* 1, 433, Mariamme interfecta (*anno* 29 a. C.) revocatum (*ant.* 16, 78) filiis Mariammes insidias struentem praetulit *ant.* 16, 78—86; *bell.* 1, 450 sq., ad Augustum missum M. Agrippae Romam revertenti (*anno a. C.* 13) commisit *ant.* 16, 86; *bell.* 1, 451. Antipater Roma litteras ad patrem misit, quibus permotus Herodes filios Mariammes apud Augustum Aquileiae degentem (*anno* 12) accusavit *ant.* 16, 87 sqq.; *bell.* 1, 452 sq., Antipatrum commendavit *ant.* 16, 273. Cum Augustus Alexandrum et Aristobulum in gratiam patris reduxisset, Antipater quoque iis reconciliatum esse simulavit *ib.* 127; *bell.* 1, 455. Hi omnes in Iudaeam reversi a patre heredes regni constituti sunt, Antipater tamen ante fratres collocatus *ant.* 16, 133; *bell.* 1, 457—467. Ab Herode regione quadam donatus (*ant.* 16, 250) novas calumnias in Alexandrum et Aristobulum paravit *ant.* 16, 190 sq. 232. 244. 246. 319. 327 (*cf.* 17, 97); *bell.* 1, 467—475. 495. 545 sq., iuvante (C. Iulio) Eurycle Lacedaemonio hospite *ant.* 16, 302. 305—307; *bell.* 1, 516—527. Auctor fuit Herodi, ut Alexandrum et Aristobulum interficeret (*anno circiter a. C.* 7) *ant.* 16, 370—394; *bell.* 1, 544—551, *cf. Nicol. Dam. l. c.* 136, 2—5. *Strabo* 16, 765. *Macrob.* 2, 4, 11. His gestis quamquam paene

aequom ac pater imperium tenuit, id studuit ut eum e medio tolleret, quo prius regno potiretur, simulque omnes qui cum eo de summa imperii contenderent *Nicol. Dam. l. c. 136, 6. Ios. ant. 17, 1—9. 15—18. 32—35. 50 (cf. 96. 102. 115); bell. 1, 552—573 (cf. 624. 631 sq.)*. Suspicionis vitandae causa per amicos effecit, ut pater Romam eum mitteret, qui Sylla eum Arabem in iudicium Augusti vocaret (et testamentum Herodis ei offerret, in quo ipse successor patris designatus erat) *ant. 17, 52—54. 67. 81 (cf. 17, 103 sq.); bell. 1, 573 sq., cf. 625. 633 sq.* Nefariis consiliis detectis Antipater Roma reversus ab Herode (in consilio cui P. Quinctilius Varus legatus Syriae interfuit damnatus et Augusto permittente) morte multatus est anno a. C. 4 (quinque dies ante mortem Herodis *ant. 17, 191; bell. 1, 665 Nicol. Dam. l. c. Ios. ant. 17, 60. 64—146. 182—187; bell. 1, 582—647. 661—665.*

Uxor eius *ant. 17, 92; bell. 1, 619 (nomen nusquam traditum)*, filia Antigoni *ant. l. c.* Filia eius Aristobuli fratris filio, filia Aristobuli ipsius filio desponsae sunt *ant. 17, 14; bell. 1, 557*, quibus sponsalibus solutis Herodes Antipatro ipsi Aristobuli filiam, Pherorae filiam Antipatri filio despondit *ant. 17, 18; bell. 1, 565.* St.

749 Antipater, poeta, Thessalonicensis *anth. Pal. 9, 428*. Epigrammata eius multa exstant in corona Philippi, cf. Philippi prooemium *anth. Pal. 4, 2, 7*. Familiaris L. Calpurnii Pisonis (consulis a. 15 a. C.), quem in Asiam profectum comitatus est *anth. Pal. 10, 25 (de anno non constat, cf. Cichorius Röm. Stud. p. 326 sqq.)*. Num ex epigrammate *anth. Pal. 5, 3 colligi possit eum ludi magistrum fuisse, iure ut videtur dubitat Hillscher Jahrb. f. cl. Phil. Suppl. 18, 411, 3*. Mortuus est non ante a. p. Chr. 12 *anth. Pal. 16, 75, cf. Mommsen Ges. Schr. 8, 302, 1; id. Röm. Gesch. 5, 192 not. Omnino vide Christ-Schmid 2^e, 327. Reitzenstein RE 1, 2514, 23. Hillscher l. l. 405 sqq. Cichorius l. l. 325 sqq.* W.

750 Antipater, medicus; tertius liber epistolarum eius ad Gallum citatur *Cael. Aur. morb. chron. 2, 157. 187 (Gallus fortasse Aelius Gallus praefectus Aegypti sub Augusto)*. Memoratur a Galeno passim. Cf. M. Wellmann *RE 1, 2517, 32.* W.

— AEL. ANTIPATER.

— Gallus Antipater.

— SEPTIMIUS ANTIPATER.

— FL. GEL. ANTIPATRA.

— Q. GARGILIVS ANTIQVVS.

— M. MAGIVS ANTIQVVS.

— M. PACCIVS SILVANVS GOREDIVS GALLVS L. PVLLAIENVS GARGILIVS ANTIQVVS v. sub *Gargiliis*.

— L. PULLAIENVS GARGILIVS ANTIQVVS v. sub *Gargiliis*.

— AVR. ANTIS.....

— Flavius Antistianus.

— T. POMPONIVS ANTISTIANVS.

— T. (?) [POM]PONIVS MAMILIANVS RVFVS ANTISTIANVS FVNISVLAVS VETTONIANVS.

751 Antistius, poeta, cuius epigrammata Graeca exstant quattuor anth. Pal. 6, 237; 7, 366; 11, 40; 16, 243. Fortasse idem Antistius Vetus a. p. C. 21 damnatus (infra n. 767), cf. Cichorius *Röm. Stud.* p. 360 sq.; v. etiam Reitzenstein *RE* 1, 2546, 7. W.

752 Antistius, servus Aureliani, post eum ex senatus sententia manumissus *vita Aurel.* 50, 3. St.

753 L. ANTISTIVS, consul cum N. Cestio *IV* 5513; idem puto atque L. Antistius Vetus consul a. 55; v. infra n. 776. Gr.

754 Q. ANTISTIVS ADVENTVS POSTVMIVS AQVILINVS. Tituli: ei positi Thibiltani D. 8977, qui cursum honorum ordine inverso exhibet (1), permutilis VIII 18906, ubi tantummodo initium cursus honorum superest (2), Cirtensis acephalus, sed certa ratione ad eum relatus *Ann. ép.* 1914, 281, in quo honores ordine chronologico enumerantur (3), Thibili in aedibus Antistorum positi pro salute eius et suorum a liberto VIII 18893 = D. 1091 dedicatus a. 164, cum esset legatus legionis II adiutricis (4) sine anni indicatione VIII 18898 = D. 1091 a (5. 6), *Mél. Nicole* p. 49 (7. 8); Bostrensis ei positus III 92 (9); ipse posuit titulum Batavum XIII 8812 = D. 3094 (10); nominatur in t. Britannico VII 440 (11); uxori eius positus est titulus graecus Gerasenus IGR 3, 1368 (12); fortasse ad hunc pertinent frustula titulorum Thibiltani VIII 18899 (13) et, ut coniecit Ritterling *Rh. Mus.* 59 p. 192, Tiburtini XIV 4249 (14). Num huius et consanguinei alicuius nomina reponenda sint in fragmento t. Minturnensis (*Mél. d'arch.* 27, 499) [Ad?]vent[us] (vel Advento) cos.uo..... [B]ur[rus?], plane incertum.

Plena nomina exhibet t. 4. [Q. Antistius Adventus] Q. f. Quirina Postumius Aquilinus t. 1. Q. Antistius Q. fil[.] Adventus Postu[m]ius Aquilinus t. 2. Q. Antistius Adventus t. 12. [Q.] Antistius Adventus t. 10. [Q.] Antistius Adv[entus] t. 9. Antistius Adventus t. 5. 6. 7. 8. 11. Adventus t. 13.

Q. f. t. 1. 2; Antonia Prisca mater t. 4; tribu Quirina t. 1; origine Thibiltanus. — IIII vir viarum curandarum t. 1. 2. 3; tribunus militum legionis I Minerviae piaae fidelis, quaestor pr. pr. provinciae Macedoniae, sevir equitum Romanorum, tribunus plebis t. 1. 3; legatus pr. pr. provinciae Africae t. 1 (in t. 3 perit); praetor t. 1. 3; legatus Aug. legionis VI ferratae et secundae adiutricis, translatus in eam expeditione Parthica (imperatoris Veri), qua donatus est donis militaribus coronis murali vallari aurea hastis puris tribus vexillis duobus t. 1. 3. cf. 14, legatus Aug. leg. II adiutricis a. 164 t. 4. Legatus Aug. pr. pr. provinciae Arabiae

t. 1. 3. cf. 10, leg. Augg. pr. pr. cos. des(ignatus) t. 9, consul (*suffectus a. 166 vel 167 ut videtur*) t. 1. 3 legatus etiamtum Arabiae t. 12. Curator operum locorumque publicorum t. 1. 3. Legatus Aug. at praetenturam Italiae et Alpium expeditione Germanica (a. c. 169, cf. Ritterling RE 12, 1301) t. 1. Legatus Aug. pr. pr. provinciae Germaniae inferioris t. 1; in hac legatione dedicavit Iovi o. m. summo exsuperantissimo, Soli invicto, Apollini, Lunae, Dianae, Fortunae, Marti, Victoriae, Paci titulum 10. Legatus Aug. pr. pr. (Britanniae) t. 11. — Sacerdos fetialis t. 1. 3. — Antistios a Marco imperatore inter gentes patricias adlectos esse inde efficitur, quod L. Antistius Burrus Adventus a. 178 receptus est inter salios Palatinos.

Novia Crispina uxor t. 4. 12, probabiliter filia L. Novii Crispini legati Numidiae a. 147—150, consulis in ipsa legatione L. Antistius Mundicius Burrus, qui in t. 4—8 una cum Advento nominatur, videtur frater eius fuisse. Liberi Antistiorum Adventi et Burri memorantur in t. 4—8. Filius Adventi probabiliter L. Antistius Burrus, imp. Marci gener, qui fascēs gessit a. 181. — Q. Anustius Agathopus libertus t. 4—8. Gr.

755 L. Antistius Asiaticus, praefectus montis Beren(ices) a. 90 tituli Coptitae latinus alter, alter graecus III 13580. Ditt. Or. Gr. 674 (imaginem dedit Milne Hist. of Eg.³ 163). St.

756 C. Antistius Auspex, procurator Augusti (in Norico) t. Celeianus III 5173. St.

757 L. ANTISTIVS BURRVS, consul a. 181. In consulatu: L. Antistius Burrus VI 213 (= D. 2099). 725 (= D. 4206). 1979. 36873; Γ(αῖου) (errore, nisi forte conicitur duplex praenomen ei fuisse) Ἀντισ[τίου Βούρρου] Amer. Journ. arch. 23, 1919 p. 348; Antistius Burrus V 7907 = D. 6759. VI 861 = X 1791. VI 8617. VIII 14428. 24118 (ex restitutione). IX 4697. Latyschew Inscr. Ponti Eux. 1 n. 2; Byrrus Not. sc. 1911, 451; alibi Burrus fasti. — Antistius Burrus vita Pert. 3, 7; Byrrus v. Comm. 6, 11. Probabiliter filius Q. Antistii Adventi Postumii Aquilini consularis; fratrem minorem eius fuisse (scil. eundem atque L. Antistium Mundicium Burrum) non veri simile mihi videtur cum propter aetatis rationes tum quia haud credibile est Marcum imperatorem filiam in matrimonium dedisse viro provinciali originis modicae neque de re publica merito (cf. Herodian. 1, 2; aliter iudicat Cagnat Mél. Nicole p. 43 sq.).

Sororis Commodi vir vita Comm. 6, 11. Uxorem eius fuisse Vibiam Aureliam Sabinam apparet ex titulo, quem Thibilitani, municipes Antistiorum Adventi et Burri, Sabinae ob singularem eius in patriam adfectionem posuerunt Descr. de l'Afrique du Nord, Musée de Guelma (1909), p. 11 sq. (cf. quae adnotavit Pachtere). Vix idem L. Antistius Burrus Adventus, salius Palatinus factus a. 178. Consul a. 181 cum imperatore Commodo III v. supra. Pertinax dictus est insimulasse apud Commodum adfectati

- imperii Antistium Burrum et Arrium Antoninum *vita Pert.* 3, 7; Cleander Byrrum reprehendentem nuntiantemque Commodo quae fiebant in suspicionem regni adfectati traxit et occidit multis aliis, qui Byrrum defendebant, pariter interemptis *vita Comm.* 6, 11, *fortasse a. 187 ut demonstrare studuit Heer Philol. Suppl.* 9, 80 sq. 170. Gr.
- 758 L. ANTISTIVS BVRRVS ADVENTVS, salius Palatinus factus a. 178 VI 1979; *dubitaveris num idem fuerit atque L. Antistius Burrus consul a. 181; potius de filio L. Antistii Mundicii Burri cogitari potest.* Gr.
- 759 Antistius Capella, litterator Latinus Commodi *vita Comm.* 1, 6. St.
- 760 M. ANTISTIVS LABEO (*praenomen praeter XV p. 995, 5 servavit Porph. (inde Ps. Acro) Hor. sat.* 1, 3, 82, *ceterum Antistius Labeo sive Labeo*), filius Pacuvii Antistii Labeonis item iuris consulti *dig.* 1, 2, 2, 44 (epistula Sinni Capitonis ad Pacuvium Labeonem *Gell.* 5, 21, 10) et philosophi, qui post pugnam Philippensem (in pugna *Plut. Brut.* 51) se interemit *App. b. c.* 4, 135, 572. *Cum patre confundere eum videtur Porph. l. c. Horatii verba ad filium referens.* Anno a. C. 18 senatus lectione, cum vir virum legeret, M. Lepidum hostem olim Augusti et tunc exulantem legit *Suet. Aug.* 54. *Dio* 54, 15, 7. Intra praeturam stetit *Tac. a.* 3, 75; praetorius *Porph. l. c.* Noluit cum offerretur ei ab Augusto consulatus, quo suffectus fieret, honorem suscipere *dig. l. c.* 47; Augustus consulatum Ateio Capitoni adceleravit (*anno 5 p. C.*), ut Antistium Labeonem dignatione eius magistratus anteiret *Tac. l. l.* De lege Papia (*Poppaea, a. 9 p. C. lata*) adnotatio eius *dig.* 24, 3, 64, 9. Cur(ator munerum) *tessera urbana XV p. 995, 5 = Rostowzew Syll. n.* 514. Ante Ateium Capitonem (*mortuum a. 22*) obiisse eum *efficitur ex epistula Capitonis Gell.* 13, 12. Uxor Neratia *dig.* 34, 2, 32, 6. Gallianum (?) eius (*sc. praedium*), *Gell.* 13, 12, 4 *cf. Hertz adn.*
- Iuris consultus clarissimus, institutus a Trebatio *dig.* 1, 2, 2, 47, Labeo et Capito pacis decora aetatis Augusti *Tac. l. l.*, iudicia de iis adversariis *ib. Pompon. dig. l. l. Gell.* 13, 10, 1; iudicium Atei Capitonis de Labeone *ib.* 13, 12, 1—4. Artis praeterea grammaticae peritus *ib.* 13, 10, 1, totum annum ita divisit, ut Romae sex mensibus cum studiosis esset, sex mensibus secederet et conscribendis libris operam daret, itaque reliquit quadringenta volumina *Pompon.*, scripsit praeter epistulas et responsa Pithana (Probabilia), quorum epitomen confecit Paulus libris VIII *dig. ind. auct.* 268, ad praetoris edictum, de iure pontificio, ad XII tabulas, post mortem eius editi libri, qui posteriores inscribuntur quadraginta minimum. *Fragmenta collegerunt Lenel, Palingenesia* 502—558. *Seckel et Kuebler Iurisprud. anteiuis t.* 1⁶, 54—61, *de scriptis cf. Pernice, M. Antistius Labeo* 1, 35 sqq. *P. Krüger Gesch. d. röm. Rechts*² 154—159. *Nominatur Petron.* 137, 9. St.
- [EG?]NATIVS CAECI[... A]NTISTIVS LVCE[...]
- 761 Tib. Antistius Marcianus, Fausti filius, Quirina, domo Circina, prae-

fectus cohortis secundae Hispanae, tribunus legionis XV Apollinaris piae fidelis, praefectus alae Sulpiciae civium Romanorum, procurator Augustorum a censibus accipiendis (trium Galliarum), honoratus statua equestri a tribus provinciis Galliae *t. Lugdunensis XIII 1680 = D. 1390.*
St.

762 L. ANTISTIVS MVNDICIUS BVRRVS. *Tituli Thibilitani positi pro salute* Q. Antisti Adventi Postumi Aquilini et Noviae Crispinae eius et L. Antisti Mundici Burri et Antoniae Priscae matris eius et liberorum et familiae eorum VIII 18893 = D. 1091 (a. 164), pro salute Antistorum Adventi et Burri et liberorum eorum VIII 18898 = D. 1091 a. *Mél. Nicole p. 49. Frater minor videtur Q. Antisti Adventi (n. 754). L. Antistius Burrus consul a. 181 ab hoc puto diversus.*
Gr.

763 C. ANTISTIVS REGINVS, III vir (monetalis) sub Augusto *nummi aurei argentei Cohen* 1² p. 310 n. 346, p. 311 n. 347. *Babelon Monn. rép. Rom. 1 p. 149 sq. Grueber Rom. coins Brit. Mus. 2 p. 98 sq. n. 4660—4662. Mattingly Coins 1 p. 24. Bahrfeldt Röm. Goldm. 145 n. 184. Quando Reginus officio triumviri junctus sit, incertum; cogitant viri docti de a. c. 18 a. C. (Babelon), c. 17 a. C. (Willers Röm. Kupferpräg. p. 156), c. 13 a. C. (Mattingly), c. 8 a. C. (Grueber haud recte). Filius vel potius nepos videtur C. Antisti Regini legati Caesaris Caes. b. gall. 6, 1. 7, 83. 90. Antistios Reginos et Veteres ex eadem gente Gabiis oriunda fuisse comprobatur nummis et a C. Antistio Vetere (n. 771) et a Regino cuspis cum eadem inscriptione foedus p(opuli) R(omani) qum Gabinis.*
Gr.

764 (P. Antistius Reginus) *pater videtur fuisse (Antistiae) Reginae n. 779 (Not. d. sc. 1923, 374), sub qua vide.*
Gr.

765 L. ANTISTIVS RVSTICVS, consul (suffectus) sub Domitiano. *Tituli: lapis inventus Antiochiae Pisidiae Transact. Proceed. Amer. Assoc. 55, 5 sq., melius Journ. Rom. stud. 14, 180 (cf. ib. 15, 255 sq. 16, 115 sq.) = Ann. ép. 1925, 126 cf. 1926 p. 19 continens Rustici legati Cappadociae honores ordine inverso (1) edictumque eius in colonia propositum (2); nominatur una cum uxore in t. servae VI 27881 (3).*

L. Antistius . . f. Gal(eria) Rusticus *t. 1.* L. Antistius Rusticus *t. 2.* Antistius Rustic(us) *t. 3.* Antistius Rusticus *Mart. 9, 30. — Origine Hispanum fuisse ex tribu Galeria et ex rationibus, quae intercedebant inter eum et Martialem poetam, recte puto coniecit Stout Class. Philol. 21, 47. — Xvir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis II Augustae (tempore belli civilis ut videtur; legionem secundam tunc Vespasiano fuisse narrat Tac. h. 3, 44), adlectus inter praetorios a divo Vespasiano et divo Tito, donis militari-bus donatus ab iisdem corona murali corona vallari corona aurea vexillis III hastis puris III (dona militaria eum accepisse a. 77 vel 78 legatum sc. legionis ideoque ea in t. non suo loco relata esse recte statuit Cagnat Compt. rend. 1925, 234 sq.), curator viarum Aureliae et Corneliae, legatus divi Vespasiani*

et divi Titi et Imp. Caesaris Domitiani Aug. [Germanici] legionis VIII Augustae (*certe igitur anno 79 et etiamtum a. 81 legioni praefuit*), proconsul provinciae Hispaniae ulterioris Baeticae, praefectus aerarii Saturni *t. 1*. Consul *t. 1* suffectus a. incerto mediis principatus Domitiani temporibus. Legatus Imp. Caes. Domitiani Aug. Germanici (*Germanicus dici coeptus est Domitianus a. 84*) pro pr. provinciarum Cappadociae Galatiae Ponti Pisidiae Paphlagoniae Armeniae minoris Lycaoniae *t. 1* *cf. t. 2*. Rusticum his provinciis praetorium praefuisse consulemque factum esse sub finem legationis minus recte contendit Cagnat l. l. (*cf. Harrer Amer. Journ. arch. 29, 429 sq. Robinson Journ. Rom. stud. 15, 255 sq.*). Mortuus in Cappadocia *Mart. 9, 30, anno 93 vel 94 (cf. Friedländer in ed. Martialis 1 p. 61)*. — Patronus coloniae Antiochensis *t. 1. 2*. —

Uxor Mummia Nigrina *t. 3. Mart. 9, 30, parentela sine dubio coniuncta cum L. Mummio Nigro consule*. Nigrina ob pietatem erga maritum (*cuius nomen a poeta non adfertur*) laudatur a Martiale 4, 75 in epigrammate scripto a. 88 ut videtur (*cf. Friedländer l. l. p. 55*). Antisti Rustic(i) et Mummiae Nigrinae servae conservus a. 87 posuit *t. 3 sepulcralem*. Nigrina cineres mariti mortui Romam rettulit *Mart. 9, 30. Gr.*

— T. FLAVIUS VMBRIVS ANTISTIVS SATVRNINVS FORTVNATIANVS signo HYDATIVS.

766 ANTISTIVS SOSIANVS (*sic Tac. a. 16, 14; h. 4, 44, Antistius alibi*), tribunus plebis a. 56 *Tac. a. 13, 28; a. 62 praetor factitatis in Neronem carminibus probrosis a Cossutiano Capitone maiestatis delatus et in insulam relegatus ib. 14, 48. 49; 16, 14. 21; a. 66 ut P. Anteium et Ostorium Scapulam apud Neronem deferret, Romam advectus ib. 16, 14; a. 70 egressus exilium in insulam redactus Tac. h. 4, 44. Gr.*

767 Antistius Vetus, e primoribus Macedoniae maiestatis damnatus a. 21 *Tac. a. 3, 38, cf. supra n. 751. St.*

768 ANTISTIVS VETVS nescio quis memoratur in titulis libertarum VI 73 (= D. 3506). 11934, libertorum VI 11922. 11923. 11928, servi VI 17180. — Antistii Veteres homines de plebe VI 200 (a. 70 p. C.). III 6680 = D. 3490 (*t. Berytius*). X 7845 = D. 6107 (*in agro Caralitano rep.*). Gr.

769 [C. ANTIS]TIVS C. F. VETVS nescio quis in t. liberti bilingui III 12241. Gr.

770 C. ANTISTIVS VETVS, consul suffectus a. 724 = 30 a. C. In consulatu: C. Antistius Vetus I² p. 61 = IX 4191 fasti Amiternini (*min. IV*). C. Antistius I² p. 66 = IX 422 = D. 6123 fasti Venusini (*min. IX*). — C. Antistius Vell. 2, 90, 4 (*Aristius traditur*). Dio 47, 27, 2; 53, 25, 7. Vetus Antistius Brut. ad Cic. 1, 11, 1; 2, 3, 5. Antistius Plut. Brut. 25. Flor. 2, 33, 51. Oros. 6, 21, 6. Vetus Cic. ad Att. 14, 9, 3, ad Brut. 1, 12, 1. 2. Ούέτερ App. Illyr. 17. — Antistii Veteres origine Gabini fuisse videntur (*v. sub eo qui sequitur; Gabius L. Antistio Veteri n. 775 positus est t. XIV 2802*); tribui Aemiliae eos adscriptos esse ex t. XIV 2849 cognoscitur.

Filius C. Antistii Veteris, cuius, cum pro praetore Hispaniam ulteriorem regeret a. 69/68 a. C., C. Caesar quaestor fuerat *Plut. Caes. 5* (nomine non posito), cf. *Vell. 2, 43, 4*. A Caesare quaestor factus *Plut. l. l. a. 45 ut videtur* (v. infra; errore Klebs *PIR*¹ p. 88 n. 606 ex *Plutarchi loco conclusit Veterem quaestorem Caesaris a. 693 = 61 Hispaniam ulteriorem administrantis fuisse*); ab hoc igitur diversus Vetus Antistius tribunus plebis a. 56 a. C. *Cic. ad Q. fr. 2, 1, 3*. A. 45 Caecilium Bassum Apameae frustra obsedit *Cic. ad Att. 14, 9, 3* qui scribit a Vetere litteras datas ad Balbum pridie kal. Ian. (a. 45) cum a se Caecilium circum sederet et iam teneretur, venisse cum maximis copiis Pacorum Parthum, ita sibi esse eum ereptum multis suis amissis. *Dio 47, 27, 2—4*, quaestor puto pro praetore provinciae Syriae; nam quae *Velleius 2, 62, 3* tradit de quaestoribus pecunias ex transmarinis provinciis Romam deportantibus, ad *M. Appuleium et Veterem hunc pertinere videntur* (cf. *Lange Röm. Altert. 3², 527*. *Gelzer RE 10, 1001*). In Syria sine dubio imperator appellatus est Brut. ad *Cic. 1, 11, 2*. Exercitu dimisso *ib. 2, 3, 5* pecunias, quas Romam deportaturus erat (*Vell. 2, 62, 3* nomine non posito), M. Brutum sublevavit *Brut. ad Cic. 1, 11, 1. 2; 2, 3, 5*. *Plut. Brut. 25*. Romam profectus est praeturam petiturus (a. 43) *Brut. ad Cic. 1, 11, 2* cf. *Cic. ad Brut. 1, 12, 2*; ad Brutum rediit *Cic. ad Brut. 1, 12, 1* (praeturam igitur tum non adeptus esse videtur). Postea eum ad Caesaris partes transisse statuendum est. Contra Salassos per biennium (ante a. 34 a. C.) pugnavit *App. Illyr. 17* legatus praetorius ut videtur. Consul suffectus a. 30 a. C. ex kal. Iulii usque ad idus Septembres cum Imp. Caesare IIII cos. v. supra. Legatus Augusti adversus Cantabros feliciter pugnavit a. 25 a. C. *Vell. 2, 90, 4*. *Flor. 2, 33, 51*. *Oros. 6, 21, 6*. *Dio 53, 25, 7. 8*. Incertum num hic Antistius Vetus, qui villam Puteolanam Ciceronis paulo post obitum eius emit *Plin. n. h. 31, 7*. — Pater C. Antistii Veteris consulis a. 748 = 6 a. C. cf. *Vell. 2, 43, 4*. Gr.

771 C. ANTISTIVS VETVS, consul a. 748 = 6 a. C., memoratur in titulo Chio, qui exhibet epistulam successoris eius in proconsulatu Asiae scriptam aliquanto post octavum Augusti consulatum (26 a. C.) *IGR 4, 943 = Ditt. Syll.*³ 785 (1); referri possunt ad eum tituli Pergamenus *Inschr. v. Perg. 423 = IGR 4, 399 (2)*, bilinguis Apameae Ciboti rep. III 12241 = *IGR 4, 778 (3)*. Nummi cusi a. 738 = 16 a. C.: aureus *Cohen 1², 110 sq.* Babelon *Monn. rép. Rom. 1, 151 sq.* Grueber *Röm. coins Brit. Mus. 2, 54*. Mattingly *Coins 1 p. 19*. *Bahrfeldt Röm. Goldm. 146 n. 186*, denarii *Cohen l. l. Babelon l. l. Grueber p. 55 sq. n. 4489—4493*. Mattingly p. 18 sq. (de inscriptione denariorum *Grueber n. 4492 sq.* Mattingly n. 96 sq. foedus p(opuli) R(omani) qum Gabinis v. supra sub C. Antistio Regino n. 763).

In consulatu: C. Antistius Vetus VI 763 = D. 3307. C. Ante[st]ius Vetus X 5161. Γ. Ἀντίστιος Γ. υἱ. Οὐτέρερ *Dio ind. l. 55*. C. Antistius

Mon. Ancy. l. 3, 28 = *gr.* 9, 5. VI 11034 = D. 7890. *Dio* 55, 9, 1. *Cassiodor.* (*Chron. min.* 2, 135 M.), *alibi* *Vetus fasti* (t. *Gruter* 192, 9 = VI 693* *ficticius est*). — [C. Antis]tius C. f. *Vetus t.* 3. C. Antistius [Vetus] t. 2. C. Antistius *Vetus nummi*. Antistius *Vetus t.* 1. — (Antistius) *Vetus Vell.* 2, 43, 4.

C. f. t. 3. *Dio ind.* l. 55, *filius ergo C. Antistii Veteris consulis a.* 724 = 30 a. C.; nepos (C.) Antistii Veteris pro praetore Hispaniae a. 685/686 *Vell.* 2, 43, 4. III vir (monetalis) a. 738/739 = 16/15 a. C. (Imp. Caesar August. tr. pot. VIII *Grueber n.* 4489. 4492 sq. *Mattingly n.* 95 sq.) una cum L. Mescinio Rufo et L. Vinicio *nummi v. supra*. Consul a. 748, cum D. Laelio Balbo *v. supra*. Consularis atque pontifex *Vell. l. l.* Proconsul Asiae a. incerto sub Augusto (*fortasse a. c.* 3/4 p. C. cf. *Waddington Fast. n.* 63) t. 1; in proconsulatu probabiliter ei positi sunt tituli 2. 3. Cum *filius eius minor teste t. XIV 2802 patricius fuerit (cf. n. 775), videtur ab Augusto inter patricos relatus esse (cf. Heiter De patr. gent. p. 42).* A. 30 p. C. fuit in vivis *Vell. l. l.* Vir in tantum bonus in quantum humana simplicitas intellegi potest *Vell. l. l.* — Patronus Pergamenorum t. 2. *Hic fortasse honoratur t. Attico IG 3, 589 ὁ δῆμος Γάιον Ἀνθέστιον Γάιου ὄον Ουέτερα.*

Duorum consularium et sacerdotum pater *Vell.* 2, 43, 4, scil. C. Antistii Veteris consulis a. 23 et L. Antistii Veteris consulis *suffecti sub Tiberio.*

Gr.

772 C. ANTISTIVS VETVS, consul a. 23 p. C. In consulatu: C. Antistius *Vetus VI 10051 = D. 5283. Frontin. ag.* 102. *Plin. n. h.* 33, 32. [C. Antistius V]etus I² p. 70 *fasti Arv. (min. XIV).* Γ. Ἀντίστιος Γ. υί. Ουέρος (*traditur* ἰοῦστος) *Dio ind.* l. 57. C. Antistius X 895 = D. 6394. *Tac. a.* 4, 1. *Cassiodor. p.* 136 M. C. An[tistius] VI 29681; *alibi Vetus fasti (errore Βίκτορος Epiph. Chron. min.* 1, 219 M.; t. *Fabretti p.* 627, 234 = VI 2191* *fictus est*). — C. Antistius C. f. C. n. *Vetus cippi terminales positi cum esset curator alvei Tiberis XIV 4704 (1—3) cf. 192.* C. Antistius *Vetus fasti Arv. sub a.* 20 (4).

C. f. C. n. t. 1—3, C. f. *Dio ind.* l. 57: *filius C. Antistii Veteris consulis a.* 748, nepos C. Antistii Veteris consulis a. 724, frater L. Antistii Veteris consulis (*suffecti*) sub Tiberio *cf. Vell.* 2, 43, 4. Praetor urbanus a. 20 t. 4. Consul a. 23 cum C. Asinio Pollione *v. supra*; secundo semestri ei successit C. Stertinius Maximus (*cf. fastos Arv. et titulum Samium IGR 4, 1724*). Consularis et sacerdotio ornatus *Vell.* 2, 43, 4 (*nomine omissa*). Curator riparum et alvei Tiberis (*primus in collegio*) t. 1—3, *successor ut videtur C. Vibii Rufi.* — Probabiliter pater C. Antistii Veteris consulis a. 50, *fortasse etiam L. Antistii Veteris consulis a.* 55. Gr.

773 C. ANTISTIVS VETVS, consul a. 50 p. C. cum M. Suillio Nerullino, *videtur hoc anno consulatum iterum suscepisse; cognovimus enim ex fragmento*

fastorum Campanorum (Röm. Mitt. 19, 322) k(alendis) Mart(iis) loc(o) Valer(i) Asiatici) Vetus Antistius Veterem iam a. 46 suffectum fasces gessisse; hunc a nostro non diversum esse apparet ex t. XII 2234 = D. 2342 C. Antistio Vetere II M. Suillio Nerullino cos., ubi minus recte et restituere voluerunt editores pro II (cf. Hülsen Röm. Mitt. l. l.). Sane mirum a. 46 iam d. 15 m. Martii Sulpicium Camerinum Veteri in consulatu successisse (cf. V 5050 = D. 206), sed fieri potest ut Antistius hic ob causam aliquam nobis ignotam statim consulatu se abdicaverit atque paucis annis post a Claudio imperatore altero consulatu ornatus sit. — In consulatu altero: C. Antistius Vetus X 6638. XII 2234. VI 8639 = X 6637 I 15 (ex restitutione). C. Antistius Tac. a. 12, 25, alibi Vetus fasti. — Filius videtur C. Antistii Veteris consulis a. 23 p. C., pater consulis a. 96, qui sequitur.
Gr.

774 C. ANTISTIVS VETVS, consul a. 96 cum T. Manlio Valente. *In consulatu: C. Antistius Vetus VI 17 707. Röm. Mitt. 1, 128. G. Ant. Ve III 151 (cf. quae de hoc t. Sidonensi exposuit recte sine dubio Ritterling Rh. Mus. 58, 1903, 476). C. Antistius Dio 67, 14, 5, alibi Vetus fasti. Filius videtur consulis cognominis a. 50, qui praecedit.*
Gr.

775 L. ANTISTIVS VETVS, consul (suffectus) sub Tiberio. *Titulus ante consulatum ei publice positus a Gabinis XIV 2802 = D. 948 (1); consulatus memoratur VI 10 293 = D. 7918 (2).*
Gr.

L. Antistius C. f. Vetus t. 1. L. Antistius Vet[us] t. 2. Filius C. Antistii Veteris consulis a 748 cf. Vell. 2, 43, 4. X vir stlitibus iudicandis (*turbato ordine in t. ponitur inter praeturam et quaesturam*), quaestor Tiberii Caesaris Augusti, praetor (*omisit tribunatum vel aedilitatem utpote patricius*) t. 1. Consul (suffectus) cum Q. Iunio Blaeso d. 23 m. Dec. anni incerti paullo ante a. 29 t. 2; anno 28 tribuit consulatum Borghesi 4, 450, cui adsensus est Dessau PIR¹ 2 p. 235 n. 480, sed nescio num recte. *Consulatus Blaesi et Veteris memorari videtur apud Aelian. fr. 110 Hercher ὑπάτω δὲ ἦσθην Ἰούνιος Βλαΐσιος καὶ Λεύκιος = Suid. s. v. Ἀπίκιος n. 2113 Adler. Pontifex t. 1; consularis atque sacerdotio ornatus dicitur nominibus omissis a. 30 a Velleio 2, 43, 4.*
Gr.

776 L. ANTISTIVS VETVS, consul a. 55 p. C., *memoratur in titulo Mogontiacensi XIII 6820 = D. 2491 (1). In consulatu: L. Antistius Vetus VIII 8837 = D. 6103. IV p. 292 n. 13 tabula cerata Pompeiana. L. Antistius (nomina plus minus integra) IV p. 290—293 n. 10. 11. 12. 14 tabulae ceratae. ib. 5513 (cf. infra). Tac. a. 13, 11. Antistius Vetus III 7380 = D. 5682, alibi Vetus fasti. — [L. An]tistius [V]etus t. 1. L. Vetus Tac. a. 13, 53. 16, 10. L. Antistius ib. 14, 58. — Idem ni fallor intellegendus est L. Antistius C. f. Aem(ilia) Vetus augur, qui Fortunae Primigeniae ex voto suscepto dedicavit aram Praenestinam XIV 2849 (2), nam ex duobus*

huius stirpis viris Lucii praenomen gerentibus aller, qui fasces gessit imperante Tiberio (n. 775), pontificatu functus est.

Pater fuit, si t. 2 pertinet ad Veterem hunc, C. Antistius Vetus consul a. 23. — Consul a. 55 cum Nerone Augusto Tac. a. 13, 11; 16, 10, v. supra; cum (kal. Ianuariis) in acta principum iurarent magistratus, Nero in sua acta collegam Antistium iurare prohibuit Tac. a. 13, 11. Nero qui hunc consulatum bimestrem gessit (Suet. Nero 14), videtur sibi suffecisse N. Cestium, nam titulum in amphora scriptum IV 5513 N. Cesti[o] L. Antistio c[os.] ad a. 55 spectare probabile est. — Post consulatum exercitui (Germaniae superioris) praefuit Tac. a. 13, 53 probabiliter iam a. 55, ut elucet ex Taciti narratione, qui tradit Paulinum eodem tempore legatum exercitus Germaniae inferioris aggerem ante tres et sexaginta annos a Druso inchoatum absolvisse. Mosellam atque Ararim facta inter utrumque fossa conectere parabat, sed Aelius Gracilis Belgicae legatus eum deterruit, ne legiones alienae provinciae inferret studiaque Galliarum affectaret Tac. l. l.; legatus Aug. pro pr. a. 56 t. 1; eo ipso anno T. Curtilius Mancina in eius locum successit, si modo recte tradidit Phlego mir. 27 Manciam iam a. 56 exercitui superiori praefuisse. A. 62 mandata ad Rubellium Plautum generum per libertum Plauti misit Tac. a. 14, 58. 59. Proconsul Asiae ib. 16, 10 anno 64/65 ut videtur, nam paulo post proconsulatum damnatus est, a. autem 63/64 L. Salvius Otho Titianus provinciae praefuisse videtur. — Augur t. 2.

A. 65 ipse socrusque eius Sextia et Antistia Pollitta (?) filia, invisi Neroni, tamquam vivendo exprobrarent interfectum esse Rubellium Plautum generum Luci Veteris, accusantur apud Neronem a Fortunato liberto adscito Claudio Demiano; damnationem anteierunt venas simul solventes; post sepulturam decretum a senatu, ut more maiorum punirentur, et Nero intercessit mortem sine arbitro permittens Tac. a. 16, 10. 11 cf. 22.

Praeter Antistiam filiam liberos tempore mortis ei non fuisse ex Taciti narratione apparet; nepotes memorantur Tac. 14, 59; 16, 11. — Idem videtur L. Vetus auctor Plinii Plin. n. h. ind. l. 3—6. — Publius (?) Gallus eques Romanus Veteri non alienus Tac. a. 16, 12. — Praedia videtur habuisse in agris Formianis ib. 16, 10. Gr.

777 ANTISTIVS ZOILLVS, vir clarissimus, patronus ordinis sacerdotum domus Augustae Palatinae aetate Commodi VI 2010. Gr.

778 ANTISTIA POLLITTA (?) (Antistia Tac. a. 14, 22, Poliitia cod. ib. 16, 10 correxit Nipperdey), L. Antistii Veteris consulis a. 55 filia Tac. a. 14, 58. 59; 16, 10, uxor Rubellii Plauti, quem cum a. 60 a Nerone iussus esset in Asiam secedere, sectata est ib. 14, 22 cf. 58. 59; neci mariti a. 62 in Asia perpetratae adfuit ib. 16, 10; vidua Romam reversa a. 65 una cum patre et avia venas exsolvit ib. 16, 10. 11. Liberi Plauti ex Antistia nati (Veteris nepotes) memorantur ib. 14, 59. 16, 11. Gr.

- 779 (Antistia P. f.) Regina: *eius libertus* P. Antistius Regina(e) l. Eros *Not. d. sc. 1923, 374 t. sepulchralis suburbanus; parentela certe coniuncta cum C. Antistio Regino.* Gr.
- 780 C. ANTIUS (Cantius *codex*) a. 16 p. C. a Germanico missus ad census Galliarum *Tac. a. 2, 6; fortasse ex posteris (C.) Antii Restionis proscripti a. a. C. 43 a triumviris. Idem fortasse (C. Antius) Restio, qui memoratur in t. sepulchrali liberti VI 34433.* Gr.
- C. ANTIUS A. IVLIVS QVADRATVS v. A. Iulius Quadratus.
- 781 M. ANTIUS CRESCENS CALPVRNIANVS. *Tituli: memoratur in Ostiensibus XIV 324 = D. 4176 (1) posito a. 203 et XIV 325, melius ib. p. 614 (2) posito a. 194, in actis ludorum saecularium Severi VI 32326, 50. 32327, 10. 32332, 3 (3—5); ad eum referendum est fragmentum t. urbani VI 1336 cf. 31634 = D. 1151 (6). — Plena nomina exhibet t. 1; M. An[tius. . .] Crescens Calpurnianus t. 6; [Cresce]ns Calpurnianus t. 2; Crescens Calpurnianus t. 3—5. — Vir clarissimus t. 2. Cursum honorum ordine inverso exhibuit t. 6: primi honores ignorantur; pr[aetor?], [curator] rei publicae Mars[orum Marruviorum], legatus pr. pr. provinciae, iuridicus Britanniae vice legati, proconsul provinciae M[acedoniae], [consul] *suffectus anno incerto saeculi III ineuntis; XV vir sacris faciundis t. 6, nominatur a. 204 in actis ludorum saecularium t. 3—5. Pontifex Volkani et aedium sacrarum Ostiae a. 194 t. 2, a. 203 t. 1.* Gr.*
- 782 M. ANTIUS GRAT[IL]LIANVS, quaestor pr. pr. pr[ovinciae Siciliae], clarissimus vir, d. 7 m. Sept. a. 213 *titulum dedicavit Lilybaetanum X 7228.* Gr.
- M. ANTONIVS ANTIUS LVPVS.
- 783 ANTIUS POL(L)IO, consul (suffectus) cum Opimiano III nonas No(v)emb. a. p. C. 155 VI 2120 *cf. 32398 a = D. 8380.* Gr.
- 784 Antius Rufinus (*praenomen nusquam ut videtur exstat; Marcus sine idonea causa suppletur*) ex auctoritate imperatoris Hadriani a. 136 fines inter Moesos et Thracas posuit *cippi terminales III 749 (= D. 5956), cf. p. 992. 12 407. 14 422¹. Klio 12, 236. Dubito num fuerit legatus pr. pr. Moesiae inferioris, id quod Mommsen Klebs alii statuerunt (cf. Stout Governors of Moesia p. 49. Stein Thracia p. 15 sq.).* Gr.
- 785 ANTIA L. [F.] MARCELLINA, M. Antoni Zenonis (*consulis a. 148 ut videtur*) uxor, t. *posuit urbanum VI 36848 (L[upi f.] restituit Gatti sine iusta causa); mater probabiliter M. Antonii Antii Lupi.* Gr.
- 786 ANTIA MARCELLINA, M. Antonii Antii Lupi filia VI 1343 = D. 1127. Gr.
- Aelia Antonina.
- 787 Antoninus, filius Abgari quondam regis, Abgaro fratri *posuit t. sepulchralem urbanum IG 14, 1315 = IGR 1, 179. Eundem fuisse existimat Gutschmid Mém. de l'acad. de St. Petersbourg 1887, p. 44 Mannum, Abgari regis Osroenorum filium, dubito num recte.* St.

- 788 Antoninus, homo plebeius *vita Get.* 3, 5. St.
 789 Antoninus, popa *vita Get.* 3, 8. St.
 790 Antoninus, sub Gallieno imperium affectans occiditur, *Zosim.* 1, 38, 1. St.
 791 Antoninus, pater Sexti *Galen.* 14, 651. St.
- ANTONINVS, frater gemellus Commodi, *vide* T. Aurelius Fulvus Antoninus.
 — ANTONINVS *Paus.* 2, 27, 6. 7 v. Sex. Iulius Maior Antoninus Pythodorus.
 — T. AELIVS ANTONINVS.
 — IMP. CAESAR T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVGVSTVS PIVS = T. AVRE-
 LIVS FVLVVS BOIONIVS ARRIVS ANTONINVS.
 — ARRIVS ANTONINVS.
 — C. ARRIVS ANTONINVS.
 — Aurelius Antoninus.
 — **M. Aurelius Antoninus.**
 — T. AVRELIVS ANTONINVS.
 — IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVGVSTVS = M. ANNVS VERVS.
 — IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVGVSTVS (= *Elagabalus*), *vide*
 (VARIVS) AVITVS.
 — IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVGVSTVS *sive* IMP. CAESAR M.
 AVRELIVS SEVERVS ANTONINVS AVGVSTVS (= *Caracalla*), *vide* (SEPTIMIVS)
 BASSIANVS.
 — IMP. CAESAR M. AVRELIVS COMMODVS ANTONINVS AVGVSTVS.
 — M. AVRELIVS FVLVVS ANTONINVS.
 — T. AVRELIVS FVLVVS ANTONINVS.
 — T. AVRELIVS FVLVVS BOIONIVS ARRIVS ANTONINVS = IMP. CAESAR T. AELIVS
 HADRIANVS ANTONINVS AVGVSTVS PIVS.
 — TI. CLAVDIVS DRYANTIANVS ANTONINVS.
 — M. CLAVDIVS P. VEDIVS ANTONINVS PHAEDRVS SABINIANVS v. P. Vedius
 Antoninus.
 — T. FLAVIVS VEDIVS ANTONINVS.
 — M. GALERIVS AVRELIVS ANTONINVS.
 — Q. HATERIVS ANTONINVS.
 — L. IVL. AVR. SVLP. VRA. ANTONINVS.
 — SEX. IVLIVS MAIOR ANTONINVS PYTHODORVS.
 — OCTAVIVS ANTONINVS.
 — M. OPELLIVS ANTONINVS DIADVMEIANVS CAESAR.
 — PETRONIVS ANTONINVS.
 — Petronius Antoninus.
 — SALLIVS ANTONINVS.
 — P. VEDIVS ANTONINVS.
 — P. VEDIVS PAPIANVS ANTONINVS.
 — T. VLPIVS AELIANVS ANTONINVS.

- 792 Antoninus Aquila, rhetor, quem Aufidio Victorino commendat Fronto
ad amic. 1, 7 p. 179 N. (= 2, 168. 170 Haines). Vix idem Aquila sophistes
 e Galatia oriundus *Philostr. v. soph. 2, 11, 1. St.*
 — Antoninus Balbus *vide* Antonius Balbus.
- 793 Antoninus Secundus, ὁ κράτιστος *t. Olbae Ciliciae rep. Journ. hell. stud.*
12, 263 = IGR 3, 849. St.
- 794 ANTONI[VS], c(urator) o(perum) [p(ublicorum)] a. 183 *VI 36874;*
fortasse M. Antonius Iuvenis. Gr.
- 795 Antonius, eques Romanus a. 55 ob veneficia a Nerone morte punitus est
Dio exc. 61, 7, 6. Eundem esse Antonium φαρμακοπώλην (Galen. 13, 281.
935) nonnulli sine idonea causa putaverunt. St.
- 796 Antonius, praefectus alae, quae a. 67 Ascalone tendebat, Iudaeos semel
 atque iterum aggredientes devicit *Ios. bell. 3, 12—26. St.*
- 797 Antonius, centurio Iotapatis occisus est a. 67 *Ios. bell. 3, 333—336. St.*
- 798 Antonius, Epicureus, φιλομαθῆς καὶ φιλόσοφος *Galen. 5, 1; 19, 629.*
 Scripsit librum περὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσιν ἐφεδρείας *l. l. 5, 1;*
 Galenus ei dedicavit librum περὶ σφυγμῶν *l. l. 19, 629. Cf. v. Rohden*
RE 1, 2576, 9. W.
- 799 Antonius, centurio a. 175 Avidium Cassium vulneravit *Dio-Xiph. 71,*
27, 2. 3. St.
 — Valerius Antonius.
- 800 IULLVS ANTONIVS, consul a. 744 = 10 a. C. *Iullum rectam praeonominis*
formam fuisse docent tituli urbani VI 30 974 = D. 92 ab Augusto positus
Iullo Antonio Africano Fabio cos. (1), Ann. ép. 1 911, 89 sepulcralis positus
Iullo Antonio Africano cos. (2), item sepulcralis M. Antoni Iulli patris l.
Rufionis VI 12 010 cf. 34051 (3). Apud scriptores prae-nomen insolitum
a librariis plerumque corruptum est, sed recte Ἰουλλος Dio 51, 15, 7; 54,
26, 2, Iullus Cassiodor. p. 135 M.; Hor. in inscriptione c. 4, 2 et v. 2 in
codicum parte servatum l duplex, item Suet. de gramm. 18. Iulius Vell.
2, 100, 4. Suet. Claud. 2. Tac. a. 1, 10; 3, 18; 4, 44. Ios. ant. 16, 172.
Dio ind. l. 54. 55, 1, 1; 10, 15. Porph. et Acro ad Hor. l. l.; infra
librariorum error neglegetur.
In consulatu: Iullus Antonius t. 1. 2. Suet. Claud. 2. Dio ind. l. 54. 55,
1, 1. Cassiodor l. l. (nomen gentile corruptum); Africano et Maximo fasti
cos. nonnulli cognomen collegae errore Antonio tribuentes (cf. I² p. 162). —
Iullus Antonius Vell. 2, 100, 4. Tac. a. 3, 18; 4, 44. Suet. de gramm. 18.
Ios. ant. 16, 172. Dio 55, 10, 15; Iullus Tac. a. 1, 10. Dio 51, 15, 7; 54,
26, 2; Antonius Sen. de brev. v. 4, 6. Plut. Anton. 87. Horatius c. 4, 2
eum adloquitur Iulle v. 2, Antoni v. 26. — Quod libertus in t. 3 prae-nomine
Marci utitur, patronus, cum Iulli prae-nomen nobile liberti omnino dari
non posset, prae-nomen patris ei tribuit.
 M. υἱός *Dio ind. l. 54, M. Antonii triumviri ex Fulvia filius minor*

Plut. Anton. 87. Dio 51, 15, 7. Suet. de gramm. 18 cf. Aug. 17. Dum pater in oriente moratur, Romae ab Octavia educatus est Plut. Anton. 54, magistro usus L. Crassicio grammatico Suet. de gramm. l. l. Post necem patris a. 724 = 30 non tantum incolumitate ab Augusto donatus sed summis honoribus affectus est Plut. Ant. 87. Vell. 2, 100, 4. Dio 51, 15, 7. Augustus ei Marcellam (maiores ut videtur) sororis suae filiam M. Agrippae a. 733 = 21 abductam in matrimonium dedit Plut. l. l. Vell. l. l. cf. Tac. a. 4, 44. Praetor Vell. l. l. a. 741 = 13 a. C. natalem Augusti ludis circensibus et venatione celebravit et ex senatus consulto Augusto et senatoribus epulum dedit Dio 54, 26, 2; paullo ante ut videtur Horatius ad eum scripsit carmen 4, 2. Consul a. 744 = 10 a. C. cum Africano Fabio Maximo v. supra. Sacerdotio, praetura, consulatu, provinciis honoratus Vell. l. l. Proconsul (provinciae Asiae) Ios. ant. 16, 172, ubi affertur epistula Iulli Antonii proconsulis ad Ephesios data (proconsulatu functus est inter annos 745 et 751 excepto anno 748/749, quo Asinius Gallus provinciam obtinuit). Adulter Iuliae Augusti filiae Vell. 2, 100, 4, 5. Sen. de brev. v. 4, 6. Tac. a. 4, 44. Dio 55, 10, 15. A. 752 = 2 a. C. criminibus Iuliae detectis Iullus, quasi imperium affectasset, capitis damnatus est Dio exc. l. l. = Zon. 10, 35, cf. Sen. l. l. Tac. a. 1, 10; ob adulterium Iuliae morte punitus Tac. 4, 44 cf. 3, 18, 24; ipse sceleris a se commissi ultor fuit Vell. 2, 100, 4. Nomen in fastis non erasum Tac. a. 3, 18.

Cum in t. 3 dicatur Iullus pater, necesse est eum filium cognominem habuisse; alter filius L. Antonius Tac. a. 4, 44 (ex praenomine natu minor); filia fortasse (Antonia) Iulla, si recte in t. nunc deperdito M. Antoni Agathangeli Lullaes l. VI 11959 pro Lullaes emendatur Iullaes. — Liberatorum eius mentionem facit Dio 51, 15, 7; cf. t. 3.

Heroico metro Διομηδείας XII libros scripsit egregios, praeterea et prosa aliquanta Ps. Acro Hor. c. 4, 2, 33; 'concines maiore poeta plectro Caesarem' (herois sc. versibus) Hor. c. 4, 2, 33 sq., cf. 41 (lectionem traditam truentur Buecheler Rh. M. 44, 318, Heinze in ed. Hor., alii, recte puto). Gr.

801 (IVLLVS ANTONIVS), filius eius qui praecedit, tenera aetate mortem obisse videtur. Gr.

802 L. ANTONIVS, Iulli Antonii (et Claudiae Marcellae) filius, Octaviae Augusti sororis nepos, post mortem patris admodum adolescentulus sepositus ab Augusto in civitatem Massiliensem, ubi specie studiorum nomen exilii tegetur; ibi obiit a. p. C. 25; habitus supremis honor ossaque tumulo Octaviorum inlata per decretum senatus Tac. a. 4, 44. Gr.

803 Ant[onius] genes, ὁ κράτιστος, filius Flavii . . . is et [D]iocleae t. Rhodius Rev. ét. Gr. 16, 184 sq. St.

804 M. ANTONIVS . . . ANVS, sodalis Augustalis Claudialis cooptatus a. 210 VI 1984, (in eius locum) alius cooptatus a. 225 ib.; fortasse [Severi]anus vel [Arri]anus. Gr.

- 805 M. ANTONIVS ...MVS (*Primus?*) PR...VS, unus ex pueris patrimis et matrimis senatorum filiis, qui Arvalibus ministrarunt a. 118 VI 2078 = 32374 acta Arvalium. Gr.
- 806 ANTONIVS ...LIVS, legatus pr. pr. (Ciliciae) imperante Septimio Severo intra a. 198 et 209 IGR 3, 848, v. infra sub Antonio Balbo. Gr.
- 807 Ant(onius) Acutus, praefectus annonae urbis Romae VI 1474. St.
- 808 Antonius Aelianus, procurator ut videtur Neaspoleos a. 188 P. Oxy. 4, 708 = Wilcken Chrest. 432. St.
- L. Sep(timius) Antonius Agath[o]nicus.
- 809 (Antonius) Agrippa, filius Antonii Felicis et Drusillae, periit a. 79 in eruptione Vesuvii montis una cum matre (vel uxore?) Ios. bell. 20, 144 (Zonar. 6, 15). St.
- 810 L. ANTONIVS ALBVS (*plena nomina extant in actis Arv., parvulum mutilata in t. Ephesino; Ἄλβος Aristid.*), frater Arvalis collegio adfuit a. 117. 118. 120. 129. 130. 139. 145 VI 2076. 2078 = 32374. 2080. 2083. 2084. 2085 = 32379 = D. 5038, a. incerto Not. d. sc. 1919, 102. Consul suffectus a. incerto probabiliter sub Hadriano. Proconsul Asiae imperante Pio t. Ephesinus Jahresh. 25, 1929 Beibl. 25 = SEG 4, 533. Ael. Aristides or. 49, 38 p. 422 K.; cum iam ante a. 117 cooptatus sit inter fratres Arvales, proconsulatus Asiae ad annos priores Antonini Pii referendus esse videtur (cf. Keil Jahresh. l. l.). — Nominatur in fistula plumbea reperta in agro Tusculano Eph. ep. 9, 686 Antoni Albi. Demetr(ius) L. Ant. Albi ser(vus) fec(it) et in titulo servorum urbano VI 25050 (Anto. Alb. serva, Ant. Albi servus). Gr.
- 811 Antonius Alexander, epistrategus (septem nomorum) in Aegypto a. 244. 245 P. Oxy. 8, 1119 = Wilcken Chrest. 397. St.
- 812 M. ANTONIVS ANTIUS LVPVS. Titulus sepulchralis ei post memoriam restitutam positus VI 1343 = D. 1127. Plena nomina exhibet t., Antius Lupus vita Comm. 7, 5. — Patricius (adlectus puto post vigintiviratum); praefectus feriarum Latinarum, X vir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis II adiutricis piae fidelis, quaestor, praetor; augur, sodalis Titius t. A Commodo occisus (non ante a. 190) vita Comm. 7, 5; cuius memoria per vim oppressi in integrum secundum amplissimi ordinis consultum restituta est t., scil. post necem Commodi, cf. vita Pert. 6, 8. — Claudia Regilla uxor eius, Antia Marcellina filia t.; M. Valerius Bradua Mauricus (cos. a. 191) et Antonia Vitellia adfines, Q. Fabius Honoratus et T. Annaeus Placidus amici sepulchrum ab eo coeptum perfecerunt t. — Eum filium fuisse M. Antonii Zenonis consulis a. 148 et Antiae Marcellinae putaverim. Gr.
- 813 Antonius Apollodorus, asiarcha, pater senatoris (cuius nomen non comperimus) t. Milesii Rev. arch. 28 (1874), 109 sqq. Wadd. 213 (ubi velim legas [πατὸς συνκλητικοῦ]). Alius filius M. Ant. Antiochus asiarcha, pater Antonius Apollodorus item asiarcha Wadd. 244. St.

— M. Antonius Aristomenes v. *infra sub Antonio Flamma.*

- 814 ANTONIVS ARRIANVS, clarissimus iuuenis, nutritori suo posuit *t. sepulcralem urbanum VI 31686, melius 37055.* Gr.
- 815 Antonius Atticus, rhetor *Sen. suas. 2, 16.* St.
- 816 ANTONIVS BALBVVS, λαμπρότατος στρατηγός, *nominatur in t. Charadri in Cilicia rep., posito imperante Septimio Severo intra annos 198—209 IGR 3, 838, sine dubio legatus Aug. pr. pr. provinciae Ciliciae. Vide num eiusdem legati mentio fiat in t. Olbae sub eodem imperatore dedicato IGR 3, 848, ubi agnoscitur [A]ντωνίου[σ . . .]λίου [πρε]σβ[ε]υτοῦ ἀντι[στρατη]γού, τοῦ λα[μπ]ροτάτο[σ], modo ut λίου levi errore descriptum esse statuamus (hunc titulum a. 198 incisum esse non ita certum videtur). Idem puto intelligendus est Antonius Balbus (Antoninum traditur, Antonium scribendum videtur, cum ceteri fere omnes, qui eo loco recensentur, nomine gentilicio significantur), homo nobilis ab imperatore Septimio Severo occisus vit. Sev. 13, 2 (ubi vix omnes qui memorantur crediderim ipso a. 197 post victoriam ab Albino reportatam interfectos esse; immo videtur hoc loco auctor laterculum attulisse senatorum per totum Severi imperium inde ab a. 197 occisorum). — Fortasse pater eius qui sequitur.* Gr.
- 817 M. ANTONIVS BALBVVS, vir clarissimus, patronus coloniae Canusii a. 223 IX 338 album Canusinum; filius puto eius qui praecedit. Gr.
- M. Antonius Cascellius v. *infra sub Antonio Flamma.*
- 818 P. Antonius Cassianus, procurator Augusti a. 175, vir [egregius] t. Numidicus VIII 2276 cf. p. 950. St.
- 819 Q. ANTONIVS CASSIVS CASSIANVS, consularis VI 1344 t. sepulcralis. Cum hoc parentela probabiliter coniunctus Ti. Licinius Cassius Cassianus, frater Arvalis a. 145. Gr.
- 820 Antonius Castor, artis herbariae peritissimus, aetate Plinii centesimum aetatis annum excessit *Plin. n. h. 25, 9; auctor Plinii ind. l. 20—27, citatur (Castor nude) ib. 20, 174. 244. 261; 23, 166; 26, 51. Cf. M. Wellmann RE 1, 2615, 45.* W.
- 821 T. Ant(onium) Cl(audius) Alienus Arignotus. Tituli Thyatireni CIG 3484 = IGR 4, 1204 (1). CIG 3497 = IGR 4, 1213 = D. 8853 (2). T. Ant. Alfenus Arignotus t. 1. . . . Ant. Cl. Alf. Arignotus, tribu Quirina, filius et nepos archiereon Asiae, affinis consularium, patruelis Alf. Apollinaris t. 2. A tribus militiis t. 1; enumerantur militiae t. 2: postquam annonam portuum Seleucia Pieriae sub Marco, a. 175 ut videtur (cf. Domaszewski Ἐπιτύμβιον f. Swoboda 17; Premerstein Jahresh. 13, 205), curavit, fuit praefectus cohortis II Fl. Numidarum et praepositus cohortis II Fl. Bessorum (in Dacia Maluensi), tribunus cohortis primae Cilicum et praepositus cohortis primae Gaetulorum, praefectus alae II Flaviae Agrippianae et praepositus alae singularium (in Syria). Procurator Augusti regionis (ἀρχῆς cf. Hirschfeld Kl. Schr. 565, 6) Livianae t. 1. 2

- imperante Caracalla, cui dedicavit titulos, *post a. 213, t. 1, vir egregius t. 2*. Fuit *praeterea* logistes complurium Syriae civitatum *t. 2*. *St.*
- L. Antonius Claudius Dometinus Diogenes *vide* Claudius.
- 822 Antonius Colonianus. *Utrumque nomen P. Oxy. 1, 70 (1)*. Colonianus *P. Mich. 2920 = Preisigke SB 7361 (2)*. Epistrategus (Heptanomiae) *pap. 1. 2, ó κράτιστος pap. 2*. Anno 211/2 *pap. 2, d. 29 m. Iul. 212 pap. 1*. *St.*
- 823 M. ANTONIVS CRISPINVS, clarissimus vir, patronus coloniae Canusii a. 223 *IX 338 album Canusinum*. *Gr.*
- 824 Antonius Diogenes (*sic Photius, ceterum Diogenes*), qui scripsit τῶν ὑπὲρ Θεούλην ἀπίστων λόγων libros XXIV *exc. ap. Phot. bibl. cod. 166 p. 109a—112 a B. (= Erotici 1, 233—237 Herch.)*, dedicatos Isidorae sorori *ib. c. 12 Herch.*; de ipso opere agit in epistula ad Faustinum data (*c. 11*), eo Lucianus utitur fonte in 'Vera historia' (*Phot. c. 13*). *Eius operis fragmentum in papyro graeca perspicere sibi visus est Gallavotti Stud. ital. di fil. cl. 8 (1930), 248. Affertur saepius ab auctoribus: Serv. Verg. Georg. (schol. Daniel.) 1, 30. Porphyry. v. Pythag. 10. 32. Epiphan. adv. haer. 1, 33. Lyd. de mens. 4, 29, cf. Euseb. c. Hierocl. 17 (τὰ ὑπὲρ Θεούλην ἀπίστα nomine auctoris non posito). Synes. epist. 148 p. 731 Herch. De eo uberrime egit Rohde Griech. Rom.³ 269—309.* *St.*
- 825 L. Antonius Expectatus, L. Antoni Firmi filius *t. Salonitanus III 2075*. *St.*
- 826 M. Antoni(us) Fabianus, M. f., Fabia, conductor portori Illyrici, procurator quadragesimae Galliarum et portus, procurator argentariarum Pannonicarum *t. prope Viminacium rep. Jahresh. 8 B. 3 = D. 9019. Via dubium, quin ex eadem familia sint C. Antonius Iulianus, C. Antonius Rufus, Ant. [S]ilvanus item conductores vel procuratores portori Illyrici.* *St.*
- 827 M. ANTONIVS FE...., sodalis Augustalis Claudialis cooptatus a. 225 *VI 1984*; (in eius locum) alius cooptatus a. 229 *ib.*; *cf. sub Antonio Felice Magno*. *Gr.*
- 828 (M.) Antonius Felix. *Praenomen sequitur ex nomine M. Antoni triumviri, patris Antoniae, quae eum liberavit; quod Epit. de Caes. 4, 7 minus accurate inter libertos Claudii enumeratur, id nomine eius gentilicio refellitur. Antonius Felix Tac. h. 5, 9 (Ios. ant. 20, 137 errore ut videtur πέμπει... Κλαύδιον Φήλικα pro πέμπει... Κλαύδιος Φήλικα scripsit eumque secutus Suid. s. Κλαύδιος, sed corrigitur in Epit. Ios.; cf. Syncell. 1, 629); ceterum Felix.*
- Frater Pallantis *Tac. a. 12, 54. Ios. ant. 20, 137. 182; bell. 2, 247*. Iam ante annum 52 Iudaeae impositus ita divisae, ut Ventidio Cumano Galilaea, Felici Samaria parerent; discordiis inter provinciales ortis Ummidius Quadratus legatus Syriae cui Claudius ius statuendi etiam

de procuratoribus permiserat Felice inter iudices recepto Cumanum damnavit a. 52 *Tac. a. 12, 54*. Ex eo tempore Felix totam provinciam regebat, non (ut scribit *Ios. ant. 20, 137*; *bell. 2, 247*, a quo pendent *Hieronym. chron. Ol. 207 p. 181 c H. Euseb. arm. p. 215 K. Syncell. l. c.*) a. 52 demum in Iudaeam missus procurator Samariae Galilaeae Peraeae. Cohortibus et alis provinciaeque Iudaeae praepositus *Suet. Claud. 28* (inde *schol. Iuven. 14, 91* omisso nomine), legionibus Iudaeae praefectus *epit. de Caes. l. c.*; cf. *Ios. ant. 20, 177. 178*; *bell. 2, 270*, ἡγεμῶν *acta apost. 23, 25. 26. 33*; *24, 10. Syncell. l. c. ὁ κράτιστος acta apost. 23, 26*; *24, 3*. Ionathan, summum Iudaeorum pontificem, per sicarios interemit *Ios. ant. 20, 162—165*, cf. *bell. 2, 256*. Iudaeorum falsis deceptorum vatibus seditiones compressit *Ios. ant. 20, 160. 161. 167—172*; *bell. 2, 252. 253. 258—263*. (*Hieronym. chron. Ol. 208 p. 181 d H. Euseb. arm. l. c. Syncell. 632*); cf. *acta apost. 21, 38*. Inde *Euseb. h. e. 2, 21*. Iudaeos Caesareae tumultuantes coereuit *Ios. ant. 20, 177. 178*; *bell. 2, 270. Hieronym. l. c. 182 a H. Euseb. arm. l. c.*, cf. *Syncell. l. c.* Nonnullos pontifices Iudaeorum in vincula coniectos ad imperatorem misit causam dicturos *Ios. vita 13*. Ad eum ductus Paulus apostolus accusatur *acta apost. 23, 24, Euseb. arm. Syncell.* In Iudaea provincia per omnem saevitiam ac libidinem ius regium servili ingenio exercuit *Tac. h. 5, 9*. Successit ei Nerone imperante Porcius Festus *Ios. ant. 20, 182*; *bell. 2, 271. Acta apost. 24, 27. Hieronym. chron. Euseb. arm.* A Iudaeis Caesariensibus apud Neronem accusatus gratia Pallantis absolutus est *Ios. ant. 20, 182*.

Trium reginarum maritus *Suet. Claud. 28*; maritus Drusillae Cleopatrae et Antonii neptis, Antonii progener *Tac. h. 5, 9* (est fortasse filia Cleopatrae Selenes et regis Iubae aliunde nobis ignota; num vere huic quoque nomen Drusillae fuerit dubitare possis); dum Iudaeam administrat, Drusillam, filiam regis Agrippae (I), uxorem Azizi Emesenorum regis, marito abalienatam sibi coniunxit *Ios. ant. 20, 141—144*, Drusilla Iudaea uxor Felicis *acta apost. 24, 24*. Ab hac filium tulit Agrippam *Ios. l. c. Tertiam uxorem non novimus*.

Felix nominatur praeterea *Ios. vita 37. Filia eius videtur (incertum ex quo matrimonio) Antonia Clementiana, avia L. Anneii L. f. Domitii Proculi clarissimi pueri pronepotis Antonii Felicis t. Polensis V 34. Eiusdem fortasse M. Antoni Felicis tegula urbana Bull. com. 1907, 215. St.*

829 ANTONIUS FELIX MAGNVS, clarissimus puer, Antonii Frontonis Salviani filius VI 1345. Potest idem esse M. Antonius Fe. . . ., sodalis Augustalis Claudialis cooptatus a. 225 VI 1984. Gr.

830 L. Antonius Firmus, L. f. Tromentina, origine sine dubio Salonitanus, praefectus fabrum, procurator Augusti, maritus Antoniae Primigeniae t. Salonitanus III 2075. St.

831 ANTONIUS FLAMMA a. 70 a senatu (accusantibus add. Wurm) Cyrenensibus

damnatus lege repetundarum et exilio ob saevitiam *Tac. h. 4, 45. Cyrenas (Cretamque) eum pro consule rexisse, id quod per se veri simile est, confirmari videtur eo, quod in titulis Cyrenensibus IGR 1, 1029. 1030 (catalogis sacerdotum Apollinis) sub annis 68 et 78 M. Ἀντώνιος Μ. Ἀντωνίου Φλάμμα υἱὸς Κασκέλλιος, sub a. 73 [M.] Ἀντώνιος Μ. Ἀντωνίου Φλάμμα υἱὸς [A]ρ[ισ]τομένης recensentur; sed nolim credere hominem originis Graecae, patrem sacerdotum Apollinis eundem esse cum magistratu Romano; mihi probabilius videtur civem Cyrenensem, sine dubio et ipsum (ut filii) Apollinis sacerdotem, civitate Romana opera Antonii Flammae proconsulis accepta nomen fautoris assumpsisse; id quoque mirum esset Flammam exilio damnatum paucis annis post in titulis sollemnibus honorifice nominari. — Flamma hic vel potius unus ex maioribus eius fortasse commemoratur in t. *Delio Bull. hell. 3, 160*: ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων καὶ οἱ τὴν ν[ῆσον] οἰκοῦντες Λεύκιον Ἀ. . . . Λευκίου υἱὸν Φλάμμα κτλ. *Gr.**

832 ANTONIVS FRONTO SALVIANVS, clarissimae memoriae vir, quaestor urbanus, aedilis Cerealis designatus VI 1345 t. *sepulchralis*, ab Antonio Felice Magno clarissimo puero filio positus. *Gr.*

833 M. ANTONIVS GORDIANVS = IMP. CAES. M. ANTONIVS GORDIANVS SEMPRONIANVS ROMANVS AFRICANVS AVG. (1). *Titulus Pergensis Lanckoroński Städte Pisidiens und Pamphyliens 1, 168, 37 = IGR 3, 791 (1). Miliarius Galaticus quem edidit Cagnat Festschr. f. Hirschfeld (1903) 169 sq. (2). Fistula plumbea urbana XV 7338 (3). Ad eum potius quam ad filium propter 'pontifici maximo' spectare titulum crediderim Burdigalae qui extat, origine fortasse Africanum VIII 12521 = D. 493 (4). Num recte ad eum rettulerit Mommsen Z. f. Num. 8, 27 sq. fragmentum Cuiculitanum graece scriptum VIII 20140 (= 10895), vehementer dubito.*

Nummi praeter Romanos (Eckhel 7, 302. Cohen 5² p. 1 sqq.) Graeci 1) Aegearum Ciliciae et 2) Prymnessi Phrygiae Sallet Zeitschr. f. Num. 7, 140; 3) Alexandrini permulti Vogt Alex. Münzen 1, 190 sq.; 2, 136. Papyrus Yale 156 Amer. Journ. of Phil. 51, 62 sq. — Privatus Antonius Gordianus Philostr. v. soph. praef. Vict. Caes. 26, 1. (Antoninus Gordianus perperam v. Gord. 5, 3; 17, 5; cf. ineptias similes auctoris rudis atque indocti v. Macr. 3, 5. Diad. 6, 3. Elag. 18, 1; 34, 6. 7. Gord. 4, 7. 8; 9, 5; 17, 1). Imperator Caesar M. Antonius Gordianus Sempronianus Romanus Africanus senior, pius felix invictus Aug. t. 1. 2 (t. 1 pro seniore πατήρ nuncupatur). Eadem nomina exhibent nummi Aegearum et Prymnessi; . . . Rom[an]us Sempronian. . . , filius M. Antonius Gordianus Sempronianus Africanus pius felix Aug. pap. Αυτοκράτωρ Καῖσαρ Μ. Ἀν. Γορδιανὸς Σεμ. Ἀφ. εὐ(σεβῆς) Σε(βαστός) nummi Alexandrini. Imp. Caes. M. Ant. Gordianus Afr. Aug. nummi Romani. M. Antonius Gordianus in titulis nepotis. Gordianus ceterum apud scriptores. Africanus

imperium demum adeptus cognominatus est *Herod.* 5, 7, 8 (*inde vita Gord.* 9, 3, 4, *aliter hariolans* 17, 2) *neque prius ut videtur Romanus.*

Natus est anno fere 159, *scilicet* a. 238 octogesimum annum ingressus (*Herod.* 7, 5, 2, octogenarius *vita* 9, 1, vixit annos undeoctoginta *Zonar.* 12, 17), patre Maecio Marullo consule, matre Ulpia Gordiana, originem paternam ex Gracchorum genere habuit (*quod fictum apparet ex cognomine Semproniani*), maternam ex Traiani imperatoris (*omnia ficta; cave huius originis testem afferas nummum apud Cohen p. 5, 2 Gordiani nescio cuius inscriptionem exhibentem 'Divus pater Traianus', cf. Sallet Z. f. Num.* 7, 144, 1), avo, proavo, socero, prosocero *cet. consulibus vita* 2, 2; genus ab Herode sophista duxit *Philostr. l. c.*; ἀνήρ εὖ γεγονώς *Herod. l. c.* Quaestor, aedilis *vita* 3, 5; praetor *ib.* 4, 1; 6, 4. Consulatum sero accepit *ib.* 18, 5. Consulatum primum iniit cum Antonino Caracalla, secundum cum Alexandro *ib.* 2, 3. 4; 4, 1; 6, 5 (*errans, nam et Balbinus privatus cum Caracalla consulatum iniit et Gordianus in nummis consul sine iterationis nota dicitur; fuerit igitur consul suffectus anno incerto*). Ei, τῷ λαμπροτάτῳ ὑπάτῳ Philostratus dedicavit vitas sophistarum (*scribendum ἀνθυπάτῳ vel ὑπατικῳ?*) alloquens eum in praef. ἀρίστε ἀνθυπάτων. Post consulatum proconsul Africae sub Severo Alexandro *ib.* 2, 4; 5, 1; 7, 2; 18, 6; *Maxim.* 14, 2, ἀνθύπατος *Philostr. l. c.*, proconsul Africae etiamtum a. 237/8 (*Eutrop.* 9, 2. 1. *Vict. Caes.* 26, 1), postquam alias provincias administravit *Herod. l. c.*, *inde vita* 9, 1; 17, 1. Antiochiae degerat *Philostr. l. c.*

Anno 238 ineunte (*cf. Herod.* 7, 4, 1), cum proconsulatum Africae gereret, Thysdri invitus imperator appellatus Carthaginem se contulit, ubi et filius legatus patris Augustus nuncupatur *Herod.* 7, 5, 2—6, 2. *Vita* 7—9; *Maxim.* 14, 2—5. *Vict. Caes.* 26, 1. 2. *Eutrop.* 9, 2, 1. *Zonar.* 12, 16. Legatione Romam missa senatus populusque Gordianos imperatores agnovit, Maximinum cum filio hostes iudicavit *Herod.* 7, 6. 7. *Vita* 9, 7 *sqq.*; *Maxim.* 14, 5; 15 *sq.* *Vict. Caes.* 26, 6. *Zos.* 1, 14, 1. *Zonar.* 12, 16, *cf. Amm. Marc.* 14, 1, 8. Contra Gordianos Capelianus legatus Numidiae profectus; iunior in pugna victus occidit, senior clade accepta vitam laqueo finivit *Herod.* 7, 9. *Vita* 10, 1; 15. 16; *v. Maxim.* 19, 1. 2; 20, 7; *Max.-Balb.* 1, 1; 4, 3; 9, 5. *Epit. de Caes.* 26, 1. *Amm. Marc.* 26, 6, 20. *Chronogr. a. 354 p. 147 M.* (*errore Zos.* 1, 16, 1 *utrumque naufragio periisse narrat; cf. Zonar.* 12, 17, *qui variam de Gordianorum morte famam admodum corrupte refert*). *In Aegyptum quidem vel certe in Arsinoiten nomen nuntius mortis eorum d. 26 m. Iunii nondum perlatus erat Pap. Yale l. c.*

Imperavit dies XX *chronogr. a. 354 l. c.*, viginti duo *Zonar.* 12, 17. Inter divos relatus est *vita* 16, 4; *Maxim.* 24, 2; 26, 5; *Max.-Balb.* 4, 1. 2, divus Gordianus *in titulis nepotis et in titulo Thubursici Numidarum a nepote ei posito Gsell Inscr.* 1267.

Ditissimus, Romae Pompeianam domum possidens, in provinciis tantum terrarum habens quantum nemo privatus *vita* 2, 3; 3, 6; 6, 5; 17, 2. Uxor Fabia Orestilla, Antonini proneptis *vita* 17, 4, filia Anni Severi *cf. ib.* 6, 4 (*omnia suspecta*). Filios duos habuit, maiorem, qui cum eo imperator factus est, et filiam Maeciam Faustinam, quae nupta est Iunio Balbo *ib.* 4, 2; 15, 2; 17, 4.

Eius et filii (et postea insequentium imperatorum) nomina in titulis elementis graecis pictis in crypta suburbana S. Sebastiani (collegii christiani?) Innocentiorum: D(u)obus Gordianis, Not. d. sc. 1923, 65 = Diehl I L Chr 3995. St.

834 M. ANTONIVS GORDIANVS = IMP. CAES. M. ANTONIVS GORDIANVS SEMPRONIANVS ROMANVS AFRICANVS AVG. (II). *Sic plene t. Pergensis Lanckoroński Städte Pisidiens und Pamphyliens 1, 168, 38 = IGR 3, 791 et miliarius Galatae v. ad patrem, ibi de ceteris titulis nummisque et de nomine.* Filius primus M. Antoni Gordiani (*qui praecedit*) et Fabiae Orestillae (?) *vita* 4, 2; 15, 2; 17, 1. 4, natus circa annum 192, cum a. 238 quadraginta et sex annos agens *dicatur ib.* 15, 2. Quaesturam Elagabalo auctore promeruit, praeturam urbanam Alexandro auctore tenuit, in qua tantus iuris dictionis gratia fuit, ut statim consulatum mereretur *ib.* 18, 4. 5. *Consul suffectus anno incerto sub Alexandro.* Maximini sive Alexandri temporibus consularis legatus patris proconsulis Africae missus est a senatu *ib.* 4, 2; 7, 2; 8, 3; 9, 6; 11, 4; 15, 2; 18, 6. Anno 238 ineunte cum patre imperator appellatus a Capeliano proelio victus cecidit *ib.* 4, 2; 8, 3; 9, 6; 10, 1; 11, 4. 15. 16; *v. Maxim. 14, 3—5; 15, 7; 19, 2; 20, 7; Max.-Balb. 1, 1; 3, 4; 4, 3; 9, 5. Herodian. 7, 9, 5—7. Epit. de Caes. 26, 1. Zos. 1, 14, 4. Chronogr. a. 354 p. 147 M.; cf. Amm. Marc. 14, 1, 8. (Naufragio eum periisse Zos. 1, 16, 1 errore refert.)* Inter divos relatus *vita* 16, 4; *Maxim. 24, 2; 26, 5; Max.-Balb. 4, 1. 2, divus Gordianus in titulis Gordiani III.*

Vixit sine uxore *vita* 19, 8.

St.

835 M. ANTONIVS GORDIANVS = IMP. CAES. M. ANTONIVS GORDIANVS AVG. (III). Divi M. Antonii Gordiani (I) nepos, divi M. Antonii Gordiani (II) sororis filius *vel minus accurate nepos divorum Gordianorum tituli.* Cognominis avo *Herod. 7, 10, 7. Gordiani senis filiae (Maeciae Faustinae?) filius Herod. 7, 10, 7. 8 (cf. 8, 8, 7). Vita 22, 4. Epit. de Caes. 27, 1 (Gordiani iunioris filius Zos. 1, 14, 1. Max.-Balb. 3, 4; vita 22, 4; 19, 9; 23, 1 ex Dexippo), filius igitur Iuni Balbi consularis vita 4, 2, ortus Romae clarissimo patre *epit. de Caes. 27, 1. Perperam omnino Vict. Caes. 27, 1, cf. Max.-Balb. 15, 6.**

Natus est Romae *epit. l. c.; d. 20 mensis Ianuarii (fasti Philocali I^o p. 256, errore p. 255 XIII k. Ian. pro Febr., cum inscriptus sit mens. Ianuar. et Pol. Silv. ib. p. 257) a. 225, siquidem tredecim fere annos*

natus imperium adeptus est *Herod.* 8, 8, 8. *Vita* 22, 2; *Max.-Balb.* 3, 4, *secundum alios undecim sive sedecim vita* 22, 2, occiditur anno vitae undevicesimo *epit. de Caes.* 27, 2. (Avo et avunculo Augustis factis praetura ei decernitur, consul designatur, Caesar appellatur *v. Maxim.* 16, 7, *in SC^{to} prorsus ficticio.*)

Post interitum duorum Gordianorum cum Pupienus et Balbinus Augusti appellati essent, hic populo et militibus postulantibus Caesar dictus est *Herod.* 7, 10. *Vita* 22. 19, 9; *Maxim.* 20, 2. 8; *Max.-Balb.* 3. 8, 3; 9, 4. 5; 16, 6. M. Antonius Gordianus Caesar *nummi Romani Eckhel* 7, 309. *Cohen* 5², 39 sq., n. 182—185; *Graeci Milesii Mionnet* 3, 173, 805. *Imhoof-Blumer Kleinasiat. Münzen* 89, 30. *Corolla numism. pro Head* (1906), 298; *Alexandrini cf. Vogt Die alex. Münzen* 1, 192; 2, 136 sq., Antonius Gordianus nobilissimus Caesar *miliarii Cappadociae III* 6934. [6936]. 12 210 (= 6953), princeps iuventutis *VIII* 22 586 [22 601], p(rinceps) i(uventutis) *miliarii Sitifenses VIII* 10 365 (= D. 496). 10 342. *Bull. tr. hist.* 1912, p. CCXXXIV = *Ann. ép.* 1912, 158 (*addito in his vocabulo Augusti parum recte*). *Nummi Cohen* n. 293, M. Ἀντώνιος Γορδιανός ὁ ἰερώτατος Καῖσαρ *P. Oxy.* 12, 1433. *P. Rain., Wessely Text. Gr.* 51.

Post necem Pupieni et Balbini (*ante diem 29 Aug. a. 238 propter nummos Alexandrinos et titulos Aegyptios annum septimum exhibentes; tempori accuratius definiendo frustra operam navarunt viri docti permulti*) Augustus nuncupatus solus imperium obtinuit *Herod.* 8, 8, 8. *Vita* 22; *Max.-Balb.* 14, 7. *Eutrop.* 9, 2, 2. *Vict. Caes.* 27, 6. *Zos.* 1, 16 (*perturbatum sane*). *Imp. Caes.* M. Antonius Gordianus Aug. *in nummis titulis papyris*. Consul ord. a. 239 (*cf. vita* 23, 1) cum M. Acilio Aviola, consul II a. 241 cum Pompeiano *fasti*. Uxorem duxit Furiam Sabiniam Tranquillinam, C. Furii Sabini Aquilae Timesithei filiam *vita* 23, 6. *Eutrop.* 9, 2, 2. *Zos.* 1, 17, 2. *Zonar.* 12, 18, *cf. VI* 2114, anno 241 *vita* 23, 6, *id quod confirmatur nummo Caesariensium Cappadociae anni tertii* (*Br. Mus. Galatia cet.* 92, 340) *Tranquillinae imaginem exhibente, cum nummi Alexandrini anni quarti* (240/1) *suspecti videantur, cf. Vogt l. c.* 193, *certe ante diem 21 mensis Octobris a. 241 VI* 130.

Tribunicia potestate II 10. Dec. 238—9. Dec. 239, III 239—240 (*in nummis nonnullis, Cohen* 5², 45 sq., 237—248, *tribunicia potestas III composita est cum consulatu iterato a. 241, ut statuendum sit illo tempore tribuniciam potestatem renovatam esse eo die, quo suscepta erat; sed mox priorem computandi rationem adoptatam esse docent nummi tribuniciam potestatem septimam exhibentes*) *cet.*, VII 10. Dec. 243—244. Imperator II et III a. 240, IV a. 243 (*Bull. tr. hist.* 1911 p. CXCIX), *fortasse iam a. 242 si quidem VIII* 5701 *pro VI legendum est IV.* (*Ceterum raro inveniuntur iterationes nominis imperatoris.*)

In expeditione Persica fraude M. Iulii Philippi a. 244 ineunte occisus

- est *vita* 29. 30. 31, 7; 34, 4. *Eutrop.* 9, 2. 3. *Vict. Caes.* 27, 8. *Epit. de Caes.* 27, 2. *Porphy. v. Plot.* 3. *Amm. Marc.* 23, 5. 7. 17. *Zos.* 1, 18. 19; 3, 32, 4. *Zonar. l. c.*
- Inter deos relatus est *vita* 31, 3. 7; 34, 3. *Eutrop.* 9, 2. 3. *Amm. Marc.* 23, 5. 8.
- Sepulchrum eius conspicuum haud longe a finibus Romani Persicique imperii prope Duram Iuliani etiamtum temporibus extabat *Amm. Marc. l. c.* *Zos.* 3, 14, 2. *Vita* 34, 2. *Eutrop. l. c.* *Epit. de Caes.* 27, 3. *Chronogr. a.* 354 p. 147 M. — Γορδιανῶ Ἰννοκεντιῶρουμ *Not. d. sc.* 1923, 65 = *Diehl I LChr* 3995 B, cf. ad n. 833. St.
- 836 ANTONIVS HIBERVS, gravissimus praeses, nominatur in epistula Severi et Antonini de immunitate Tyrannorum data a. 201 III 781 = D. 423; ex contextu apparet eum legatum Augusti pr. pr. Moesiam inferiorem rexisse aetate Antonini Pii vel divorum fratrum. Probabiliter non diversus a consule a. 133, qui sequitur. Gr.
- 837 M. ANTONIVS HIBERVS, consul a. 133 cum P. Mummio Sisenna. In consulatione: M. Antonius Hiberus *Bull. ant. Fr.* 1903 p. 190, M. Antonius XIV 2014 (t. corruptus), C. (errore, nisi duplici praenomine utebatur) Antonius Hiberus VI 10 299, Antonius Hiberus VI 13 505 (ex restitutione XI 3898. XIV 2112 = D. 7212), ceterum Hiberus fasti. Hic videtur Ἀντώνιος Ἴβηρος, qui liberto posuit t. sepulcrem VI 33689. Eum ex posteris fuisse Hiberi (Antoniae ut videtur) liberti, qui Tiberii aetate Aegyptum administravit, recte puto coniecit Dessau. — Probabiliter idem qui praecedit. Gr.
- 838 M. Antonius Hipparchus, duumvir Corinthi inter a. 17 a. Chr. et 2 p. Chr., *Br. Mus. Corinth* 61, pl. 15. *Fox Journ. intern. d'arch. num.* 2, 91 sq. 100 sq. Idem sine dubio Hipparchus Theophili, qui Corinthi res M. Antoni procurabat, filius, primus libertorum Antoni qui ad Caesarem transiit; postea Corinthi domicilium collocavit *Plut. Ant.* 67. 73. Hipparchus M. Antoni *Plin. n. h.* 35, 200. St.
- 839 Antonius Honoratus, tribunus cohortis praetoriae a. 68 *Plut. Galba* 14. St.
- 840 Q. ANTONIVS I. . V. . . ., consul (suffectus) a. incerto cum L. Aurelio Flacco VI 2017 = XIV 2244 fasti feriarum Latinarum. Fortasse supplendum est I[sa]u[ricus]. Gr.
- 841 Q. ANTONIVS ISAVRICVS, legatus Augusti (probabiliter legionis VI victricis), nominatur in t. Eburacensi VII 233 posito a Sosia Iuncina uxore. Idem fortasse Q. Antonius I[sa]u[ricus?], qui praecedit. Gr.
- 842 [A]NT(ONIVS) IVLI[AN]VS, συγκλητικός, filius Claudiae Tlepolemidis, memoratur in t. matris Cibyatico IGR 4, 910. Gr.
- 843 Antonius (an Antoninus? Cf. edd.) Iulianus, scripsit de Iudaeis *Minuc. Fel. Oct.* 33, 4. Eundem esse M. Antonium Iulianum procuratorem Iudaeae

- a. 70 *negat Hertlein Philol.* 77, 174 sqq.; cf. *Teuffel* 2⁷ § 314, 5. *Vix idem* Antonius Iulianus rhetor. W.
- 844 Antonius Iulianus, rhetor. Hispanus *Gellius* 19, 9, 2; docendis publice iuvenibus magister *ib.*; Gellius adulescentulus familiaris eius 18, 5, 1. Iudicium Gellii de eo 1, 4; commentarii eius 18, 5, 12; *memoratur apud Gellium passim*. Cf. *Teuffel* 3⁶ § 356, 1. — *Vix idem* Antonius Iulianus, *qui de Iudaeis scripsit*. W.
- 845 C. Antonius Iulianus, procurator p(ortorii) p(ublici) X (= decimae) III 5120 cf. p. 2198 t. *Atrante positus; optime solvere videtur Domaszewski, dum recte descriptus sit titulus*. *Vide supra* n. 826. St.
- 846 M. Antonius Iulianus, procurator Iudaeae a. 70 *Ios. bell.* 6, 238. St.
- 847 M. ANTONIVS IVVENIS, frater Arvalis a. 176 *ut videtur Bull. com.* 55, 1928, 279 (. venis), a. 183. 186 VI 2099. 2100 *acta Arv.*, *item fortasse* a. 193 VI 2102 v. 12, *ubi litterae . . . enis ex cognomine Iuvenis superesse videntur*. *Idem ni fallor* Ant(oni)us Iuvenis, qui imp. Antonino Severi filio in consilio fuit teste t. *Ephesio Forsch. in Ephesos* 2, 125, 26: Ἀντ. Ἰούουενις [καὶ] (nomen erasum) [οἱ κρᾶτιστοι φίλοι μου. *Titulum annorum 200—205 terminis contineri recte iudicat Heberdey Forsch. l. l.* — *Vide supra* n. 794. Gr.
- 848 M. Antonius Liberalis, rhetor *Suet. ind. rhet.* 14; latinus rhetor gravissimas inimicitias cum (Remmio) Palaemone exercet *Hieronym. chron.* 206. *Ol. p.* 180 g H. St.
- 849 T. ANTONIVS T. F. MARTIALIS PVDENTIANVS, quaestor provinciae Africae, tribunus plebis, praetor, legatus pr. pr. provinciae Africae VI 1346. Gr.
- 850 M. ANT(ONIVS) MEM. *honoratur titulo hodie mutilo in Galatia reperto IGR* 3, 238, *ubi honores eius recensiti erant ordine chronologico; fuit ergo* tribunus militum *legionis alicuius*, quaestor Lyciae Pamphyliae, ab actis senatus ([πράξεις συν]κλήτου εἰλη[φότα]), aedilis curulis, legatus *probabiliter provinciae alicuius proconsularis*, praetor, praefectus aerarii *sive militaris sive Saturni*, [ἐπαν]ορθωτῆς Γαλ[ατίας. . . .] *i. e.* legatus missus ad corrigendum statum Galatiae *vel totius vel partis alicuius (de supplemento Γαλ[λίας] Ναρβωνησίας vel Νάρβωνος) cogitat Stein, dubito num recte*, [consul] (*ab initio tituli videtur supplendum esse [ὑπατικόν] ex appellatione τὸν λαμπ[ρότατον]*) *suffectus anno incerto aetatis posterioris. Fortasse idem est qui sequitur*. Gr.
- 851 ANTONIVS MEMMIVS HIERO, legatus Aug. pr. pr. (Cappadociae) sub Philippis, *nominatur in miliariis Cappadociae III* 6914. 6915. 6941. 6942. 6946. 6947. 6955 = 12212. 12165. 12180(?). 12181. 12192. 12199. 12206. *Fortasse idem qui praecedit*. Gr.
- 852 Antonius Moschianus Ulpianus. *Papyri graecae* *Teb.* 2, 328 (1). *PSI* 7, 776 (2). *Nomen plenum p. 1.*, Moschianus U. . . . p. 2. . . *Epi-*strategus Heptanomiaie p. 2, anno 191 p. 1, 192 p. 2. St.

853 Antonius Musa, libertus *Dio* 53, 30, 3, Euphorbi regis Iubae medici frater *Plin. n. h.* 25, 77, medicus Augusti gravissimum morbum curavit a. a. Chr. 23 indeque summopere honoratus est *Suet. Aug.* 81, 1; 59. *Plin. n. h.* 19, 128; 25, 77; 29, 6. *Ps.-Acro ad Hor. epist.* 1, 15, 3; anulis aureis donatus *Dio l. l.* Claudium Marcellum, eadem ratione atque Augustum curatum, non sanavit *Dio* 53, 30, 4.

Memoratur vel auctor medicamentorum citatur *Hor. epist.* 1, 15, 3. *Scribonius Largus* 110. *Plin. n. h.* 30, 117; complures libros de medicamentis scripsit *Galenus* 13, 463 (ubi Μούσας nude appellatur); 12, 989 K., apud quem auctor medicamentorum affertur passim; falso apud *Galenum* tradi Antonium Musam pro Petronio Musa demonstrare studuit *E. Meyer, Gesch. d. Botanik* 2, 50 sqq.

De scriptis, quae sub nomine eius traduntur, v. *Teuffel* 27 § 263, 7. *Omnino* cf. *M. Wellmann RE* 1, 2633, 79. *Eius fortasse faecula Aminea Musae* *IV* 5730 = *D.* 8594. W.

854 **L. Antonius Naso.** *Tituli Heliopolitanus ei positus III* 14387 ff. + fff + k (quae fragmenta coniunxit *Domaszewski Philol.* 66, 161 sqq.) = *D.* 9199 (1). *Bithyniae III* 6993 (= *D.* 253) (2). 14183, 3 (3). *Nummi Bithyniae* *Wadd. Rec. d. monn. gr. As.* 1, 236, 7. 8 tab. 35, 5. *Br. Mus. Pontus cet.* 104, 1. *L. Antonius Naso tit., nummi*; *Antonius Naso Tac. h.* 1, 20. *M. f. Fabia t. 1, oriundus ut videtur e colonia Heliopolitana, cf. Domaszewski Rangordn.* 87. Centurio legionis III Cyrenaicae, centurio legionis XIII geminae, honoratus albata decursione ab imperatore, [praefectus, cf. *Domaszewski l. l.* 162; *Rangordn.* 107] civitatis Colaphianorum, primuspilus legionis XIII geminae, tribunus legionis I Italicae, tribunus cohortis IIII vigilum, tribunus cohortis XV urbanae, tribunus cohortis XI urbanae, tribunus cohortis IX praetoriae, donatus ab imperatore Nerone corona vallari, corona aurea, vexillis duobus, hastis puris duabus *t. 1*. Tribunus praetorianorum exauctoratus a Galba mense Ianuario a. 69 *Tac. l. l.* *Postea restitutus* [primuspilus bis; cf. *Ritterling RE* 12, 1732 *adn.*] legionis XIV geminae, [tribunus cohortis?] I praetoriae et praepositus supra [vetera]nos Romae morantium (*sic*) [pluriu]m exercituum, procurator Augusti Ponti et Bithyniae *t. 1*, procurator Vespasiani Titi Domitiani (in Bithynia) *t. 2. 3*; *nummi*, a. 77 vel 78 in. *t. 2. 3.* *St.*

855 Antonius Natalis, eques Romanus, coniurationis Pisonianae particeps a. 65 *Tac. a.* 15, 50. 54. 55; indicio impunitatem consecutus est *ib.* 56. 60. 61. 71. St.

856 **M. Antonius Navillus Asiaticus**, filius Navilli tribu Quirina, vir egregius, procurator Augusti (Mauretaniae Tingitanae), *t. Volubilitanus VIII* 21830. St.

857 Antonius Novellus, primipilaris, unus e ducibus quibus summa expeditionis

ab Othone in Galliam Narbonensem et Alpes maritimas paratae a. 69 permissa est *Tac. h. 1, 87; 2, 12.* St.

858 (M. Antonius) Pallas, Antoniae servus a. 31 *Ios. ant. 18, 182; ab hac postea manumissum eum esse indicant tituli libertorum M. Antoni Pallantis eiusdem ut videtur VI 11965 (cf. 34048). XIV 2833 = D. 1538, item nomen M. Antoni Pallantis consulis a. 167, qui ab eo puto originem traxit. Neque dubium est, quin idem sit M. Antonius Pallas possessor agrorum in Aegypto aetate Tiberii P. Ryl. 2 p. 255, cf. n. 207. Thunell Sitologen-Papyri (1924) n. 1 verso col. 4, 8. P. Bour. 42 col. 4, 103 (?); ex eius fortasse posteris M. Antonius Pallas possessor P. Flor. 3, 387 (aetate Traiani). P. Lond. 3 p. 139 n. 1223 = Wilcken Chrest. 370 (a. 121).*

Libertus *Plin. ep. 8, 6, 12. Tac. a. 14, 65. Suet. Claud. 28 (schol. Iuvenal. 1, 109). Iulian. Caes. 310 B. Epit. de Caes. 4, 8, cf. Plin. n. h. 33, 134. Frater Antonii Felicis Tac. a. 12, 54. Ios. ant. 20, 137. 182; bell. 2, 247. Claudio a rationibus Suet. (schol. Iuvenal.) l. c. Plin. ep. 8, 6, 7. Zonar. 11, 9. Messalinam amore C. Siliii depellere studet, sed per ignaviam desistit a. 48 Tac. a. 11, 29. Eodem anno, cum uxor Claudio deligenda esset, Agrippinam commendat Tac. a. 12, 1 sq. 25. Adoptionem Domitii (inde Neronis) agitat a. 50 Tac. a. 12, 25. Agrippinae adulter Tac. a. 12, 25. 65; 14, 2. schol. Iuven. l. c.; cf. Zonar. 11, 10 p. 33 D., etiamtum Claudio mortuo Dio exc. 61, 3, 2. Senatus ei ornamenta praetoria decrevit *Plin. ep. 7, 29, 2; 8, 6, 11 a. 52 Tac. a. 12, 53, X k. Februarias Plin. ep. 8, 6, 13; cf. Suet. Claud. 28. Epit. de Caes. 4, 8. schol. Iuven. l. l.; rem alludit Plin. n. h. 35, 201. Felici fratri a Nerone veniam impetrat Ios. ant. 20, 182. Nero ei infensus munus a Claudio datum demit a. 55 Tac. a. 13, 2. 14. Eodem anno cum Burro accusatus absolvitur Tac. a. 13, 23. Dio 61, 10, 6. Anno 62 propter divitias (cf. *Plin. n. h. 33, 134. Iuvenal. 1, 109*) a Nerone interfectus Tac. 14, 65. Dio 62, 14, 3. Eius fuerant horti Pallantiani *Frontin. aq. 19. 20. 69. Notit. reg. 5. Arrogantia eius Tac. a. 13, 2; 14, 23. Dio 61, 3, 2; 62, 14, 3. Commemoratur praeterea Tac. a. 11, 38. Suet. Vitell. 2, 5. Monumentum eius ad viam Tiburtinam intra primum lapidem positum elogium exhibens Plin. ep. 7, 29; 8, 6. Eodem fere loco t. sepulchralis VI 11965 (supra allatus) M. Antoni Asclepiadis Pallantis liberti. Eiusdem sine dubio servus quondam, postea Augusti libertus cognomento Pallantianus VI 143. 8470 = D. 3896 a. 1535.* St.**

859 M. ANTONIVS PALLAS, consul (suffectus) d. 5 m. Mai a. 167 cum Q. Caecilio Dentiliano *dipl. mil. III p. 888 (cf. 1992); probabiliter ex posteris (M. Antonii) Pallantis liberti, qui imperatori Claudio a rationibus fuit. Vel idem vel unus e maioribus (M. Antonius) Pallas patronus libertorum VI 11965, cf. 34048. XIV 2833 = D. 1538. M. Antonius Pallas, dominus praediorum Aegyptiorum P. Lond. 3, p. 139 n. 1223 = Wilcken Chrest. 370 (a. 121). P. Flor. 3, 387 (aetate Traiani), potest esse pater eius.* Gr.

860 Anton[us] Philo[claudius] (?), Perg[amensis?], ὁ κράτιστος *t. Rhodius*
Rev. ét. Gr. 16, 184 sq. St.

861 Antonius Philoxenus, vir egregius, procurator *P. Fay. 63 (1). P. Strassb. 6, 3 (2); 6, 31 sq. (3); 7, 2 sq. (4); 8, 3 sq. (5); 8, 10—12 (6). Aur[el]ius Philoxenus pap. 6 errore, ceterum Antonius Philoxenus. Ἀπὸ ἐπιτρόπων pap. 5, 6, ὁ κράτιστος pap. 1—6, a. 240 pap. 1, 255 pap. 2, 260 pap. 3, 262 pap. 4, 271 pap. 5, 274 (?) pap. 6. Uxor ut videtur Aurelia Apiana Diodora ἢ καὶ Posidonia matrona stolata pap. 6.* St.

862 Antonius Polemo, sophista Graecus. *Memoratur in titulis Smyrnaeo CIG 3148 = IGR 4, 1431 et Pergamenis Inschr. Pergam. 273. Ath. Mitt. 1907, 288 = IGR 4, 350. 351 et in nummis Smyrnaeis Br. Mus. Ionia p. 277 sq. (cf. Eckhel 2, 554; Münsterberg Num. Zeitschr. 1915, 120). Antonius Polemo Philostr. vit. soph. 1, 25, 5 (ex epistula Hadriani); anth. Pal. 11, 181; tituli; Polemo ceterum.*

Oriundus ex Laodicea Phrygiae (Cariae *Philostr.*), ἡ μὲν δὴ τοῦ Πολέμωνος οἰκία πολλοὶ ὑπατοὶ καὶ ἔτι *Philostr. 1, 25, 1 (cf. infra n. 883). Ex posteris fuisse videtur Polemonum regum Ponti; cf. n. 864 et 882. Inde a puero Smyrnae degit ibique scholam frequentissimam rhetor celeberrimus habuit; a Smyrnaeis summis honoribus affectus (στρατηγῶν in nummis) res publicas eorum curavit et legationibus obeundis gratiam imperatoris Hadriani civitati conciliavit Philostr. 1, 25 passim. Hadrianus non semel grandes pecunias ei in usum civitatis donavit *ib. § 2, 5, quo spectat titulus Smyrnaeus supra laudatus* καὶ ὅσα ἐπετύχομεν παρὰ τοῦ κυρίου Καίσαρος Ἀδριανοῦ διὰ Ἀντωνίου Πολέμωνος; *cf. etiam Ath. Mitt. l. l. et p. 291. Hadriani cum Olympieum Athenis dedicaret iussu orationem habuit circa a. 131 Philostr. l. l. § 6. Ab imperatoribus Traiano Hadriano Antonino honoratus Philostr. 1, 25, 5 sqq., ab Hadriano inter sodales musei Alexandrini receptus *ib. § 5. Hadriani in itinere comes Polemo Scr. physiogn. 1, 138 sqq., cf. v. Premerstein Klio Beih. 8, 46 sqq. Irrisus ab Ammiano anth. Pal. 11, 180. 181. Defunctus annum agens quinquagesimum sextum sepultus est Laodiceae, ubi eius maiorum quoque sepulcra erant Philostr. 1, 25, 26 sq. — Filius Attalus *ib. 2, 25, 2. — De scriptis eius cf. Christ-Schmid 2⁶, 692 sq.* W.***

863 Ant(onium) Polemo, archon Mileti *nominatur in nummis Valeriani, Galieni, Saloninae Münsterberg Beamtenn. 99.* St.

864 M. Antonius Polemo, dynasta Olbensium *nummi Num. Chron. 1899, 194 sqq.; Br. Mus. Cilecia p. 123 sq. Aetas eius non constat; cf. quae post Mommsenum Ges. Schr. 8, 270, 311 exposuit Hill Num. Chron. 1899, 196 sqq. et Br. Mus. l. l. p. LIII.* W.

— (M. Antonius) Polemo *vide* Polemo (I.) et (II.).

865 M. Antonius Popillius Andronicus Flavianus, propinquus senatorum et consularium *t. Aphrodisiense Rev. et Gr. 1906, 139 sq. Ex eadem fortasse familia L. Antonius Flavianus t. Aphrodisiense CIG 2786. St.*

866 M. ANTONIVS PRIMVS. *Plena nomina exhibet Martialis 10, 32, 3, 4 (non est quod M. Antonium Primum a Martiale laudatum diversum putemus a notissimo Flavianarum partium duce, id quod proposuit Housman Class. Quarterly 13, 68 sq.: hic quoque Tolosae natus est et aetatis ratio convenit). Marcus Antonius id. 9, 99, 1 cf. 3. Marcus id. 10, 73, 8. Antonius id. 10, 23, 1; reliquis locis dicitur Antonius Primus sive Antonius. In pueritia cognomen ei Becco fuit Suet. Vit. 18.*

Tolosae natus *Suet. l. l. Mart. 9, 99, 3. A. 61 lege Cornelia damnatus Tac. a. 14, 40 cf. h. 2, 86; 3, 13; 4, 80. Dio exc. 65, 9, 3; a Galba restitutus senatorium ordinem recipere et legioni VII Galbianae praepositus est Tac. h. 2, 86. Dio l. l. (τοῦ Παννονικοῦ στρατοπέδου ἄρχοντα minus recte); scriptitasse Othoni credebatur ducem se partibus offerens (a. 69); ab Othone neglectus Tac. l. l. Vespasiani partes secutus Tac. h. 2, 86. 3, 2. 3; inter Flavianarum partium duces auctoritate primus Tac. h. 3, 10. 11. 32. 52. 53. 80; 4, 80. Dio exc. 65, 9, 4. Suet. Vitell. 18. Res ab eo contra Vitellianos a. 69 gestae Tac. h. 3, 6. 7. 9—34. 49—54. 59. 60. 63. 78—82. Dio exc. 65, 9—15. 17—19. Ios. b. Iud. 4, 495. 633—655. Litterae ad Iulium Civilem datae Tac. h. 4, 13. 31. 32; 5, 26 cf. 5, 19. Simultates inter eum et Mucianum Tac. h. 3, 52. 53; 4, 11. 39. 68. Non defuere qui Antonium suspicionibus arguerent tamquam dolo cunctantem post secretas Vitellii epistulas, quibus consulatum et nubilem filiam et dotales opes pretium proditoris offerebat *ib.* 3, 78. Roma capta (mense Decembri a. 69) summa potentiae in Primo Antonio Tac. h. 4, 2; consularia insignia ei a senatu decreta *ib.* 4, 4. Potentia eius a Muciano fracta *ib.* 4, 11; ferebatur Crassum Scribonianum ad capessendam rem publicam hortatus *ib.* 4, 39. Mucianus quia propalam opprimi Antonius nequibat, multis in senatu laudibus cumulatum secretis promissis onerat, citeriorem Hispaniam ostentans *ib.* 4, 39, Antonium inter comites a Domitiano adsciri non passus est *ib.* 4, 80. Profectus ad Vespasianum Antonius non pro spe sua excipitur *ib.* 4, 80; paulatim levior viliorque habebatur manente tamen in speciem amicitia *ib.* 4, 80.*

Extremum vitae tempus Tolosae degisse videtur. Anno 94 Martialis ad amicum Tolosae agentem librum epigrammatum misit 9, 99; a. 95 vel inter a. 95/98 (nescimus enim, utrum carmina ad priorem an ad alteram editionem libri decimi pertineant, cf. Friedländer in ed. Martialis p. 64 sq.) ad eundem epigrammata scripsit 10, 23. 32. 73. 'Iam numerat placido felix Antonius aevo quindecies actas Primus Olympiadas' id. 10, 23, 1. 2, scil. c. a. 95 Primus septuagesimum quintum fere annum egit. — Ingenium ac mores Tac. a. 14, 40; h. 2, 86; 3, 28. 49. 53; 4, 80,

- facundia *h.* 2, 86; 3, 10. *Martial.* 10, 73; dux strenuus *Tac. h.* 2, 86; 3, 17. Gr.
- C. Publicius Antonius Probus.
- 867 L. Antonius Proculus, epistrategus Thebaidis *Bull. soc. Alex.* 7 (1931), 284. St.
- 868 M. ANTONIUS RVFINVS, consul a. 131 cum Ser. Octavio Laenate Pontiano. *In consulatu*: M. Antonius Rufinus VI 157. 10 299. XIV 2636 = D. 6209. *BGU* 7, 1690, *papyrus item Berolinensis Compt. rend.* 1914, 524 = *Ztschr. f. vergl. Rechtswiss.* 35, 83, Antonius Rufinus VI 10 048 = D. 5287, *ceterum Rufinus fasti.* Gr.
- 869/870 Antonius Rufus, grammaticus, citatur *Quintil.* 1, 5, 43. *Velius Longus GL* 7, 79, 13. *Fortasse idem Antonius Rufus, quem Ps.-Acro ad Hor. a. p.* 288 *affert inter eos, qui praetextas et togatas scripserunt. Cf. Teuffel* 27, § 254, 3. W.
- 871 C. Antonius Rufus. *Tituli Poetovionenses III 14 354*^{29. 30} (= D. 4244. 4245) (1. 2.). 14 354^{33. 34} (3. 4.). *Senianus III 13 283* = D. 4225 (5). *Atrantinus III 5117* (6). *Aquileiensis V 820* (7). *Celeianus III 5122* (8). *Plena nomina exhibent t.* 3—6. Antonius Rufus *t.* 1. 2. 8. C. A. R. *t.* 7, *quae nomina recte solvit Patsch Röm. Mitt.* 8, 197, *minus certo ad eum rettulit III 1568.* Conductor publici portorii *t.* 5, 7, procurator Augusti *t.* 6; procurator Augusti publici portorii *t.* 3, 4, praefectus vehiculorum et conductor publici portorii *t.* 5. *Nescio an idem Ant. Rufus in tegulis Dacicis III 8075, 4. Cf. supra n. 826.* St.
- 872 [AN]TONIV[S] SABIN. . . . , praetor, *Eph. ep.* 9, 657 (*melius quam XIV 2367*) *fragmentum t. in agro Albano repertum.* Gr.
- 873 Antonius Sab[i]nus, procurator (Mauretaniae Caesariensis) Caracallae a. 215 *milliarium rep. haud longe a Rapido Mél. d'arch. et d'hist.* 45, 178. St.
- 874 L. ANTONIUS SATVRNINVS. L. Antonius *Suet. Dom.* 6, 7, *vita Sev. Alex.* 1, 7 (Antoninus *traditur*). Ἀντώνιος Σατορνίνος *Aelian. frgm.* 112 *Hercher* = *Suid. s. Ἀντώνιος Σατορνίνος p.* 249, 2762 *Adler, cf. ἀξίωσις, βουλή.* Saturninus *Mart.* 4, 11, 2 *cf. v.* 9 'ille etiam nostris Antonius occidit armis'; *ceterum Antonius.*
- A Vespasiano in senatum adlectus *Aelian. l. l. Consulem suffectum fuisse a. 82 Borghesi* 7, 272 *coniecit, quod in t. Faleriensi IX 5420 eo anno posito P. Valerio Patruino cos. XIII k. Augustas nomina allerius consulis erasa videntur esse.* Legatus Germaniae superioris *Suet. Dom.* 6. *Epit. de Caes.* 11, 9; ἐν Γερμανίᾳ ἀρχῶν *Dio exc.* 67, 11, 1. Contra Domitianum rebellavit *Dio l. l.*; apud duarum legionum hiberna (*i. e. Mogontiacum*) bellum civile movit *Suet. Dom.* 6, 7 *cf. Mart.* 4, 11, 3, 7. *Plut. Aem. Paullus* 25; Domitiani saevitiis ac maxime iniuria verborum,

qua scortum vocari dolebat, accensus imperium corripuit *epit. de Caes. 11, 9*; a militibus imperator appellatus *vita Nigri 9, 2; Alex. 1, 7 cf. quadr. tyr. 1, 1 (perperam Antoninus)*; tyrannus sub Domitiano *Polem. Silv. Chron. min. 1, 520 M. A. L. Maximo victus Dio exc. 67, 11, 1*; ipsa dimicationis hora resolutus repente Rhenus transituras ad Antonium copias barbarorum inhibuit *Suet. Dom. 6*; per Norbanum Lappium acie stratus *epit. 11, 10. Mart. 4, 11 cf. 9, 84*, de qua victoria Domitianus praesagiis prius quam nuntiis comperit *Suet. l. l. cf. Plut. Aem. Paulus 25. Occisus Suet. l. l. Dio 67, 11, 1. vita Nigri 9, 2*; caput eius Romam missum in foro exponitur *Dio 67, 11, 3. Epistulae in scriniis eius repertae a victore combustae Dio 67, 11, 2. Iulius Calvaster, qui tribunus laticlavus sub Antonio fuerat, se ab illo stupratum esse contendit Dio 67, 11, 4, cf. Suet. Dom. 10. — Seditionem mense Ianuario a. 89 oppressam esse veri simile videtur cf. quae exposuit Weynand RE 6, 2567 sq. Gr.*

— IVL(IVS) ANTONIVS SELEVCVS.

875 **Antonius Septimius Heraclitus**, vir egregius, procurator Sardiniae sub Gallo et Volusiano *miliarius Sardiniae Eph. ep. 8, p. 190 n. 773. Filius videtur Septimi Heracliti praefecti Aegypti a. 215 BGU 362 = Wilcken Chrest. 96. St.*

876 **M. ANTONIVS SEVERIANVS**, clarissimus vir IX 6083, 17 in signaculo. *Hic fortasse M. Antonius anus, sodalis Augustalis Claudialis a. 210—225 VI 1984. Eundem nominari in titulo christiano Caesareae Mauretaniae reperto VIII 9585 = 20 958 = Diehl ILChr 1583, ubi viri docti legerunt M. A(ntoni?) I(uliani) similiterve) Severiani c. v., mihi non probatur. Gr.*

— T. AELIVS NAEVIVS ANTONIVS SEVERVS v. sub Naeviis.

877 **Antonius Silo**, dux sagittariorum bello Iudaico Vespasiani *Ios. bell. 3, 486. Diversus videtur L. Antonius Silo II 4138 = D. 2715 item Q. Antonius Silo XIII 6357 = D. 3914. St.*

878 **Ant(oni)us [Sil]vanus**, vir egregius, procurator (sc. portorii publici Illyrici) a. 227, t. prope *Ulpianum Moesiae superioris rep. Jahresh. 6 B. 29 = D. 9023. Cf. supra n. 826. St.*

879 **Antonius Taurus**, tribunus praetorianorum exauctoratus a Galba a. 69 *Tac. h. 1, 20. St.*

880 **Antonius Thallus**, poeta (*civitatem ut videtur nactus per Antoniam Drusi, cf. Cichorius Röm. Stud. p. 356) anth. Pal. 7, 188. Idem putatur Thallus Milesius ib. 6, 91; 7, 373; 9, 220. Plangit adulescentes duos Mileto oriundos, in Italia defunctos 7, 373. Idem videtur esse Thallus, qui Caesaris alivius natalem celebrat, avi vestigiis ut insistat eum adhortatus anth. Pal. 6, 235: qui Caesar significetur, adhuc in dubio est. Cf. Cichorius l. l. W.*

881 **M. Antonius Vitellianus**, vir egregius, praepositus tractus Apuliae

- Calabriae Lucaniae Bruttiorum; patronus coloniae Canusinorum *t. Cannusinus IX 334 = D. 2768.* St.
- 882 M. Antonius Zeno, Laodiceus filius Polemonis, sacerdos Laodiceae sub Claudio et Nerone *nummi Waddington Rev. num. 1866, 439, cf. Br. Mus. Phrygia p. 324 et p. LXXVII. Ex stirpe Polemonum regum Ponti originem duxisse videtur, parentela quadam coniunctus cum M. Antonio Polemone dynasta Olbae supra n. 864.* W.
- 883 M. ANTONIVS ZENO, consul (suffectus) a. 148. *Nummi: 1) Perinthi in parte aversa ἐπὶ Ἄντ. Ζήνωνος πρ(εσβευτοῦ) Σεβ(αστοῦ) ἀντ(ιστρατήγου) Περινήθων, in adversa a) θεὰ Φαυστεῖνα b) Αὐρήλιος Οὐῆρος Κάϊσαρ exhibentes Mionnet 1, 403, Suppl. 2, 405, 1212. Imhoof-Blumer Monn. gr. p. 44 n. 31. Mušmov Antič. moneti na Balkansk. poluoostrovje p. 252 sq. n. 4468 sq. (testimonium affert Stein Thracia p. 19). 2) Philippopolis in adversa cum capite et inscriptione Antonini Pii, in aversa ἐπὶ Ἄντ. Ζήνωνος πρ. Σεβ. ἀντ. Φιλιπποπολειτῶν Mionnet Suppl. 2, 447, 1441. 1442 cf. Imhoof-Blumer l. l. p. 44. Br. Mus. Thracia p. 161, 4. 3) Nicopolis in parte aversa a) Αὐ. Τ. Αἰ. Ἄδρια. Ἀντωνεῖνος b) Αὐρή(λιος) Οὐῆρος Κάϊσαρ, in aversa ἠγε. Ζήνωνος Νεικοπολει(τῶν) Ant. Münz. Nordgriech. 1, 1 p. 349 sq. n. 1225—1227. 1229. — Consulatatus eius commemoratur in dipl. mil. III p. 1985 = D. 2005 (1). — Ad hunc refertur t. mutilus Serdicensis Kalinka Ant. Denkm. in Bulg. p. 22 n. 26 = IGR 1, 1454 (minus recte 683), ubi ex nomine legati nihil superest nisi M. Ἄ (2); idem memorari videtur in fragmento tituli Thuggensis VIII 1480 cf. p. 2616 (3).*
- M. Antonio Zeno (*sic*) *cos. t. 1. M. Ἀ[ντωνίος Ζήνων?] t. 2. [M. An]tonius Zeno t. 3. Ἄντ. Ζήνων sive Ζήνων nummi. — Ex posteris videtur eius qui praecedit. Legatus Augusti pr. pr. Thraciae imperante Antonino Pio nummi, anno 140 t. 2; nummos Perinthiorum cum inscriptione θεὰ Φαυστεῖνα post mortem Faustinae Augustae i. e. non ante a. 140 cusos esse censuit Kubitschek Num. Ztschr. 44, 1911, 155. Consul suffectus d. 9 m. Oct. a 148 cum C. Fabio Agrippino t. 1. Proc[onsul Africae] t. 3 quinto decimo fere anno post consulatum. — Idem videtur M. Antonius Zeno, maritus Antiae Marcellinae, quae posuit t. urbanum VI 36 848; Zenonis et Marcellinae filius nescio an fuerit M. Antonius Antius Lupus (n. 812).* Gr.
- POLLA AN[TONIA?].
- 884 ANTONIA maior, M. Antonii triumviri ex Octavia filia, uxor L. Domitii Ahenobarbi (*consulis a. 16 a. C.*) *Suet. Nero 5, 1; cf. anonym. περί τοῦ Καισαρείου γένους ed. Lambros Νέος Ἑλληνομνήμων 1 (1904), 148, nata a. 39 a. C. Plut. Ant. 33. A. 37 a. C. Antonius eam despondit Domitio Dio 48, 54, 4 (interfectori Caesaris errore, confundens eum cum patre); uxor L. Domitii Ahenobarbi Suet. l. c. Plut. Ant. 87. Tac. a. 4, 44 (et 12, 64, sed*

qui male eam minorem appellat). Antonia Domiti VI 4702. 37 758. Patre mortuo Augustus ei et sorori (cf. *Plut. Ant.* 87) pecunias ex bonis paternis permisit *Dio* 51, 15, 7. Basilica Antoniarum duarum VI 5536 = D. 5220 harum sine dubio sororum. Liberi: Cn. Domitius Ahenobarbus, pater Neronis, qui postea imperavit, Domitia C. Passieni Crispi, Domitia Lepida. St.

885 ANTONIA minor = ANTONIA AVGVSTA.

Tituli VI 921 cf. 31 204 in arcu Claudii (1). IX 3663 = D. 149 Marruvinus (?). X 1417 = D. 150 Herculensis (3). Wadd. 1039 = D. 8787 Iliensis (4). CIG 5186 = IGR 1, 1025 Cyrenaicus (5). IG 12, 2, 207 = IGR 4, 73 Mytilenaeus (6). Commemoratur in fastis Ostiae a. 37 XIV 4535 (7), in actis Arvalium a. 38 VI 2028 c (8), in titulis sacerdotum IG 3, 315 (9). 652 (10), in titulis libertorum vel servorum permultis III 560 (= IG 3, 1435). VI 4148. 4327. 4350 (= D. 7811). 4387. 4402. 4487. 4563. 4693. 8817. 9065. 9097 (= D. 1790). 12 037 (cf. *Suet. Vesp.* 3. *Dio-Xiph.* 66, 14, 1). 19 475. 22 868. 22 895. 29 624. 33 368. 33 762. 33 774. 33 794 (= D. 1754. 1695. 1663. 1696). 37 451. IG 14, 734 = IGR 1, 437, fortasse etiam VI 4100. 4332. 4365. 4383. 4434. 4451. 4537. 4562. 4609. 4689. 5216. 33 370 a (= D. 1785). Item servus eius P. Oxy. 2, 244. Liberti M. Antonius Felix, M. Antonius Pallas (ubi vide), Protus Ios. ant. 18, 156, Antonia Caenis, item ut videtur Hiberus Augusti libertus, praefectus Aegypti a. 32 (cf. supra n. 837). Nummi sub Claudio cusi *Eckhel* 6, 179 sqq. *Cohen* 1², 222 sqq. *Mattingly Br. Mus. Coins of the Roman Emp.* 1, 180. 188. 193. *Mattingly-Sydenham* 1, 131 sq. *Alexandrini: Vogt Alex. Münzen* 1, 24; 2, 5.

Antonia Drusi passim in titulis et P. Oxy. l. c. P. Ryl. 140. 141. *Plin.* n. h. 7, 80; 9, 172. *Rostowzew Tesserar. syll.* n. 9. (Drusi mater *Galen.* 12, 768 per errorem), interdum Antonia nude, Antonia minor *Suet. Cal.* 1, 1; *Claud.* 1, 6. VI 33368, postea Antonia Augusta.

Filia M. Antonii triumviri et Octaviae sororis Augusti *Plut. Ant.* 87, ἀδελφιδὴ θεοῦ Σεβαστοῦ t. 4. Nata est d. 31 m. Ianuarii t. 8 (cf. *Crinagoras ep.* 12 R. = *Anth.* 6, 345) anni a. C. 36 cf. *Plut. Ant.* 35. Post mortem patris Augustus ei et sorori ex bonis paternis pecunias permisit *Dio* 51, 15, 7. Uxor Neronis Claudii Drusi (vide supra) fratris Tiberii qui postea imperavit *Val. Max.* 4, 3, 3. *Suet. l. c. Plut. Ant.* 87. *Ios. ant.* 18, 143. 180. *Consol. ad Liviam v.* 299 sqq., qui ex ea complures quidem liberos tulit, verum tres omnino reliquit, Germanicum, Livillam, Claudium *Suet. Cal.* 1, 1; *Claud.* 1, 6; 3, 2. *Ios. ant.* 18, 164. *Dio* 58, 11, 7; 60, 2, 5; 66, 14, 1. VI 921. X 1417. In partum eius scripsit *Crinagoras ep.* 8 R. = *Anth. Pal.* 6, 244; cf. 29 R. = *Anth. Pal.* 9, 239. Marito mortuo (anno a. C. 9) forma et aetate florens Augusto frustra monente vidua permansit *Val. Max. l. c. Ios. ant.* 18, 180. Anno 20 funeri publico Germanici non

interfuit, incertum qua causa *Tac. a. 3, 3*. Eodem anno post interitum Pisonis ei quoque ob vindictam Germanici grates agendas esse Valerius Messalinus censuit *ib. 3, 18*. Iulia Augusta defuncta (*a. 29*) Gaium et Drusillam nepotes apud se educavit *Suet. Cal. 10, 24*. Anno 31 Tiberium de coniuratione Seiani certiore fecit *Dio-Xiph. 66, 14, 1, 2*. *Ios. ant. 18, 181, 182*. Propter eam Tiberius filiae eius Livillae pepercisse ipsaque filiam inedia necavisse dicitur *Dio 58, 11, 7*. Amica Berenices *Ios. ant. 18, 143, 165, cf. 156*, filio eius Agrippae, qui postea regnavit, favit *ib. 143, 164 sqq. 236*.

Gaius sub initium imperii sui quidquid umquam Livia Augusta honorum cepisset, aviae uno senatus consulto conegessit *Suet. Cal. 15, 2*; Augustam eam nuncupavit (Antonia Augusta in *titulis nummisque*; cognomen Augustae ab viva recusatum *Suet. Claud. 11, 2*) et sacerdotem divi Augusti fecit (sacerdos Augusti *nummi*), eosdem ac Vestalibus honores ei tribuit *Dio 59, 3, 3, 4*, sed paullo post vituperantem eum ad voluntariam mortem coegit *ib. 3, 6*. *Suet. Cal. 23, 2; 29, 1*. Obiit kal. Mais a. 37 t. 7. Defunctae Gaius nullum honorem habuit *Suet. Cal. 23, 2* (*tamen* ob natalem Antoniae Augustae fratres Arvales a. 38 immolaverunt t. 8), Claudius carpentum, quo per circum duceretur, curavit *Suet. Claud. 11, 2*, natali eius die ludos circenses instituit *Dio 60, 5, 1*.

Alexander (Lysimachus) procurator eius *Ios. ant. 19, 276*. *Nominatur praeterea Tac. a. 11, 3; 13, 18*. *Suet. Claud. 4, 4*. Infirmus valetudine, curata a Floro medico *Gal. l. c., cf. Scribon. Larg. 271; alios medicos eius habes VI 4350, 4451 (et 4487), 4689*. *Praedia eius in Aegypto sita commemorantur in papyris graecis P. Oxy. l. c. Ryl. l. c. et 171*. *P. Ross. Georg. 2, 12 col. III 4*. *Per eam civitatem accepisse videtur Antonius Thallus (v. supra n. 880)*. *Ei dedicavit Crinagoras anth. Pal. 6, 244, 345; 9, 239*. *Ad ear datum esse Honesti Corinthii epigramma in t. Boeotico Bull. hell. 26, 153 coniecit Cichorius Röm. Stud. 362 sqq., dubito num recte*. *Basilica Antoniarum (eius et Antoniae maioris) VI 5536 = D. 5220*.
St.

886 ANTONIA, filia natu maxima imperatoris Claudii ex Aelia Paetina *Suet. Claud. 27, 1; Nero 35, 4*. *Tac. a. 12, 2; 15, 53*. *Ios. ant. 20, 150; bell. 2, 249, cf. titulos libertorum et papyros infra allatas*.

Nomen et imago eius una cum Britannici et Octaviae in nummo Claudii Eckhel 6, 246 et in nummis Messalinae Caesareae Cappadociae cuspis, Brit. Mus. Galatia, Cappadocia 46, 13 pl. VIII 9. Mattingly Br. Mus. 1, 199 tab. 38, 8 = Mattingly-Sydenham 1, 128, 59. Imago sola in nummis Claudii a. 42/3 Alexandrinis, cf. Pick ap. Wilcken Ostr. 1, 730. Vogt Alex. Münzen 1, 52; 2, 5.

Anno 41 Claudius eam Cn. Pompeio Magno in matrimonium dedit *Suet. Claud. 27, 2*. *Dio 60, 5, 7 (cf. 21, 5)*. *Zonar. 11, 9, cf. VI 31722 = D. 955*.

- Quem cum occidisset (*ante a. 47*), iterum eam collocavit Fausto Cornelio Sullae Felici *Suet. Claud. 27, 2. Tac. a. 13, 23. Zonar. l. c. Sen. apocol. 11, 5*. Ex hoc filium peperit, cuius natalem Claudius silentio ac tantum domestica religione transegit *Suet. Claud. 12, 1. Zonar. l. c.* Sulla a. 62 interfecto (*Tac. a. 14, 57*) Nero eam post Poppaeae mortem (a. 65) nuptias suas recusantem quasi molitricem novarum rerum interemit *Suet. Nero 35, 4. Schol. Iuvenal. 8, 213, cf. Dio exc. 61, 1; quod Plinius eam participem fuisse coniurationis Pisonianae tradit, id Tacitus a. 15, 53 refellit. Commemoratur Tac. a. 12, 68 et in fragmento t. Gabini XIV 2794.*
- Nomen gentilicium paternum nusquam inditum ei nisi in titulis libertorum VI 2329. 9802 (= D. 4992. 7466). 15517. Praedia eius Aegyptia P. Fay. 40. P. Bour. 42, v. 89. 111. 117. 140 sq. 153 (121. 135?). Sacerdos eius in t. Attalensi Annuario d'Atene 6/7, 416 = Ann. ép. 1929, 25. St.*
- 887 ANTONIA AGRIPPINA, ὑπατική, ipsa nomen scripsit in sepulcris regum Aegypti Thebanis *Baillet Inscr. Gr. et Lat. 1724 (tab. 67) = IGR 1, 1210; fortasse ex posteris M. Antonii Felicis (n. 828) et Drusillae regis Agrippae filiae. Gr.*
- 888 Antonia Caenis. *Titulus eius sepulcralis VI 12037 (1), posuit VI 20950 (2), fistula plumbea urbana Bull. com. 1908, 54 (3). Utrumque nomen tituli, Caenis scriptores. Antoniae Drusi liberta et a manu (Augustae liberta t. 1), quam Vespasianus post uxoris excessum dilectam quondam sibi revocavit in contubernium habuitque etiam imperator paene iustae uxoris loco Suet. Vesp. 3. Dio-Xiph. 66, 14, 1—3. Multum potuit apud Vespasianum et magnas divitias comparavit, cum munera honores procurationes militias sacerdotia venditaret Dio l. c. Defuncta est imperante Vespasiano Suet. Vesp. 21. Dio l. c. Commemoratur Suet. Dom. 12. Ex eius familia Caenidiani VI 15110. 18358. St.*
- 889 Antonia Clementiana, filia fortasse Antoni Felicis, cuius pronepotis L. Anneii Domitii Proculi avia nuncupatur t. Polensis V 34. St.
- Iulia Antonia Eurydice.
- 890 ANTONIA A. F. FVRNILLA, Q. Marcii Bareae Surae uxor t. urbanus VI 31766; mater videtur Marciae Furnillae, quam Titus, qui postea imperavit, uxorem duxit *Suet. Tit. 4. Gr.*
- 891 (Antonia) Harmeris, liberta Antoniae Maximillae; ei ius Quiritium a Traiano impetrat *Plinius ad Trai. 5, 2; 6, 1. St.*
- 892 (Antonia) Hedia, liberta Antoniae Maximillae, ei ius Quiritium a Traiano impetrat *Plinius ad Trai. 5, 2; 6, 1. St.*
- 893 Antonia M...ia, T. Porci Rufiani, [legati?] legionis XXII Primigeniae uxor, pro salute Porciae Rufianae filiae Dianae Mattiacae signum posuit XIII 7565. Gr.
- 894 Antonia Maximilla, ornatissima femina, necessaria Plinii *ad Trai. 5, 2. St.*

- 895 ANTONIA PICENTINA, Cn. fil., C. C... (*fortasse supplendum Claudii*) Secundi praetorii uxor, sacerdos divae Faustinae, Imp. Antonino Aug. Pio posuit *titulum Faleriensem IX 5428 = D. 5652.* Gr.
- 896 Antonia Primigenia, coniunx L. Antoni Firmi t. *Salonitanus III 2075.* St.
- 897 Antonia Prisca, mater Q. Antistii Adventi Postumii Aquilini VIII 18893 = D. 1091; v. sub filio. Gr.
- NAEVIA ANTONIA RVFINA.
- CLAVDIA ANTONIA SABINA.
- 898 ANTONIA SATVRNINA, L. fil., coniunx C. Arri Pacati, matertera Arriorum Antonini Maximi Pacati clarissimorum virorum VIII 7032 t. *Cirtensis ei positus* a L. Antonio Cassiano liberto; *domina latifundiorum vicu(m)* et *nundina* constituit VIII 8280 cf. 20077 = D. 6869 t. *rep. loco Numidiaei qui hodie dicitur Ain Mechira inter Cirtam et Diamam.* Gr.
- CLAVDIA ANTONIA TATIANA.
- 899 Antonia Tironilla, Iuli Max... (uxor) in *actis Iud. saec. a. 204 VI 32329.* Gr.
- 900 Antonia Tryphaena. *Tituli: Cyzicenorū decreta in honorem eius facta, primum Tiberio imperante IGR 4, 144, cf. A. Wilhelm Anatol. Stud. Ramsay (1923), 418—431; Jahresh. 24, 188—191 (1), alterum Gaiō imperante Ditt. Syll.³ 798 = IGR 4, 145 (2), tertium paulo recentius de foro ab ea ornato factum Ditt. ib. 799 = IGR 4, 146 (3). Ipsa dedicavit ibidem basim anaglyphis ornata cum titulo duplici Journ. Hell. Stud. 22, 126. 127. 129 (et 23, 91) = IGR 4, 147 (4), commemorata Ath. Mitt. 6, 40 = IGR 4, 148 (5). Nummi Koehne Musée Kotchoubey 2, 188 sq. Catal. Lemmé p. 32. Wadd. Rec. d. monn. gr. As. 1 p. 21 sq., n. 22—28. Br. Mus. Pontus cet. 47, 11 sq., repraesentata et nominata in nummis Polemonis (II) regis filii eius.*
- Antoniam Tryphaenam t. 1. 3. 4, ... on... na t. 5, Tryphaenam t. 2. Nummi. Filia Polemonis (I) regis Bosporani nata ex Pythodoride Philometore t. 1. Polemonis et Pythodoridis filia (*nomen reticetur*) nupsit Cotyi regi Thracum, ex quo filios tulit quorum maximus (Rhoemetalces in Thracia) regnavit Strabo 12, 556. Ab uxore Cotyis Rhescuporis, cuius iussu Cotys occisus erat (*paulo ante a. 19 p. C.*), in senatu accusatus est Tac. a. 2, 66. 67, cf. Vell. 2, 129. Sacerdos (Iuliae) Augustae t. 1. Mater ex Cotye Rhoemetalcae t. 2—4, Polemonis (II), Cotyis t. 2. 4, quos Gaius, qui cum iis erat educatus, imperium adeptus in regna paterna restituit t. 2. Dio 59, 12, 2. *Inde nuncupatur* filia regum et mater regum t. 2. Ipsa βασίλισσα nummi, ἡ κρατίστη καὶ φιλοσέβαστος t. 3. Cyzici cum filiis duobus maioribus ludos in honorem Drusillae edidit t. 2. Fossam per isthmum Cyzicenum belli tempore oppidi custodiendi causa repletam rursus aperiendam curavit t. 3. 4. *Una cum Polemone a Gaiō restituta in Ponto et Bosporo regnasse*

- apparet ex nummis. Eius creditur (sed dubito num recte) memoria servari in actis apocryphis Pauli et Theclae c. 27 sqq. ubi dicitur βασιλισσα Tryphaena et cognata imperatoris, mater Falconillae, degens Antiochiae Pisidiae.* St.
- 901 ANTONIA VITELLIA, adfinis M. Antonii Antii Lupi VI 1343 = D. 1127. Gr.
- (Faenia) Antulla.
- 902 ANVLLINVS, senator, cuius libertus Diocletianus dicitur *Eutr. 9, 19, 2. Epit. de Caes. 39, 1. Zon. 12, 31 p. 159 D.; videtur fuisse e gente Annia (v. supra n. 632).* Gr.
- ANNIVS ANVLLINVS.
- C. ANNIVS ANULLINVS GEMINVS PERCENNIANVS.
- P. CORNELIVS ANVLLINVS.
- 903 Anullius Geta, ex praefecto [al]ae (primae Augustae) Parthorum, commilito Q. Sallusti Macriniani clarissimi viri sub Septimio Severo et filiis eius t. *Caesariensis Mauretaniae VIII 9371 = D. 1355.* St.
- 904 Apaturius, rhetor Graecus *Seneca controv. 10, 5, 28; suasor. 1, 11; 2, 21. Cf. Brzoska RE 1, 2681, 5.* W.
- 905 APELLAS, Pergamenus, ex posteris C. Antii A. Iulii Quadrati (*consulis a. 93, II a. 105*), pater Frontonis, avus Apellae; ὄσων ἐθνῶν ἐπήρξεν, ὄσας τιμὰς ἐκ βασιλέων ἐκαρπώσατο *silentio se praeterire ait Aristides or. 30 p. 201 sq. K. (cf. p. 204 adn.). Fortasse idem intelligendus est Ἀπελάς, qui commemoratur a Galeno 8, 362 K. Iulio gentilicio posteros quoque Quadrati usos esse verisimile videtur (v. sub Iulius).* Gr.
- 906 APELLAS, oriundus a C. Antio A. Iulio Quadrato, nepos Apellae (n. 905), filius Frontonis, Pergamenus, quattuordecim fere annos natus ab Aristide magistro oratione celebratus *Aristid. or. 30 p. 201 sq. K. (cf. argum. or. ib. p. 201).* Gr.
- T. FLAVIVS VEDIVS APELLAS.
- 907 Apelles, Ascalonitanus, homo impudicus, postea tragoedus celeberrimus aetate imperatoris Gai, apud quem multum valuit, sed ad ultimum Gai iussu verberatus et cruciatus *Philo leg. ad Gai. c. 30 p. 193 sq. R. Suet. Cal. 33. Dio 59, 5. Idem significari videtur Petron. 64.* St.
- 908 Apelles (*traditur Appellari vel apelli*), tragoedus aetate Vespasiani *Suet. Vesp. 19.* St.
- FLAVIA ANNIA APELLIANA.
- 909 Aper, praefectus praetorio et socer Numeriani; quem cum occidisset, ipse a Diocletiano a. 284 interfectus est *vita Cari 12. 13. 14, 3; 15, 4. Vict. Caes. 38, 6—8; 39, 1. 13. Epit. de Caes. 38, 4. Eutrop. 9, 18. 20. (Euseb.-) Hieronym. chron. p. 225 a c H.; Syncell. 724 sq. Zonar. 12, 30. 31. Potest idem esse L. Flavius Aper, ubi vide.* St.
- 910 M. APER, e Gallia oriundus (*Tac. dial. 10, 3 de Gallis nostris*), homo novus

et in civitate minime favorabili natus, latum clavum, quaesturam, tribunatum, praeturam accepit *ib.* 7, 1, fuit in Britannia *ib.* 17, 6, orator aetate Vespasiani celeberrimus *ib.* 2. Loquentem eum inducit *Tac. dial.* 5—10. 16—23. *Nominatur praeterea ib.* 3, 5; 5, 1; 11, 1. 2; 12, 1. 4. 7; 14, 3. 10; 15, 1. 4; 24, 1. 3; 25, 1. 11; 26, 6. 8; 27, 2. 3; 28, 1; 33, 6; 42, 3.

St.

911ius Aper memoratur in actis lud. saec. a. 204 VI 32334.

Gr.

— ARRIANVS APER VETVRIVS SEVERVS.

— C. CAESIUS APER.

— Cominius Bo..... Agricolaelius Aper.

— FLAVIUS APER.

— L. Flavius Aper.

— M. FLAVIUS APER.

— T. FLAVIUS APER COMMODIANVS.

— L. FLAVIUS SEPTIMIUS APER OCTAVIANVS.

— M. NONIUS ARRIUS PAVLINVS APER.

— Q. POMPEIUS SENECIO IVLIVS APER SOSIUS PRISCVS.

— M. Porcius Aper.

— P. Salvius Aper.

— SEPTIMIUS APER.

— P. SEPTIMIUS APER.

— Trosius Aper.

— C. Valerius Aper (?).

— Vettius Aper.

912 Aphrodisius, Trallianus, nominatur inter statuarios qui Palatinas domos Caesarum replevere probatissimis signis *Plin. n. h.* 36, 38. St.

— T. Aurelius Aphrodisius.

— Scribonius Aphrodisius.

— Aelius Festus Aphthonius.

— Aurelia Apiana Diodora.

913 Apicata, uxor L. Aeli Seiani, qui ex ea tres liberos genuit, domo pulsa a. 23 *Tac. a.* 4, 3. *Dio* 58, 11, 6. Post necem Seiani a. 31 libello ad Tiberium misso maritum auctorem caedis Drusi prodidit *Tac. a.* 4, 11. *Dio l. c.* mox ipsa se interemit *Dio*; [Apicata] Seiani se occidit d. 26 oct. 31 XIV 4533 col. II 17 sq. St.

914 Apicius. *Sub hoc nomine fertur libellus, qui praecepta coquinaria continet; alterum nomen Caelius, quod codicibus quibusdam traditur, prava explicatione ex titulo archetypi genuino derivatum esse probare studuit Vollmer (ed. C. Giarratano et Fr. Vollmer, 1922, p. 5 sq.). Num ad eundem librum pertineant verba corrupta vita Ael. 5, 9 (v. ed. Hohl I p. 33), incertum est. Cf. Teuffel 27 § 283, 2 et infra Gavius Apicius.* W.

915 Apicius, homo gulosus aetate Traiani *Athen.* 1, 13 p. 7 d. St.

— M. Gavius Apicius.

916 APIDIVS MERVLA, quod in acta divi Augusti non iuraverat, a Tiberio a. 25 albo senatorio erasus est *Tac. a. 4, 42.* Gr.

917 APINIVS TIRO, praetura functus, a. 69 militibus classis Misenensis a Vitellio ad Vespasianum deficientibus ducem se obtulit *Tac. h. 3, 57, 76.* Gr.

918 Apion, grammaticus, Plistonices cognominatus *Plin. n. h. 37, 75. Gell. 5, 14, 1; 7, 8, 1. Clem. Alex. strom. 1, 21, 3* (Μόχθος cognominatus *Suidas* s. Ἀπίων et Ἀντέρως al.); Plistonicae filius *Suidas* s. Ἀπίων, *perperam ut videtur*; Posidonii filius *Africanus apud Euseb. praep. ev. 10, 10, 16. Ps.-Iust. coh. ad gent. 9 (Iust. ed. Otto 2, p. 42).* Aegyptius in Oasi natus, sed originem Alexandrinam sibi vindicans *Ios. contra Apionem 2, 29*; ab Alexandrinis civitate donatus *ib. 32.* Sub Tiberio Romae docuit *Suid. l. l.*, qui eum cymbalum mundi vocavit *Plin. n. h. praef. 25*; sub C. Caesare tota circumlatus est Graecia et in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus *Sen. epist. 88, 40.* Legatus Alexandrinorum Iudaeos apud Gaium accusavit *Ios. ant. 18, 257 sqq.*; iterum Romae docuit sub Claudio *Suid. l. l.*, ubi Plinius adulescens eum vidit *Plin. n. h. 30, 18. Ceterum cf. Cohn RE 1, 2803, 3. Christ-Schmid 2^e, 437 sq. Idem sine dubio Apion Πλειστον[ίκης] Memnonem audivit Ditt. Or. Gr. 662.* W.

— L. Aelius Aurelius Agrippus Memphius Apolaustus.

919 Apollinaris, nominatur inter veteres medicinae artis auctores Latinos *Marcellus Empir. praef. 2.* St.

— **Alf(enus) Apollinaris.**

— M. AQUILIVS P. COELIVS APOLLINARIS v. sub *Coeliis.*

— Aurelius Apollinaris.

— **Cerelius Apollinaris.**

— **Claudius Apollinaris.**

— L. DOMITIVS APOLLINARIS.

— P. Memmius Apollinaris.

— Nasennius Apollinaris.

— Pinarius Apollinaris.

— **T. Prifernius Paetus Memmius Apollinaris.**

— C. Sulpicius Apollinaris.

— **Valerius Apol(l)inaris.**

920 Apollodorus, Pergamenus, rhetor Graecus, C. Octavii (*qui postea Augustus*) magister dicendi *Suet. Aug. 89, 1. Strab. 13, 625. Quintil. 3, 1, 17. Hieron. p. 154 a H. Ps.-Lucian. Macrob. 23,* iam grandis natu ab illo iuvene Apolloniam ab urbe eductus *Suet. l. l.* Octoginta duos annos natus obiit *Ps.-Lucian. l. l.* Apollodorus et Theodorus Gadareus diversas opiniones tradiderunt, appellatique inde Apollodorei et Theodorei ad morem certas in philosophia sectas sequendi *Quintil. 3, 1, 18, cf. Strab. l. l.* Ipsius sola videtur Ars (rhetorica) edita ad Matium, quia ceteras missa

- ad Domitium epistula non agnoscit *Quintil. l. l.*, cf. *Strab. l. l.* Cf. *Christ-Schmid 2^e*, 459 sq. *Brzoska RE*, 1, 2886, 64. W.
- 921 Apollodorus, scriptor quidam sive poeta Alexandrinus aetate Martialis *Martial. 1*, 61, 5. Cf. *Christ-Schmid 2^e*, 326. W.
- 922 Apollodorus, Damascenus *Procop. de aedif.* 4, 6, 13, architectus, imperatori Traiano pontem in Danuvio exstruxit *id.*; *Tzetzes Chil.* 2, 82 sqq. *Dionem auctorem laudans*; sub eodem imperatore Romae forum, odeum, gymnasium aedificavit *Dio 69*, 4. Eo auctore Hadrianus simulacrum Lunae facere molitus est *vita Hadr. 19*, 13. Ab Hadriano primum exilio, deinde morte punitus *Dio*, *Tzetzes U. U.* — *Ex verbis Procopii profitentis se descriptione pontis illius supersedere*, Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ὁ καὶ παντὸς γερονῶς ἀρχιτέκτων τοῦ ἔργου φραζέτω *apparet Apollodorum de eo opere scripsisse. Extant Poliorcetica*, quae Hadriano dedicavit; *ed. R. Schneider Abh. Gött. Ges.* 1908, 6 sqq. — Cf. *Fabricius RE* 1, 2896, 73; *Suppl. 1*, 108. *Schneider l. l. p. 5 sq. Christ-Schmid 2^e*, 803. W.
- Antonius Apollodorus.
- P. Aelius Apollonianus.
- 923 Apollonides, grammaticus Nicaenus; *scripsit et alia et ὑπομνήματα εἰς τοὺς σίλλους Timonis*, quae Tiberio Caesari dedicavit *Diog. Laert. 9*, 109; cf. *Wentzel RE* 2, 120, 29. Fortasse idem Apollonides poeta, cuius *carminibus anthologia Palatina servatis cum alii nobiles Romani aetatis Augusti tum Tiberius ipse (9, 287) memorantur*, v. *Cichorius Röm. Stud.* p. 334 sqq.; cf. *Reitzenstein RE* 2, 119, 26. W.
- 924 Ap. Apollonides, cui Sulpicium Cornelianum commendat *Fronto ad am.* 1, 2, 174 N. (1, 286. 288 *Haines*). St.
- T. Aurelius Calpurnianus Apollonides.
- 925 Apollonius, pyceta *Sen. nat. qu.* 4 pr. 8. St.
- 926 Apollonius, Aegyptius, imperatori Gaio mortem vaticinatus est *Dio exc.* 59, 29, 4. St.
- 927 Apollonius, Tyaneus, philosophus Pythagoricus, *artis magicae peritissimus* (cf. *pap. Lond. 1 n. 125 = Preisendanz Pap. gr. mag. 2 p. 54*). Praeter *Lucian. Alex.* 5, ubi magister quidam Alexandri Abonuteichitae dicitur fuisse τῶν Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυανεῖ συγγενομένων καὶ τὴν πᾶσαν αὐτοῦ τραγῳδίαν εἰδόντων, ante saeculum III non memoratur. Saeculo III ineunte iussu Iuliae Domnae Augustae Philostratus vitam Apollonii scripsit, quae extat, fide parum dignam, cf. *Ed. Meyer Kl. Schr.* 2, 133 sqq.
- Oriundum fuisse Tyanis ex oppido Cappadociae praeter vitam 1, 4 confirmat *Lucian. l. l.* Reus factus apud Domitianum causam dixit *Philostr. vit.* 7 passim, cf. *Ed. Meyer l. l. p. 184 sq.* Necem Domitiani eadem hora, qua Romae peracta est, Ephesi (ἢ καὶ ἐτέρωθι *Dio*) populo proclamavit *Philostr.* 8, 26; *Dio-Xiph.* 67, 18. Neque quo anno natus

neque quo mortuus sit, certius definire licet. Inde ab aetate Septimii Severi divino quodam cultu celebratus est.

Epistulae Apollonii passim citantur a Philostrato; de epistulis, quae sub nomine eius feruntur, et de ceteris scriptis cf. e. g. Christ-Schmid 2⁶, 381 sq. W.

928 Apollonius, Syrus, Platonicus, praesagium imperii futuri Hadriano ab oraculo Iovis Nicephorii datum libris suis indidit *vita Hadr.* 2, 9. St.

929 Apollonius, Chalcedonius (Nicomedensis *Dio* 71, 35, 1 errore ut videtur), philosophus stoicus, magister Marci qui postea imperavit, *vita Marci* 2, 7; 3, 1; v. *Pii* 10, 4. *Dio* 71, 35, 1. *M. Antonin.* εἰς ε. 1, 8. 17. *Marcus ad Frontonem* 5, 36 p. 86 N. (1, 234 Haines). *Eutrop.* 8, 12. *Euseb.-Hieron. chron.* p. 203 b H.; *arm.* 221 K.; *Synzell.* 663. *Lucian. Demon.* 31, et *Veri, vita Veri* 2, 5. St.

930 Apollonius, Apollonii Chalcedonii philosophi filius *M. Caes. ad Frontonem* 5, 36 p. 86 N. (1, 234 Haines). St.

931 Apollonius, sub Commodus, quod Christianus erat, a Perenne (a. 180—185) ὡς ἂν ἀπὸ δόγματος συγκλήτου occisus *Euseb. hist. eccl.* 5, 21, 4, qui eum ἄνδρα τῶν τότε πιστῶν ἐπὶ παιδείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ βεβημένον dicit; *Hieron. vir. ill.* 42 ubi senator appellatur; *acta martyrii eius armeniace scripta, quae ficta esse recte statuit Geffcken Nachr. Gött.* 1904, 3, 262 sqq.; *Herm.* 45, 481 sqq. cf. *Harnack Sitz. Ber. Berl.* 1893, 721 sq., qui p. 740 iure dubitat, num recte Hieronymus illi latum clavum tribuerit. Gr.

— Apollonius, Atheniensis, sophista v. P. Aelius Apollonius.

— Aelius Apollonius.

— Aurelius Apollonius.

— Tiberius Claudius Aurelius Mucianus Apollonius Beronicianus.

— Claudius Apollonius.

— Fl. Apollonius.

— C. DILLIVS APONIANVS.

932 Aponius, delator post interitum Neronis occisus a. 68 *Plut. Galba* 8. St.

933 L. Aponius memoratur in fragmento, quod videtur pertinere ad fastos *Cupreses I² p. 63 (min. V)*. Eiusdem fortasse L. Aponi liberti servique nominantur in titulis sepulchralibus urbanis magna ex parte pertinentibus ad monumentum eruderatum inter vias Salariam et Pincianam VI 9333 (L. Aponi dispensator). 23730. 37494—37501. Cum in eodem monumento Marci quoque Aponii sepulti sint (VI 37494. 37495), videtur artior quaedam necessitudo intercessisse inter Lucium Aponium et Marcos Aponios Saturninos. — L. Aponi [An]naeani [cub]uclarius memoratur in t. urbano VI 37787. Gr.

934 L. Aponius, eques Romanus e cohorte Drusi a. 14 *Tac. a. 1, 29*. Fortasse non diversus L. Aponius ..., praefectus castrorum, tribunus militum legionum VII et XXII, praefectus equitum; praefectus pro II viro C.

- Caesaris Augusti filii t. *Baeterrensis XII 4230* (cf. 4235) = *Espérandieu ILG 558*. St.
- 935 M. Aponius (?), Ariminensis, inter grandaevos Vespasiani temporibus nominatus *Plin. n. h. 7, 163* (nomen corrupte traditum). St.
- A. PLATORIVS NEPOS APONIVS ITALICVS MANILIANVS C. LICINIVS POLLIO.
- 936 APONIVS SATVRNINVS, praetorius dives a Gaio illusus *Suet. Calig. 38*; idem videtur Aponius senator post Gai necem d. 25 m. Ian. a. 41 a militibus vulneratus *Ios. ant. 19, 264*. Probabile est hunc a viro aequali M. Aponio Saturnino, qui praedia possidebat in Aegypto (n. 937), non diversum esse. Pater videtur M. Aponii Saturnini (n. 938). Gr.
- 937 M. APONIVS SATVRNINVS, cuius fundi Aegyptiaci memorantur in papyris a. 29 *P. Osl. 2, 33* = *Klio 22, 221 sq.*, cf. *Eitrem Symb. Osl. 7, 35* (οὐσία Μάρκου Ἀ...νείου Σατορνίλου), a. 31 *P. Ryl. 2, 131* (κώμην Ἀπονίου Μάρκου Σατορνίου), a. 34 *ib. 135* (ubi editores legerunt μερίτος Μάρκου Ἀπολ(λ)ωνίου Σατυρνίνου). Idem videtur Aponius Saturninus qui praecedit. Gr.
- 938 M. APONIVS SATVRNINVS commemoratur in titulo graeco *Acmonensi posito* [L.] *Servenio Cornuto legato eius D. 8817* = *Ditt. Or. 482* = *IGR 4, 644* (cf. *frustulum IGR 4, 646*) et in actis fratrum Arvalium a. 57 *VI 2039*. a. 58. 59. 60 *VI 2040* cf. 32353. 2041. 2042. a. 66 *VI 2044* cf. 32355. — M. Aponius Saturninus titulus; acta *Arv. passim* (Saturnius errore *VI 2041 v. 64*). M. Aponius *Tac. h. 1, 79*. Aponius Saturninus *ib. 2, 85. 96; 3, 5* (locus corruptus). 9. 11. Aponius *ib. 5, 26* (h. 3, 10 Aponius traditur, Aponianus cognomen substituendum esse crediderim ita ut significetur *Dillius Aponianus legatus legionis III*). Probabiliter filius Aponii Saturnini (n. 936). Frater Arvalis adfuit in collegio a. 57. 58. 59. 60. 66 acta *Arv.*; promagister a. 66 *ib.* Consularis *Tac. h. 3, 11*, consul suffectus a. inc. sub Nerone. Legatus (Augusti pro praetore) Moesiae a. 69 *Tac. h. 1, 79; 2, 85; 3, 5. 11; 5, 26*, successor ut videtur *Pomponii Pii* (cf. *Dessau Jahresh. 23 Beibl. p. 353*). Ob res adversus Rhoxolanos prospere gestas ab Othone triumphali statua honoratus *Tac. h. 1, 79*. Misit centurionem ad interficiendum Tettium Iulianum septimae legionis legatum ob simultates, quibus causam partium praetendebat *ib. 2, 85*; Vitellii partes secutus *ib. 2, 96* cf. 3, 11, mox Vespasiani *ib. 2, 96; 3, 5*; in Italiam profectus *ib. 3, 5. 9*; ab exercitu seditioso ad supplicium postulatus Patavium evasit *ib. 3, 11*. — Proconsul Asiae titulus, probabiliter imperante Vespasiano, post a. 73, nam a. 70—73 *T. Clodius Epruius Marcellus provinciae praefuit*. Gr.
- 939 Appaenia Salviana, uxor C. Iulii Annii Maximi Catapaliani tit. *Africanus Bull. tr. hist. 1924 p. CXL*. St.
- 940 Q. APPAEVS FELIX FLAVIANVS. *Tituli Africani: ei positus Goritanus Ann. ép. 1928, 27 (1)*; memoratur in t. patri posito originis incertae *VIII 24054 (2)*.

- Q. Appaeus Q. f. Felix Flavianus *t. 1* (*v. 1 videtur agnomen viri supplendum esse; extat He. . . . e. .*). Q. Appaeus Felix Flavianus *t. 2*.
 Q. Appaei P. fil. Ter(etina) Saturnini Iuventiani filius *t. 2 cf. 1*; c(larissimae) m(emoriae) i(uvenis) *t. 2*; civis et patronus Gorit(anorum) *t. 1*.
Gr.
- 941 Q. Appaeus Saturninus Iuventianus, P. fil. Teretina, egregius vir, pater Q. Appaei Felicis Flaviani clarissimae memoriae iuvenis *t. Africanus VIII 24054*.
St.
- L. AELIVS APPAIENVS IVNIANVS.
- 942 T. Appalius Alfinus Secundus, T. f., Velina; praefectus cohortis IIII Gallorum, tribunus cohortis I Aeliae Brittonum, praefectus alae I Augustae Thracum, subpraefectus classis praetoriae Ravennatis, praefectus vehiculorum, procurator Alpium Atrectianarum, procurator Augusti vicesimae hereditatum; patronus coloniae (Firmi Piceni), flamen divorum omnium, augur, II vir quinquennalis bis *t. ei positus Firmi IX 5357 = D. 1417*. Pater fortasse naturalis M. Gavi Appali Maximi adoptati ut videtur a M. Gaudio Maximo XIV 2607.
St.
- M. GAVIVS APPALIVS MAXIMVS.
- 943 Appianus, Alexandrinus, imperante Traiano Iudaeis rebellantibus ex Aegypto fugit *FHG 5, 1, p. LXV, cf. b. e. 2, 90*; summos honores in patria adeptus advocatus fisci Romae factus est (*sic verba Appiani δίκαιος ἐν Ῥώμῃ συναγορεύσας interpretanda esse iudicant Schwartz RE 2, 216, Hirschfeld Kais. Verw.², 49, 5, contra A. Stein Ritterstand 134*), deinde procurator Augusti (*an Augustorum?*) *App. praef. 15* iam senex, auctore Frontone *Fronto epist. ad Pium p. 170 N. = 1, 262 Haines*. Scripsit *ca. a. 160 (cf. praef. 7. 9)* historiam Romanam secundum nationes digestam inde ab originibus usque ad res gestas Traiani; *cuius operis extant cum aliae partes tum libri ad bella civilia pertinentes*. — Epistula Appiani eiusdem ut videtur ad Frontonem scripta huiusque responsum *ed. Naber l. l. p. 244 sqq. = 1, 264 sqq. Haines. Cf. Schwartz RE 2, 216, 2. Christ-Schmid 2⁶, 751 sqq.*
W.
- APPIVS APPIANVS.
- L. RVPILIVS APPIAN[VS].
- M. VALERIVS MESSALLA BARBATVS APPIANVS.
- Appius v. Atrius.
- 944 L. APPIVS vel Lappius nominatur in tegulis repertis et in finibus Lingonum prope Dibionem loco dicto Mirebeau sur Beze, qui locus fuit Germaniae superioris, et Neriomagi in Aquitania: leg. VIII Aug. L. Appio (vel Lappio) leg(ato) *Bull. épigr. de la Gaule 3, 225; 4, 65 sq. Bull. tr. hist. 1908, 133 sq. Rev. arch. 16, 1910, 162. Riese Rhein. Germ. in d. Inschr. 59; tegulae ad aetatem Domitiani referendae videntur cf. XIII p. 84. 178. Mommsen Herm. 19, 437 sq. Ritterling Jahresh. 7 B. 25 sq.; RE 12, 1658. Stech Klio*

- Beih.* 10, 25. Num idem sit L. Appius Maximus, proconsul Bithyniae ut videtur imperante Domitiano (n. 949), neque diversus 'confector belli Germanici', VI 1347 = D. 1006, inter viros doctos dubitatur; v. Maximus. Gr.
- 945 Appius Alexander, vir egregius, procurator Augustorum (quorum nomina in t. 2 erasa) ducenarius (ὁ κράτιστος ἐπίτροπος τῶν Σεβαστῶν, πολλάκις δουκηνάριος), philosophus tituli duo Ephesi ei et uxori positi inediti (1). (2); Desidiena Cincia uxor t. 1. Eius filia (vel neptis) videtur Appia Alexandria clarissima femina, quacum parentela coniuncta Pompeia Appia Cincia Agathoclia t. Thuggensis VIII 26578. St.
- 946 APPIVS APPIANVS fuit inter eos, quos prodigos et ob flagitia egentis senatu movit Tiberius aut sponte cedere passus est a. p. C. 17 Tac. a. 2, 48 (haud ita certum, num Appii nomen pro gentilicio accipiendum sit). Gr.
- M. APPIVS (ATILIVS) BRADVA v. infra Atilius Bradua.
- TI. CLAVDIVS M. APPIVS ATILIVS BRADVA REGILLVS ATTICVS.
- 947 APPIVS BRADVA nominatur in tegula urbana XV 826; videtur vel Appius Annius Atilius Bradua consul a. 160 vel avus eius maternus M. Appius (Atilius) Bradua. Gr.
- 948 C. APPIVS EVNOMIVS SAPIDIANVS, clarissimus vir, quaestor candidatus, praetor urbanus, amplificator patriae, patronus Sinuessanorum publice ab his honoratus t. Campano X 3844 suspectae fidei, quippe qui unius Lupoli auctoritate nitatur. Gr.
- POMPEIVS APPIVS FAVSTINVS.
- 949 L. APPIVS MAXIMVS, proconsul Bithyniae imperante Domitiano, ut apparet ex epistula Domitiani ad eum scripta, quam affert Plin. ad Tr. 58, 6. Ab hoc fortasse non diversus L. Appius legatus (n. 944). Utrum idem fuerit confector belli Germanici, qui dicitur Appius vel [L]appius Maximus in t. urbano mutilo uxori posito VI 1347 cf. 37049 = D. 1006 (cf. add.), Λούκιος Μάξιμος Dio-Xiph. 67, 11, 1, Norbanus Lappius vel Appius epit. de Caes. 11, 10 (cf. Pichlmayr Herm. 33, 665, Domaszewski Abh. z. röm. Religion 189, aliter Hauler Wien. Stud. 38, 166), Norbanus Mart. 9, 84, 1, an hic distinguendus sit a proconsule Bithyniae, non potest diiudicari nisi e titulis novis plena devictoris Antonii Saturnini nomina innotescant; v. infra Maximus. — Titulum urbanum VI 1347 (cf. 37049) fictum esse, id quod demonstrare conatus est Riese Westd. Ztschr. 26 (1907), 134, mihi non probatur. Gr.
- 950 APPIVS MAXIMVS SANTRA, dux Traiani bello Parthico. Appius Santra Fronto princ. hist. p. 209 N. = 2, 214 Haines ex lectione Hauleri (cf. quae exposuit Hauler Wien. Stud. 38, 166 sq.). Maximus Dio-Xiph. 68, 30, 1; idem sine dubio significatur nomine omisso a Frontone l. l. p. 204 N. = 2, 202 Haines, de b. Parth. p. 217 N. = 2, 22 Haines. — Filius fortasse L. Appii Maximi proconsulis Bithyniae (n. 949). Consularis vir Fronto

- p. 209. 217 N., consul suffectus a. inc. sub Traiano. Legatus Traiani bello Parthico a. 116 ab imperatore adversus eos qui defecerant missus, in Mesopotamia cum exercitu caesus *Dio* 68, 30, 1. 2. *Fronto* ll. ll. Gr.
- APPIVS *vel* LAPPIVS NORBANVS v. n. 949.
- 951 Appius Quintianus, amicus Apulei *apol.* 57. 58. 72. St.
- AVRELIVS APPIVS SABINVS.
- 952 C. APPIVS SABINVS, clarissimus vir, bi[s consul?], *nominatur in fragmento tituli urbani VI 37061*: c(larissimi) [v(iri)] nepti, C. Appi. Sabini c. v. bi[s eos?] filiae, A. Cae[cinae?]. c. v. [uxori?] (*cf. n. 956*). *Idem fortasse Appius Sabinus* ὁ λαμπρότατος ὑπατικός, *qui honoratur t. Olympico Inschr. Olymp. 355. Sabinum non diversum esse a C. Octavio Appio Suetrio Sabino cos. a. 214 coniecit Bang; cogitare malim de Sabino cos. II a. 240. V. infra Aurelius Appius Sabinus.* — L. Appius Sabini l. Cinnamus fictor pontificum Romae V 3352 t. *Veronensis*. — Appius Sabinus *commemoratur in tab. alim. Veleiate XI 1147, 3, 40.* Gr.
- 953 SEX. APPIVS SEVERVS. *Titulus urbanus ei dedicatus ab [Appia] Severa filia VI 1348 = D. 1003 (1); nominatur in fistula plumbea Bull. com. 35, 231 (2).* — [Sex. Appius] Sex. filius Volt(inia) Severus t. 1 *cf. VI 1349; Sex. Appius Severus t. 2.* — IIII vir viarum curandarum, tribunus militum legionis III Gallicae, sodalis Titius, quaestor [Titi Ves]pasiani Caesaris Augusti fili t. 1. Pater Appiae Severae t. 1, v. *infra n. 955. Huius fortasse liberta Appia Sex. l. Caletyche VI 12183.* Gr.
- C. OCTAVIVS APPIVS SVETRIVS SABINVS v. *infra sub Suetriis.*
- Appia (?) *Iuvenal.* 6, 385 v. Aelia n. 283.
- 954 APPIA ALEXANDRIA, clarissima femina, honoratur una cum Pompeia Appia Cincia Agathoclia, *filia ut videtur, titulo Thuggensi mutilo VIII 26578. Ex nominibus matris et filiae videtur colligi posse Appiam Alexandriam filiam fuisse Appii Alexandri procuratoris et Cinciae Desidienae (v. n. 945), uxorem Pompei Faustini, matrem vel aviam Pompei Appii Faustini praefecti urbis a. 300 (cf. quae exposuit Poinssot Nouv. archiv. d. miss. scient. 1913, 179 sq.). — Eadem videtur Ἀππία Ἀλεξάνδρα, quae servis suis monumentum sepulchrale exstruxit prope Olymum Cariae, t. quod sciam ineditus ab Emilio Szanto descriptus.* Gr.
- POMPEIA APPIA CINCIA AGATHOCLIA.
- 955 APPIA SEVERA. *Tituli urbani: ei positus est VI 1349 = D. 1004 (1), ipsa patri posuit VI 1348 = D. 1003 (2).* — Appia Sex. f. Severa t. 1. [Appia Sex.] filia Severa t. 2. [Sex. Appi] Severi filia t. 2; (L.) Ceioni Commodi consulis (a. 78 p. C.) uxor t. 1. 2. Gr.
- 956 APPIA VETVRIA AIRVLA (?) COECIVA (?) SABINILLA, clarissima femina, *honorata titulo semel descripto et corrupto X 4720, quem ei posuit ordo Foropopiliensium. Haud scio an parentela coniuncta fuerit cum Aurelio Appio*

- Sabino (cf. n. 952), ita ut pro „Airula“ restituas „Aurelia“, pro „Coeciva“ fortasse emendandum „Caecinia“. Gr.
- 957 Appuleius, miles in statione Nicomedensi *Plin. ad Trai.* 74, 1. St.
- 958 Apuleius. *Nomen ipse posuit apol.* 9. 17. 27 cet. Madaurensis *apol.* 24, cf. *περὶ ἔρμηνείας* p. 267 ‘si pro Apuleio dicas philosophum Platonieum Madaurensis’; [.Apuleio ph]ilosopho [Pl]atonic[o] [Ma]daurenses cives *titulum posuerunt Gsell Inscr. lat. de l’Algérie* 2115. Pater eius duumviralis, cunctis honoribus perfunctus, cuius locum ipse in illa re publica, exinde ut participare curiam coepit, pari honore et existimatione tuebatur *apol.* 24. Pueritiam Carthagine degit, postea Athenis studiis omnifariam imbutus *flor.* 18. 20. Magna itinera eum fecisse *ex scriptis eius apparet.* Oeae Aemiliam Pudentillam uxorem duxit; inde a privigno et a propinquis eius magiae insimulatus imperante Pio apud Claudium Maximum proconsulem Africae causam dixit *apol. passim.* Sacerdos provinciae (Africae) *Augustinus epist.* 138, 19, statuis honoratus *flor.* 16. *De scriptis* cf. *Teuffel* 3⁶ § 367, *de vita ib.* § 366. *Schwabe RE* 2, 246, 9. W.
- 959 M. APPVLEIVS, consul a. 734 = 20 a. C., *titulum posuit* iussu Augusti *Tridentinum V* 5027 = *D.* 86 (1); eius socer Fonteius et uxor [Fonteia] honorantur *titulis Ephesiis Inscr. Br. Mus.* 3, 547 (2. 3): non est cur M. Appuleium quaestorem Asiae, in his *titulis Ephesiis* et a Cicerone et ab Appiano saepius commemoratum, a consule cognomine a. 734 distinguamus, praesertim cum ille quoque Sexti filius fuerit et tempora congruant (incertum num idem sit Apuleius *Cic. ad Att.* 12, 13, 2. 15). — In consulatu: M. Appuleius Sex. f. *I² p. 64 fasti Colot. (min. VII).* M. Ἀπουλείος (ἀπούλιος *codd.*) Σέξτου υἱός *Dio ind. l.* 54. M. Appuleius *I² p. 65 fasti Biond. (min. VIII).* VI 849. VIII 978. M. Apuleius *Dio* 54, 7, 4 (ἀπούλιος *codd.*). *Cassiod. (Chron. min. 2, 135), ceterum Apuleius sive Appuleius fasti.* — M. Appuleius Sex. f. t. 1. Μάρκος Ἀππολήιος Σέξτου υἱός t. 3. Μάρκος Ἀππολήιος t. 2. — M. Apuleius *Cic. Phil.* 10, 24; *ceterum Appuleius sive Apuleius scriptores.*
- Quaestor (Asiae) t. 2 a. 709/710 = 45/44 a. C.; pro quaestore (*Cic. ad fam.* 13, 45 cf. 46) a. 44 Romam rediturus M. Bruto copias quas habebat pecuniasque publicas in Asia collectas tradidit *Cic. Phil.* 10, 24; 13, 32. *Brut. ad Cic.* 1, 7, 2. *Appian. b. c.* 3, 63, 259; 4, 75, 316, *nomine omisso Vell.* 2, 62, 3 (pecunias etiam quae ex transmarinis provinciis Romam ab quaestoribus deportabantur: *minus accurate*), *Plut. Brut.* 24, *Dio* 47, 21, 3; cf. *Lange Röm. Altert.* 3² 527. *Ganter Woch. f. kl. Philol.* 12, 63 sq. *Kloeve Korn De proscript. a. 43 factis* 83 sq. *Eundem esse Apuleium proscriptum* a. 43, qui ad Brutum evasit et Bithyniae ab eo praepositus post Bruti mortem tradita M. Antonio provincia reditum impetravit (*Appian. b. c.* 4, 46, 195—197), *suspicitur Kloeve Korn l. l.* — Legatus Augusti t. *Tridentinus*, anno 731/732 = 23/22 a. C. *ut videtur, cum Augustus*

in t. audiat eos. XI trib. potestate (sed monuit Dessau numerum tribuniciae potestatis interdum, quamvis raro, omitti); qua legatione functus sit, ignoratur. Consul a. 734 = 20 a. C. cum P. Silio Nerva v. supra. — ...us Fonteius ... socer t. 2; uxoris nomen periit t. 3. Gr.

960 SEX. APPVLEIVS. Titulus Carthaginiensis post mortem positus VIII 24583 = D. 8963 (supplevit Cagnat): [S]ex. Appuleiu[s Sex. f. flamen] Iulialis, quaestor, praetor urbanus,; hunc senatus in c[ampum Martium publice in] sepulchru[m Iuliorum efferundum et statua] pedest[ri] honorandum censuit]. Recte sine dubio Cagnat (Compt. rend. 1906, 478) eundem statuit maritum Octaviae (maioris), sororis Augusti, patrem Sex. Appulei consulis a. 725, qui dicitur in actis triumph. Sex. f. Sex. n., in titulo Pergameno D. 8783 filius Octaviae sororis Caesaris. In anonymi historia domus Augustae quam ed. Lambros Νέος Ἑλληνομνήμων 1, 148 de Octavia maiore traditur ἡ μὲν ἄπαις (perperam) τελευτᾷ παρὰ Σέξτω Ἀπουληίῳ. In flaminis Iulialis sacerdotio videtur successisse M. Antonio mortuo a. 724 (cf. Cagnat l. l.). — Appuleiam domum censam esse in tribu Galeria elucet ex titulo pronepotis Lunensi D. 935; fortasse Luna oriundi fuerunt (cf. Kubitschek Imp. Rom. trib. discr. p. 86). Gr.

961 SEX. APPVLEIVS, consul a. 725 = 29 a. C. Tituli: publice ei positi Aeserninus IX 2637 = D. 894 (1), Pergamenus IGR 4, 402 = Ditt. Or. 461 positus a Cotiaeensibus (2), Samius IGR 4, 1719 = SEG 1, 386 (3); memoratur in titulo matris Pergameno D. 8783 = Ditt. Or. 462 = IGR 4, 323 (4), in t. Assi reperto IGR 4, 253 (5); edicti eius exiguum fragmentum prodit Pergami ib. 404 (6); triumphus eius commemoratur in actis triumph. Capitolinis I² p. 50 (7) et in tabula triumph. Barberiniana ib. p. 76 (8); incertum num huius nomen supplendum sit in fragmentis Pergameno IGR 4, 403 (9), Antiochiae Pisidiae rep. quod descripsit Ramsay: [A]ppuleio [d(ecreto)] d(ecurionum) (10).

In consulatu: Σέξτος Ἀπουληίος Σέξτου υἱ(ός) Dio ind. l. 51. Sex. Appuleius I² p. 66 = IX 422 = D. 6123 fasti Venusini (min. IX). Σέξτος Ἀπουλείος Dio ind. l. 52. 51, 20, 1. Σέξτος ib. 21, 1. Sex. Apuleius Cassiod. (Chron. min. 2, 134). L. (errore) Apuleius Oros. 6, 20, 1; ceterum Apuleius sive Appuleius fasti. — Sex. Appuleius Sex. f. Sex. n. t. 7. Sex. Appuleius Sex. f. t. 1. Σέξτος Ἀππολήιος Σέξτου υἱός t. 3 cf. t. 9. Σέξτος Ἀππολήιος t. 2. 4. 5. [Σέξτος Ἀππ]ολήιος t. 6. [Sex.] Appuleius t. 8. Sextus Apuleius Cassiod. ad a. 746 (Chron. min. 2, 135). Ἀπουλείος Dio 54, 30, 4 (cod. Marc.).

Filius Octaviae sororis Caesaris t. 4; pater sine dubio qui praecedit; necessarius Augusti Dio 54, 30, 4. Consul t. 1 cum Imp. Caesare V a. 725 = 29 a. C. v. supra; suffectus in eius locum (kal. Iulii puto) Valerius (Messalla) Potitus Dio 51, 21, 1. Proconsul (Hispaniae citerioris) t. 7; imperator t. 1 (videtur imperator consalutatus esse propter res in Hispania

- gestas); triumphavit ex Hispania VII kal. Febr. a. 728 = 26 a. C. t. 7. 8. Proconsul (Asiae) t. 2. 5. 6 cf. t. 9. — Cum una cum Maecenate reum aliquem adulterii defenderet et uterque ab accusatore male audiret, Augustus edixit μήτε τοὺς συγγενεῖς μήτε τοὺς φίλους αὐτοῦ προπηλακίζειν Dio 54, 30, 4 (sub a. 742 = 12 a. C.). Pannonios subegit a. 746 = 8 a. C. Cassiod. Chron. min. 2, 135, legatus sc. Augusti pro praetore Illyrici (cf. quae exposuit Ritterling Arch. epigr. Mitt. 20, 4 sq.). — Augur t. 1. — Patronus Aeserninorum t. 1, Assiorum t. 5, Samiorum t. 3. — Pater Sex. Appulei consulis a. 14 et Appuleiae Varillae. — Vel huius vel filii liberti VI 12195. 12201. V 1079. XI 2279. Gr.
- 962 SEX. APPVLEIVS, consul a. p. C. 14 cum Sex. Pompeio. In consulatu: Σέξτος Ἀπουλείος (ἀπούλιος cod. Marcian.) Σέξτου υἱός Dio ind. l. 56. Sex. Appuleius I² p. 72 = X 6639 fasti Antiatas (min. XVI). Monum. Ancy. lat. 2, 9 = gr. 5, 1. III 717 (= D. 4055). 7301. VI 10051 (= D. 5283). IX 4192 cf. 1598. X 894. Suet. Aug. 100. Tac. a. 1, 7 (apuleius cod.). Dio-Xiph. 56, 29, 2 (ἀπούλιος Xiph.). Sex. Apuleius Cassiod. (Chron. min. 2, 136). Apuleius Vell. 2, 123, 2; ἐπὶ ὑπατείας Σέξτου καὶ Σεκτικιανοῦ Malal. 10 p. 232 cf. Chron. min. 3, 429, duobus Sextis chronogr. a. 354 (Chron. min. 1, 56), item sed consulatu errore bis posito (duobus Sextis, Pompeio et Apuleio): fasti Hydat. (ib. 219), consul. Ital. (ib. 279), chron. Pasch. (ib. 219), Epiphani. (ib. 219); ceterum Apuleius sive Apuleius fasti. — Sex. Appulei consulis a. 725 filius, Sex. Appulei Sex. f. Sex. n. Sex. pronep. pater, maritus ergo Fabiae Numantinae (cf. n. 963), quae antea nupta erat Plautio Silvano (cf. Tac. a. 4, 22); altero marito eam superstitem fuisse ex t. Lunensi colligi potest. Necessarius Augusti Dio 56, 29, 5. Gr.
- 963 [SEX.] APPVLEIVS, Sex. f. Gal(eria) Sex. n. Sex. pron., filius sc. Sex. Appulei consulis a. 14 et Fabiae Numantinae, ultimus gentis suae XI 1362 = D. 935 t. sepulchralis Lunensis positus a matre. Gr.
- 964 Apuleius Celsus, medicus, Centuripis oriundus, praeceptor Scribonii Largi Scrib. Larg. 171 ib. et 94 et Vettii Valentis ib. 94. Marcell. 16, 8. Marcell. ad fil. 2 pro verbis traditis Apuleius et Celsus scribendum videtur Apuleius Celsus. Nominatur praeterea Scrib. Larg. 173. St.
- 965 Appuleius Nepos nominatur in testamento Dasumi a. 108 inter heredes honestiores VI 10229, 23. St.
- 966 APPVLEIVS RVFINVS (Apuleio traditur), consul (suffectus) cum L. Septimio Severo qui postea imperavit vita Sev. 4, 4 anno 189 ut videtur (cf. Hasebroek Untersuch. z. Gesch. d. Sept. Sev. p. 15; consulatum ad a. 190 rettulit Heer Philol. Suppl. 9, 77); lectionem nominis gentilitiei corrigendam esse ita ut Severi collega fuerit Atulenus Rufinus XV vir sacris faciundis a. 204, coniecit Dessau PIR¹ 3 p. 214 non sine probabilitate. Gr.
- 967 C. APPVLEIVS M. F. TAPPO (Appulleius t.), quaestor, tribunus plebis,

- aedilis, iudex quaestionis rerum capitalium, praetor I² 814 = V 862 = D. 906 t. *Aquileienseis (sepulchralis ut videtur) positus sub finem liberae rei publicae vel sub initium imperii Augusti, ut honores docent, qui in t. ordine inverso recensentur, nisi quod iudicis officium post legitimos honores ponitur utpote extraordinarium. Libertus eius C. Appuleius Tapponis l. Philomusus I² 2205 t. Aquileienseis. Ex posteris videtur fuisse C. Appullei C. f. Tapponis pontificis (Aquileiae) I² 2199 = V 861. Gr.*
- 968 APPVLEIA VARILLA (Varilium *cod. Med., correxit Furlanetto*), sororis Augusti neptis Tac. a. 2, 50, filia sc. Sex. Appulei consulis a. 725, neptis per patrem Octaviae (maioris) sororis Augusti (cf. n. 961); quia probrosis sermonibus divum Augustum ac Tiberium et matrem eius inlusisset Caesarique conexas adulterio teneretur, a. p. C. 17 rea facta; lege maiestatis liberata, adulterii damnata et propinquis suis ultra ducentimum lapidem remota est; adultero Manlio Italia atque Africa interdictum est Tac. a. 2, 50. — Eandem esse Appuleiam, cuius caritate M. Lepidus post repudium obiit (Plin. n. h. 7, 122), coniecit Hirschfeld Kl. Schr. p. 685 (v. supra sub M. Aemilio Lepido n. 370). Gr.
- CASSIVS APRONIANVS.
- M. FVLVIVS APRONIANVS.
- L. IVLIVS POMPILIVS BETVLENVS APRONIANVS.
- C. NOVIVS RVSTICVS VENVLEIVS APRONIANVS.
- POPILIVS PEDO APRONIANVS.
- M. REBILVS APRONIANVS.
- L. TVRCIVS FAESASIVS APRONIANVS.
- L. VENVLEIVS APRONIANVS.
- L. VENVLEIVS MONTANVS APRONIANVS.
- L. VENVLEIVS APRONIANVS OCTAVIVS PRISCVS.
- [V]ETVLENVS APRONIANVS.
- C. VIPSTANVS APRONIANVS.
- 969 Apronilla, uxor Caesidi Respecti t. *Sarmizegethusensis Ann. ép. 1930, 134. St.*
- 970 APRONIVS, triumvir aere argento auro flando feriundo sub Augusto una cum Galo, Messalla, Sisenna nummi aenei *Babelon Monn. rép. 1, 209 sq. Grueber Coins Br. Mus. 2, 112 sq. n. 4713—4734. Mattingly Br. Mus. 1, 46 sq. n. 243—264. Willers Kupferpräg. 148 sq. n. 188—209; hos monetarios officio functos esse circa a. 9 a. C. statuit Willers; de a. 751 = 3 cogitavit Grueber (a. 5 a. C. Mattingly). — Idem videtur L. Apronius consul a. p. C. 8. Gr.*
- 971 L. APRONIVS, consul (suffectus) a. 8 p. C. *Tituli: commemoratur in titulo a filio in monte Eryce dedicato X 7257 = D. 939 (1) et in t. Mongontiacensi mulieris cuiusdam natione Nerviae immunis benefici(o) Aproni XIII 7088 (2); ad eum spectare videtur fragmentum tituli urbani bis*

descripti VI 31687 (3). — Nummi A Africani: I oppidi incerti (Clupeae ut videtur) a) in adversa cum capite Tiberii et inscriptione Ti. Cae. divi Aug. f. Aug. imp. VIII cos. IIII, in aversa inscripti permissu L. Aproni procos. III C. Sex. Pom. Celso, in campo CPI Mionnet 6 p. 585 n. 26. Cohen 1² p. 208 n. 216 (errore pro cos. IIII). Müller Numism. de l'anc. Afr. 2, 155, 331. b) in adversa exhibentes Cererem vel Liviam sedentem cum eadem inscriptione atque in a; eadem aversa atque in nummis a. Cohen n. 217. Müller n. 332. c) Druso Caesar(i) (caput Drusi); in aversa permissu L. Aproni procos. III. Mionnet n. 27. Cohen p. 218 sq. n. 14, 15. Müller n. 333, 334. II Hipponis Liberae: in parte adversa exhibentes Ti. Caesar divi Augusti f. Augustus (caput Tiberii), in aversa L. Apronius Hipponis Libera Mionnet n. 49. Cohen p. 220 n. 2. Müller 2 p. 167 n. 378. B aenei triumvirorum monetarium aetatis Augusti recusi litteris additis L. Apron. vel Apr. (emissi tempore belli contra Tacfarinatam gesti ut videtur) de Sauley Rev. arch. 36, 1878, 176—179. Cagnat L'armée rom. d'Afr. 2 14. Willers Kupferpräg. 140, 142, 144 cf. 195. Mattingly Br. Mus. 1, 44 n. 231.

In consulatu: L. Apronius C. f. C. n. I² p. 29 fasti Capitolini. Lucius Apronianus (sic) dig. 48, 18, 8. Apronius I 758 (in tessera, de cuius sinceritate dubitatur). — L. Apronius nummi. Apronius t. 1. 2 (Aproni traditur). 3. L. Apronius Vell. 2, 116, 3. Tac. a. 1, 56, 72; 2, 32; 3, 21, 64; 4, 13, 73; 6, 30; 11, 19.

C. f. C. n. fasti Capitol. — Idem videtur Apronius triumvir monetalis sub Augusto circa a. 9 a. C. (v. n. 970). Consul suffectus ex kal. Iuliis a. 8 p. C. cum A. Vibio Habito fasti Capitol. Dig. l. l. I 758. Bello Dalmatico particeps operum Vibii Postumi praepositi Delmatiae (a. 9 ut videtur) Vell. 2, 116, 3. Legatus Germanici Caesaris a. 15 Tac. a. 1, 56; eodem anno triumphalibus ornamentis honoratus propter res cum Germanico gestas Tac. 1, 72 cf. Vell. l. l.: illa quoque militia eos quos mox consecutus est honores excellenti virtute meruit. Romam reversus mense Septembri a. 16 in senatu sententiam dixit Tac. 2, 32. Proconsul Africae t. 1. nummi A. Tac. 3, 21, 4, 13; successor Furii Camilli, qui a. 17 provinciae praefuerat, Tac. l. l. Africam rexit per triennium (a. 18—21) nummi A I a. b (cusi a. 21). c, cf. Tac. 3, 32. Contra Tacfarinatam pugnavit Tac. 3, 21 (sub a. 20) cf. nummos B; missu eius Apronius Caesianus filius Numidas pellit in deserta Tac. a. 3, 21 cf. t. 1; ob res in Africa gestas triumphalia ornamenta (iterata) et statuam laureatam obtinuit Tac. 4, 23 (ubi nomen eius non ponitur). A. 22 et 23 Romae in senatu sententiam dixit ib. 3, 64; 4, 13. A. 24 Plautium Silvanum generum ad Caesarem traxit ib. 4, 22. Legatus inferioris Germaniae pro praetore ib. 4, 73; 6, 30, cf. t. 2 (etiam in t. 3 fortasse restitui potest [legatus] Ti. Caesaris Au[gusti pr. pr.]); a. 28 minus prospere contra Frisios pug-

navit *ib.* 4, 73; 11, 19. *Ex verbis Taciti* 6, 30 Gaetulicus ea tempestate (a. 34) superioris Germaniae legiones curabat ... proximo quoque exercitui per L. Apronium socerum non ingratus *de termino legationis eius nihil certi concludere licet. Eo quo Velleius scripsit tempore (a. 30) etiamtum in vivis videtur fuisse.*

L. Apronius Caesianus filius *t. 1. Tac. a. 3, 21; filiae duae, altera Apronia (M.) Plautii Silvani uxor Tac. 4, 22, altera Lentulo Gaetulico nupta ib. 6, 30. Cum Apronio huic filius sit Caesianus cognomine et neptis ex Lentulo Gaetulico nata, quae Caesia vel potius Caesiana cognominatur (VI 1311), apparet Apronii uxorem Caesiae nomen gessisse. Eius filiam, Gaetulici uxorem, nominibus Aproniae Caesiae vel Caesianae usam esse conieci Wien. St. 1903, 320.* Gr.

972 L. APRONIVS CAESIANVS, consul a. 39 p. C. *Titulum dedicavit (hodie mutilum) in monte Eryce X 7257 = D. 939. — In consulatu: L. Apronius Caesianus X 6638 fasti Antiat. VI 2029 = 32346 acta Arv. Λ. Ἀπρώνιος Λ. υἱ. Κασιανός Dio ind. l. 59 (λαϊγρώνιος λ. υἱὸς κελιανὸς ἢ κεστιανὸς traditur; correxit Boissevain). Λούκιος Ἀπρώνιος Dio 59, 13, 2. [L. A.]pro[nius] Espérandieu ILG 1, 628. L. Apronio (primo codd.) Caesiano *vita Lucani p. 334 Hosius. Caesianus chronogr. a. 354 Chron. min. 1 p. 56, fasti Hydat. ib. p. 220, Κερσιανός chron. Pasch. ib. (perperam Iulianus fasti Vindob. post. ib. p. 282. Prosper Tiro ib. p. 411). — us tit. v. 1, filius Aproni v. 11 (cf. v. 23). — Apronius Caesianus Tac. a. 3, 21. Λούκιος Κασιανός Dio 58, 19, 1, ubi codex Venetus exhibet ἐφέισατο δὲ καὶ λουκίου καὶ σιανού, Xiph. κασιανού ἐφέισατο λουκίου τε σιανού . . . ὁ μὲν γὰρ σιανός, correxit Boissevain, qui § 2 quoque pro καὶ σιανῶν (cod. Marcianus, σιανῶν Xiph.) recte restituit Κασιανῶν.**

Filius L. Apronii consulis a. p. C. 8 *tit. Tac. a. 3, 21. Dio ind. l. 59. Sub patre proconsule Africae militavit vixdum pueritiam egressus (puer tit. v. 7) aut tribunus igitur legionis aut comes patris et contubernalis; missu patris a. 20 prosperam adversum Tacfarinatem pugnam facit pellitque Numidas in deserta Tac. a. 3, 21; unde septemvir epulonum factus Veneri Erucinae praetextam suam sacerdotalem, effigiem patris armae quae gesserat in pugna illa Africana, denique una cum patre effigiem Tiberii versibus dedicavit tit. Praetor anno 32 cum Seiano familiariter usus esset et Floralibus Tiberii calvitiam irrisisset, tamen a Tiberio contemptus evasit Dio 58, 19, 1. 2. Consul a. 39 cum C. Caesare cos. II v. supra; fasces gessit usque ad kalendas Iulias Dio 59, 13, 2. — Ad huius filium vel fratrem aliunde ignotum pertinere videntur quae refert Plinius n. h. 11, 213: L. Aproni consularis viri filio detractas adipēs levatumque corpus immobili onere.*

Nescio an idem sit L. f. Cam(ilia) . . . anus, qui titulum dedicavit (hodie mutilum) Tibure (unde sine dubio oriundus fuit) Bull. com.

- 1915 p. 292 = *Bull. arch.* 1918 p. 134. De L. Tampio Flaviano cogitavit Cagnat *Bull. arch.* l. l., sed Tampius origine videtur fuisse Fundanus, adscriptus igitur non Camiliae tribui sed Aemiliae (cf. Kubitschek *Imp. Rom. trib. discr.* p. 21). Honores quos enumeravit t. Triburtinus Cagnat recte sic restituisse videtur: [tribunus militum le]gionis III Augustae, [quaestor, . . . , praetor, co]s., procos. [provinciae] Africae, [flamen Q]uirinalis, [adlectus i]n patricios [ab Imp. Cla]udio p(ontifice) m(aximo), p(atre) p(atriciae). Gr.
- 973 C. Apr[onius] Crispinus, egregius vir fistula aquaria XV 7394. St.
 — L. IVLIVS APRONIVS MAENIVS AVITIANVS.
 — L. IVLIVS APRONIVS MAENIVS PIVS.
 — L. IVLIVS APRONIVS MAENIVS PIVS SALAMALLIANVS.
- 974 Q. Apronius Montanus (traditur Q. AERONIO MONIANO), procurator (Mauretaniae Tingitanae) a. 158 t. Volubilitanus VIII 21825. St.
 — L. STERTINIVS QVINTILIANVS ACILIVS STRABO Q. CORNELIVS RVSTICVS APRONIVS SENECIO PROCVLVS.
- 975 APRONIA, L. Apronii consulis a. p. C. 8 filia, uxor altera (M.) Plautii Silvani praetoris a. 24 a marito occisa *Tac. a.* 4, 22. — Apronia in t. servae VI 9849 (in eodem t. L. Apronius (mulieris) et . . . Servili [libertus] Thiasus nominatur). Gr.
 — L. (?) IVLIA APRONIA ALFENA AGRIPPINA.
- 976 (APRONIA) CAESIA vel CAESIANA. Caesenniam, quae dicitur (Cn. Cornelii Lentuli) Gaetulici amica (*Apoll. Sidon. ep.* 2, 10, 6), eandem fuisse atque L. Apronii consulis a. 8 (et Caesiae) filiam Lentulo Gaetulico nuptam (cf. *Tac. a.* 6, 30; supra n. 971) nomenque habuisse Aproniae Caesiae vel potius Caesianae exposui *Wien. Stud.* 1903, 320. Gr.
 — L. IVLIA APRONIA MAENIA SALAMALLIAS.
 — LVCILIA APRVLLA.
- 977 Apsaeus, Palmyrenus, quo auctore post Zenobiam captam Antiochus imperator acclamatus est *Zos.* 1, 60. Nescio an idem sit Sept. Apsaeus πολείτης και προστάτης Palmyrae *Wadd.* 2582 = *IGR* 3, 1049. St.
- 978 APSINES, Gadarenus, sophista, edoctus Smyrnae ab Heraclide Lycio, Nicomediae a Basilico (cf. *rhet. gr.* I², 217 Sp.—H.), floruit Athenis imperante Maximino (traditur Μαξιμιανού), ornamentis consularibus honoratus *Suid.* A 4735 *Adler. Tzetzes Chil.* 8, 694 sq. Aequalis Frontonis Emeseni sub Severo et Maioris Arabis sub Philippo, magister Gaiiani sub Maxim(in)o et Gordiano *Suid.* s. Γαϊανός, Μαίωρ, Φρόντων. *Idem nominari videtur in t. Attico* Ἐφ. ἀρχ. 1911, 235 τοῦ κρατί[σ]του . . . ου] Ἀψίνου υ ἀρχιερέως. Apsines ὁ Φοῖνιξ (cf. *Tzetzes* 8, 690. 694), amicus Philostrati v. *soph.* 2, 33, 4. *Idem fortasse Apsines Atheniensis sophista, pater Onesimi, patris Apsinae sophistae Suid.* A 4734. 4736; s. Ὀνάσιμος. Citatur iterum ac saepius ap. schol. ad *rhetor. gr.*, v. ind. 9,

- 618 W. *De scriptis eius Christ-Schmid* 2^o, 937. *Brzoska RE* 2, 277—283. St.
- APVDIVS (*Dio* 53, 20, 2) v. M. Ampudius.
- Apuleius *vide* Appuleius.
- 979 Aquila, Maecenatis libertus *Dio* 55, 7, 6. *Suet. de vir ill. p. 136 R = Isidor. orig.* 1, 22, 2. St.
- 980 Aquila, unus e percussoribus imperatoris Gai Ios. *ant.* 19, 110. St.
- 981 Aquila, sophistes Galaticus *Philostr. v. soph.* 2, 11, 1; *vide* Antoninus Aquila. St.
- 982 M. AQVILA IVLIANVS, consul a. 38 cum P. Nonio Asprenate. *In consulatu:* M. Ἀκύλας Γ. υἱ. Ἰουλιανός *Dio ind. l.* 59. M. Aquila Iulianus VI 811 (= D. 192). XIV 4535 *fasti Ostienses. Ann. ép.* 1922, 126. [XI 7269.] *Frontin. aq.* 13. M. Aquila VI 10288. M. Aq(u)ila I[ulianus] X 6638 *fasti Antiates. Μάρκος Ἰουλιανός Dio* 59, 9, 1. Aquila Iulianus *Frontin. l. l.* 102; *ceterum Iulianus fasti.* — C. filius *Dio ind. l.* 59. Fasces gessit usque ad kal. Iulias XIV 4535. XI 7269 *cf.* VI 2028 d. *Frontin. aq.* 102; VII k. Iunias VI 811. — *Aquilae nomen videtur usurpatum esse pro gentilicio (cf. Thes. l. l. 2 p. 373).* Gr.
- 983 Aquila Romanus, rhetor *tertii saeculi ut putant.* Librum de figuris sententiarum et elocutionis, *qui extat (rhet. lat. min. ed. Halm p. 22 sqq.; cf. Iul. Rufinian. ib. p. 38 'hactenus Aquila Romanus ex Alexandro Numenio', v. supra n. 505), misit adolescenti cuidam acerrimo ingenio (p. 27, 2), postea librum copiosorem se conscripturum esse pollicitus (p. 22, 2).* — *Fortasse idem Aquila grammaticus qui citatur GL* 4, 19, 32; 7, 209, 18 et Ἀκύλας γραμματικός καὶ μουσικός, *quem affert Suidas s. v. Cf. Brzoska RE* 2, 315, 10. *Teuffel* 2^o § 388. W.
- P. Accius Aquila.
- M. ANNAEVS MAXIMVS AQVILA FVLVIANVS.
- Antoninus Aquila.
- Arruntius Aquila.
- M. Arruntius Aquila.
- CORNVTVS (ARRVNTIVS) AQVILA, v. Arruntius.
- CORNELIVS AQVILA.
- C. Furius Sabinius Aquila Timesitheus.
- P. IVL. AEMILIVS AQVILA.
- IVLIVS AQVIL[A] *vel* AQVIL[INVS].
- Iulius Aquila.
- C. Iulius Aquila.
- TI. IVLIVS AQVILA POLEMAEANVS.
- Iulius Fidus Aquila.
- Sempronius Aquila.
- Subatianus Aquila.

- L. TERENTIVS AQVILA GRATIANVS.
 — M. VALERIVS PAETVS AQV[ILA] *vel* AQVI[LINVS].
 — VEDIVS AQVILA.
 — M. VLPIVS TERTVLLIANVS AQVILA.
 — TI. CLAVDIA SVBATIANA AQVILINA.
 — MEMMIA AQVILINA.
 — RVFIA AQVILINA.
- 984 AQVILINVS, clarissimus puer VI 1350 t. *mutilus*. Gr.
- 985 Aquilinus, necessarius Claudii Rufriani t. *Thessalonicensis ed. in ephemeride cui inscribitur Ἀθήθεια d. 23 m. sept. 1906*. St.
- Q. ANTISTIVS ADVENTVS POSTVMIVS AQVILINVS.
 — L. EPIDIVS TITIVS AQVILINVS.
 — IVLIVS AQVI[LINVS] *vel* AQVI[LA].
 — Iulius Aquilinus.
 — **Ti. Iulius Aquilinus.**
 — [T]i. Iulius Aquilinus Castricius Saturnin[us C]laudius Livianus.
 — L. NAEVIVS BALBINVS AQVILINVS.
 — L. NAEVIVS FLAVIVS IVLIANVS TERTVLLVS AQVILINVS.
 — L. PLAVTIVS AQVILINVS.
 — M. VALERIVS PAETVS AQVI[LINVS] *vel* AQVI[LA].
 — C. VETTIVS AQVILINVS.
- 986 Aquilius, primipilaris in Germania a. 69 Tac. h. 4, 15. St.
- CN. SERTORIVS BROCCIVS AQVILIVS AGRICOLA PEDANIVS SALINATOR IVLIVS SERVIANVS.
- 987 Aquilius Bradua, cui rescripsit divus Hadrianus *Ulpian. l. X de officio proconsulis dig. 48, 20, 6; scribendum videtur Atilius Bradua, ut significetur M. Atilius Metilius Bradua consul a. 108 p. C.* Gr.
- M. AQV(ILIVS?) P. COELIVS APOLLINARIS v. P. Coelius Apollinaris.
 — C. MAESIVS AQVILLIVS FABIVS TITIANVS.
- 988 **M. Aquilius Felix.** *Tituli: ipsi positus Antii publice X 6657 = D. 1387 (1); nominatur in epistula rationalium a. 193 VI 1585 b = D. 5920 (2).*
 M. Aquilius Felix t. 1, Aquilius Felix t. 2, M. f., Fabia t. 1. Centurio frumentarius, primus pilus legionis XI Claudiae t. 1, *idem videtur Aquilius centurio, notus caedibus senatoriis a. 193 vita Did. 5, 8; Nigri 2, 6, cf. v. Sev. 5, 8. Dio-Xiph. 73, 17, 1; praepositus vexillationum, procurator operum publicorum t. 1, quo munere functus videtur etiamtum cum rationales ad eum darent litteras a. 193 t. 2, procurator hereditatum patrimonii privati, procurator patrimonii bis, praefectus classis praetoriae Ravennatis, a(d) census equitum Romanorum t. 1.* St.
- 989 AQVILLIVS FLORVS. Aquilii (Ἀκύλιοι) Flori pater filiusque Antonii partes secuti post pugnam Actiacam capti sunt; cum Caesar alterum eorum, in quem sors incidisset, occidi iussisset, pater sponte carnifici se praebuit,

filius dolore percussus se interemit *Dio* 51, 2, 5. 6; eandem rem accidisse post proelia Philippensia *Suet. Aug. 13* nominibus omissis narrat, quod mihi verisimilius videtur. Gr.

- 990 L. AQVILLIVS FLORVS. L. Aquillius (Ακίλιο[ς] *exemplum Graecum*) M.' f. M.' n. Florus quaestor (provinciae Asiae) viam Epheso Sardes ducentem, quam M.' Aquillius M.' f. consul (a. 625 = 129) straverat, restituit *miliarius bilinguis III 14202^a = IGR 4, 1659 = D. 5814. Oriundus fuit a M.' Aquillio (cf. etiam nummos L. Aquillii Flori n. 991 M.' Aquillium consulem a. 653 repraesentantes Grueber Coins 2 p. 71 n. 4556 sq.)*; sub finem liberae rei publicae fuisse videtur; fortasse non diversus ab alterutro Aquilliorum Flororum, qui a. a. C. 42 mortem occubuerunt (cf. n. 989). Gr.
- 991 L. AQVILLIVS FLORVS, III vir (monetalis) in nummis aureis et argenteis cuspis circa a. 735 = 19 a. C. *Cohen I² p. 112 sq. Babelon Monn. rép. Rom. I p. 215 sq. Grueber Coins 2 p. 67 sq. n. 4542—4557. Mattingly Br. Mus. I p. 7 sq. n. 35—50. Bahrfeldt Goldm. p. 141 n. 172. 173, cf. Mommsen Z. f. Num. 11, 1884 p. 79 sq. Willers Röm. Kupferprägung p. 156. Collegae eius videntur fuisse M. Durmius et P. Petronius Turpilianus.* Gr.
- 992 L. AQVILLIVS FLORVS. [L. Aquil]lius L. f. F[lorus?], rex sacrorum] nominatur una cum uxore (. a L. Aquilli uxor) et duobus [Aquilliis] Regulis, quorum alter appellatur [quae]stor Ti. Caesa[r]is, in t. sepulcrali mutilo VI 2122; fortasse idem qui praecedit. *Florum regem sacrorum populi Romani fuisse non ita certum videtur, cum L. Aquillius Florus Turcianus Gallus, ex posteris eius ni fallor, certe plebeius fuerit; potest fuisse rex sacrorum in municipio aliquo Italico (velut Tusculi, Lanuvii, Bovillis).* Gr.
- 993 L. AQVILLIVS FLORVS TVRCIANVS GALLVS, C. f. Pomptina, honoratur titulis Attico bilingui III 551 (cf. p. 985) = IG 3, 578 = D. 928 (1), Corinthio Amer. Journ. arch. 23, 1919, 163 (2). *Uterque t. exhibet cursum honorum.*
X vir stlitibus iudicandis, tribunus militum legionis VIII Macedoniae, quaestor Imp. Caesaris Augusti (in t. 2 perit), pro quaest(ore) provinciae Cypri (t. 1, [pro q]uaest. Cypro ex auctoritate Aug. t. 2), tribunus plebis (in t. 2 intercidit), praetor, proconsul provinciae Achaiae. *Florum non fuisse sub ipsa initia principatus, id quod statuerunt Dittenberger IG I. I., Rohden RE 2, 327, Ritterling ib. 12, 1664 alii, inde efficitur, quod Ti. Claudius Anaxilas II vir quinq(uennalis) Corinthi, qui una cum collega, cuius nomen perit, Floro posuit tit. 2, hoc officio iterum functus est sub Nerone (cf. nummos nomine eius inscriptos Br. Mus. Corinth 67 n. 547—549); sane mirum est legionem VIII Macedonicam nusquam alibi commemorari.* Gr.
- 994 L. Aquillius L. f. Gallus nominatur in tegula prope Interamnam Nahartem reperta XI 8113, 2; idem fortasse in tegula rep. inter rudera Carsularum XI 8113, 22: Utilis L. Aquill[i] Ga[lli]; nescio num ex posteris L. Aquili Galli praetoris a. 578 = 176 (*Liv. 41, 14. 15*). Gr.

- 995 Aquilius Niger, citatur de rebus anni a. C. 43 *Suet. Aug. 11.* St.
- 996 Q. AQVILIVS NIGER, consul a. 117 cum M. Rebilo Aproniano. *In consulatu: Q. Aquilius Niger XV 25 in tegulis cf. X 8093, 18 (ex restitutione VI 2076 acta Arv.). Q. A. XIV 3577 = 4235 = D. 318; ceterum Niger (VI 1884 = D. 1792. IX 6078, 10) fasti.* Gr.
- 997 Q. AQVILIVS NIGER, proconsul Siciliae, avus Q. Fabi Caesili Titiani (*per filiam ut videtur*) X 7287 t. *Panormitanus mutilus.* Gr.
- CN. CORNELIVS AQVILIVS NIGER.
- 998 AQVILIVS ORFITVS, co(n)s(ularis), una cum Sex(tio) Laterano heres Claudiae Bacchidis, clarissimae feminae, institutus VI 1378 t. *a Marcianova descriptus* cos. v. 2 *ex. praebet, Borghesi alia exempla secutus ad finem v. 3 transtulit, ut ad hunc quoque pertineat, cf. Groag RE 2 A 2048.* St.
- 999 C. AQVILLIVS PROCVLVS memoratur in titulis Ephesiis instrumenta donationum, quas C. Vibius Salutaris Ephesiis obtulit, exhibentibus *Forsch. in Eph. 2, 128 sq., 27 (ex parte iam Inscr. Br. Mus. 3, 481. 728. 749) (1), ad singula donaria pertinentibus ib. p. 147 n. 28 = III 14195^{4, 5, 6} = Ditt. Or. Gr. 480 = D. 7193. 7194 (t. 2—4), in t. item Ephesio adhuc inedito, quem repperit Ios. Keil (5), in t. Milesio Milet 1, 7 p. 309 n. 226 (6), in nummo Nacoleae Phrygiae cum inscriptione in parte adversa Αὐ. Νέρ. Τραϊανὸς Καῖσαρ Σε. Γερ. Δακι., in aversa Νακολέων ἐπὶ Ἀκ[υλλίου] Πρόκλου Mionnet suppl. 7 p. 603 n. 526. Waddington Fast. n. 113 cf. Br. Mus. Phrygia p. LXXXV. Γ. Ἀκυίλλιος Πρόκλος t. 2—4. Γάιος Ἀκουίλλιος Πρόκλος t. 6. Ἀκουίλλιος Πρόκλος t. 1. 5. Ἀκ[ύλλι]ος Πρόκλος nummi.*
- Proconsul Asiae t. 1—6 *cf. nummos imperante Traiano t. 5. 6. nummi anno 103/104 t. 1 (tempus proconsulatus definitur v. 134 sq., 447 sq.: d. 22 m. Febr. a. 104); εὐεργέτης τῆς Ἐφεσίων πόλεως t. 1. 5; in t. 1 v. 80 sq. Aquillius et legatus eius P. Afranius Flavianus appellantur γνήσιοι πολεῖται [ῆ]μῶν (sc. Ephesiorum): de hac significatione cf. quae supra exposui sub Afranio Flaviano (n. 443). Epistula Aquillii ad Ephesios t. 1 v. 336—369. Pro eo temporis intervallo, quod tunc intercedere solebat inter consulatum et proconsulatum Asiae, a. fere 88/89 consulatu eum functum esse probabile est. — Gai praenomen cum tituli complures exhibeant, diversus videtur a T. Aquillio Proculo, qui sequitur.* Gr.
- 1000 T. AQVILLIVS PROCVLVS, consul, proconsul, XV vir (sacris faciundis), Iuliae Proculinae uxori et sibi titulum sepulcralem posuit Puteolis X 1699. Gr.
- 1001 [. . . . AQVILLIVS L. (?) F. REGVLVS nominatur una cum [L.] Aquillio Floro (n. 992) et altero [Aquillio] Regulo (n. 1002) in t. sepulcrali mutilo VI 2122. Gr.
- 1002 [. . . AQVILLIVS L. (?) F.] REGVLVS, pontif(ex), s(evir eq. R.?), [quae]stor Ti. Caesa[ris], VI 2122 *cf. n. 992.* Gr.

- 1003 (AQVILIVS) REGVLVS (*nomen posuit Mart. 6, 38, 2*), filius M. Aquilii Reguli (*n. 1005*), puer mortuus est *v. sub patre.* Gr.
- 1004 Aquilius Regulus, iuuenis, discipulus (T. Aureliani) Nicostrati, defunctus ante magistrum *Papinian. dig. 39, 5, 27.* St.
- 1005 M. AQVILIVS REGVLVS (M. Regulus *Plin. ep. 1, 5, 1; 6, 2, 1.* Aquilius Regulus *Tac. h. 4, 42.* M. Regul. XV 7421 *si ad hunc pertinet.* Regulus *alibi*), exulis filius *Tac. h. 4, 42;* frater maior (*uterinus ut videtur*) Vipstani Messallae *Tac. l. l., cf. dial. 15;* pauper et tenuis *Plin. ep. 2, 20, 13. Tac. h. 4, 42.* Extremis annis Neronis nondum senatoria aetate (*Tac. h. 4, 42*) accusavit (Q. Sulpicium) Camerinum *Plin. ep. 1, 5, 3,* (Ser. Cornelium) Orfitum *Tac. l. l.,* (M. Licinium) Crassum consulares *Tac. Plin. ll. ll.;* a Nerone praemiis et sacerdotio ornatus *Tac. l. l.* Pisoni Frugi Liciniano (*fratri Crassi*) inimicissimus *Plin. ep. 2, 20, 2;* a. 69 post caedem Galbae interfectori Pisonis pecuniam dedit *Tac. l. l.* Quaestorius a. 70, cum Curtius Montanus in senatu acerrime in eum inveheretur *Tac. l. l.* Sub Domitiano non minora flagitia commisit quam sub Nerone sed tectiora *Plin. ep. 1, 5, 1;* Aruleni Rustici periculum fovit et libellum recitavit publicavitque, in quo Rusticum et Herennium Senecionem insectatus est *Plin. ep. 1, 5, 2. 3. 4.* Plinium apud centumviros lacessivit *ib. 1, 5, 4—7. 13.* Post Domitiani mortem timidior Caecilium Celerem, Fabium Iustum, Vestricium Spurinnam rogavit, ut Plinium sibi reconciliarent *ib. 1, 5, 8—10;* cum Plinio in gratiam redire voluit *ib. 1, 5, 11—15.* *Hic fortasse* Regulus, contra quem Nerva inclamavit *epit. de Caes. 12, 10.* A. 100 fuit in senatu *Plin. ep. 2, 11, 22.* — Locuples factiosus curatur a multis, timetur a pluribus *Plin. ep. 1, 5, 15 cf. 4, 2, 4. 5. Mart. 2, 74, 2. 3;* dives *Plin. 2, 20, 13; 4, 2, 5 cf. Mart. 7, 31. Tac. h. 4, 42;* captator testamentorum *Plin. 2, 20, 1—14.* Villa eius ad viam Tiburtinam *Mart. 1, 12, 82, cf. 7, 31;* hortos possidebat trans Tiberim *Plin. 4, 2, 5.* Uxor memoratur (*nomine non posito*) *Mart. 6, 38,* mortua ante obitum filii *Plin. 4, 2, 2. 6. 7;* *fistulam plumbeam urbanam inscriptam* Caepiae Proculae M. Regul(i) XV 7421 *ad eam rettulit Klebs non sine probabilitate.* Filium natum a. 87 vel 88 (*cf. Friedländer ad Mart. 6, 38*) emancipavit, ut heres matris existeret *Plin. 4, 2, 2;* per salutem filii iurare solebat *ib. 2, 20, 6;* filius puer erat acris ingenii sed ambigui *ib. 4, 2, 1 cf. Mart. 6, 38;* mortem filii immodice luxit *Plin. 4, 2, 3. 4. 7; 7, 1;* librum de vita filii edidit *ib. 4, 7, 2. 6. 7.* Mortuus *ib. 6, 2, 1—5.*
- De moribus eius *Plin. ep. 1, 5, 1. 14; 2, 11, 22; 2, 20; 4, 2; 4, 7; 6, 2, 4. Mart. 1, 111, 1. 2.* Iudicia de eloquentia eius *Plin. 1, 5, 3; 1, 20, 14. 15; 4, 7, 4. 5; 6, 2, 2. Mart. 4, 16, 6; 5, 28, 6; 6, 64, 11. Tac. dial. 15 (nomine non posito). Mart. Cap. 5, 432 p. 213 Dick;* ingenium eius praedicatur *Mart. 1, 111; 5, 63, 4; 6, 64, 11. Plin. 4, 7, 1. 3.* Causas egit apud

- centumviros *Plin.* 1, 5, 5. 11; 1, 20, 14. 15; 6, 2, 1—4. *Mart.* 2, 74; 6, 38. Studiis honorem habebat *Plin.* 6, 2, 2. 3. 7; Martiali favit *Mart.* 6, 64, 11; 7, 16. 31. *Memoratur praelerea Mart.* 2, 93; 5, 10, 3; 5, 21, 1. Gr.
- M. METILIVS AQVILLIVS REGVLVS NEPOS VOLVSIVS TORQVATVS FRONTO.
- M. IVLIVS AQVILLIVS TERTVLLVS.
- L. FVLVIVS C. BRVTIVS PRAESENS — — — — AQVILIVS VEIENTO v. *infra sub* Bruttiiis.
- 1006 Aquilia, adulterii delata exilio punita est a. 25 *Tac. a.* 4, 42. St.
- CL(AVDIA) AQVILIA.
- 1007 Aquilia Secundilla *Galen.* 13, 976. 1031. 1036 K. *Femina nobilis videtur.* St.
- IVLIA AQVILIA SEVERA AVGVSTA.
- 1008 Aquinus, primus pilus, *Mart.* 1, 93. St.
- CORNELIVS AQVINVS.
- 1009 L. AR., [consul] (*suffectus*) a. incerto sub Hadriano nominatur in *dipl. mil. Vollmer IBR 512.* Gr.
- 1010 M. AR. . . ., consul (*suffectus*) VIII k. Dec. a. inc. cum M. Vettio I 776 *tessera; v. infra sub* M. Arruntio. Gr.
- 1011 Arabianus, inimicus imperatoris Maerini *vita Diadum.* 9, 1 (*epist. ficticia*), cf. 8, 4. *Vide num idem sit* M. Ulpus Domitius Aristaeus Arabianus. St.
- Claudius Arabianus.
- CN. CLAVDIVS SEVERVS ARABIANVS.
- DOMITIVS ARISTAEVS ARABIANVS.
- Flavius Arabianus.
- SEPTIMIVS ARABIANVS.
- M. VLPIVS DOMITIVS ARISTAEVS ARABIANVS.
- 1012 Aradio, quem Probus (*sed diversus ab eo, qui postea imperavit*) in Africa victum sepulcro ingenti honoravit *vita Probi* 9, 2; *narratio suspectae fidei.* St.
- 1013 L. ARADIVS ROSCIVS RVFINVS SATVRNINVS TIBERIANVS publice honoratur a Privernatibus X 6439 = (*novo frustulo reperto*) *Amer. Journ. arch.* 14, 1910, 322 (*particulae huius tituli extant inter urbanos VI 1578. 1695 [cf. p. 855]. 30553⁸. 30. 31*) (t. 1); *idem probabiliter* P. Aradius Roscius Rufinus Saturninus Tiberianus, *qui commemoratur in titulo filiae Bullae Regiae reperto VIII 14470 (t. 2): duplex praenomen videtur fuisse homini polyonymo.*
- C(larissimus) i(juvenis) t. 2, c(larissimus) v(ir) t. 1. Triumvir (*sic*) stlitibus iudicandis, sevir equestrium turmarum, [quaestor] kandidat; augur, curio t. 1; patronus Privernatium t. 1. Pater [Aradiae] Ros[ciae] . . . ne e . . . Calpurniae Purgillae t. 2. — *Aradii videntur oriundi ex Africa (cf. n. 1017). Saeculo quarto ad summos pervenerunt honores cf. Henzen ad VI 1690. Seeck RE 2, 370 sq.* Gr.

- 1014 ARADIVS RVFINVS, praefectus urbi a. 304/305 *chronogr. a. 354 (Chron. min. 1, 66)*. Gr.
- 1015 ARADIVS RVFINVS, praefectus urbi a d. 9 m. Febr. usque ad d. 27 m. Oct. a. 312, iterum a d. 29 m. Nov. a. 312 usque ad d. 8 m. Dec. a. 313 *chronogr. a. 354 (Chron. min. 1, 67)*; carmine celebratur ab Aviano Symmacho *Symm. ep. 1, 2, 3*. Gr.
- 1016 Q. ARADIVS RVFINVS, sodalis Augustalis Claudialis cooptatus a. 219 VI 1984 = D. 5025. *Hic ut videtur et uxor eius, filia probabiliter Q. Aiacci Modesti consulis II a. 228, memorantur in signaculo aeneo XV 8088 Q. Aradi Rufini et Iunie Aiacie Modestae. Fortasse idem qui sequitur.* Gr.
- 1017 Q. ARADIVS RVFINVS, consul (*suffectus a. inc. saec. III*), Soli et Lunae dedicavit titulos Thuburnicenses VIII 14688 = D. 3937. 10602 = 14689 = D. 3938; *potest idem esse qui praecedit.* Gr.
- 1018 [ARADIA] ROS[CIA] . . . NE E(?) . . . CALPVRNIA PVRGILLA, c(larissima) p(uella), filia P. Aradi Rosci Rufini Saturnini Tiberiani c(larissimi) i(uvenis), patrona (coloniae Bullae Regiae), cui ordo Bullensis t. posuit VIII 14470. Gr.
- Vulcacius Araricus.
- 1019 Aratulla, soror cuiusdam exulis in Sardinia *Mart. 8, 32*. St.
- 1020 Arbaces (?), a quo Appius Maximus Santra in bello Parthico Traiani caesus est *Fronto p. 209 N. = 2, 214 Haines, plenius lectus ab Haulero Wien. Stud. 38, 170, qui quo pertineat alatu vel abatu superscriptum pro certo diiudicari posse negat.* St.
- Arbandes v. Aryandes.
- 1021 Arbelus, Armenius, praepositus sagittariorum exercitus Cappadocici sub Hadriano *Arrian. ect. Alan. 12. 13*. St.
- C. (?) PETRONIVS ARBITER.
- L. AEMILIVS ARCANVS.
- 1022 ARCESILAVS (*sic VIII 2480. chronogr. a. 354 p. 60 M. Prosper Tiro 1, 442 M. Cod. Iust. 5, 44, 4; Ἀρκεσίλαος Theo Alex. 3, 378 M. Heraclian. ib. 394; Archesilaus III 3424 = D. 545. fasti Hydat. 1, 228 M. consul. Ital. ib. 289; Archisilaus Cassiod. ib. 2, 148; Ἀρκεσῆλαος chron. Pasch. ib. 1, 228; Harcesilaus chronogr. a. 354 ib. 1, 65*), consul a. 267 cum Paterno. *Fortasse filius T. Flavi Archesilai (vel Archelai) fratris Arvalis et ipse dictus T. Flavius Archesilaus. Vix idem Arcesilaus, cui rescripserunt Valerianus et Gallienus a. 256 cod. Iust. 9, 9, 16.* Gr.
- Archagathus, cognomen Caecili Calactini ubi vide.
- 1023 Archelaus, rex Cappadociae. *Tituli: honoratus publice Athenis IG 3, 545. 546 = Ditt. Or. Gr. 357 (1). 360 (2), Olympiae Inschr. v. Olymp. 315 = Ditt. l. c. 359 (3), Comanis Cappadociae Journ. hell. stud. 1898, 317 = Ditt. 358 (4), memoratus in titulis Magnesio matris Inschr. v.*

Magn. 138 = *Ditt.* 361 (5), *Atticis filii IG* 3, 548 = *Ditt.* 362 (6) et *filiae* 549 = *Ditt.* 363 (7). *Nummi:* *Eckhel* 3, 201. *Mionnet* 4, 453; *Suppl.* 7, 722. *Br. Mus. Galatia cet.* p. 44—46, tab. 7, 14; 8, 1—7.

Filius Archelai, qui cum Comanis hereditarium sacerdotium gessisset anno a. C. 47 a Caesare sacerdotio privatus est (*App. Mithr.* 121, cf. *bell. Alex.* 66. *Strabo* 12, 558), et Glaphyrae concubinae (*Dio* 49, 32, 3. Glaphyra, mater Archelai t. 5. *App. b. c.* 5, 7), nepos Archelai mariti Berenices qui in Aegypto occisus est (*Strabo* 17, 796. *Dio* 39, 57, 2 cet.). *Sisines nominatur (vernaculo nomine?) App. b. c.* 5, 7, ceterum Archelaus, cognomento Philopatris t. 1—5; *nummi.* Antonius triumvir amore Glaphyrae captus (cf. *versus Augusti apud Martialem* 11, 20, 3) Ariarathe rege pulso regnum Cappadociae Archelao donavit *Strabo* 12, 540, a. 41 (*App. b. c.* 5, 7) vel potius 36 (post mortem Ariarathis, cf. *Strabo l. c.*) *Dio* 49, 32, 3, quocum congruit *Tac. a.* 2, 42 'Archelaus quinquagesimum annum Cappadocia potiebatur' (anno p. C. 14 ut videtur). *Nummi annos regni eius exhibentes non nisi ab anno vicesimo ad quadragesimum alterum pertinent.*

Rex Cappadociae Antonii partes contra Caesarem secutus est *Plut. Ant.* 61, qui tamen post victoriam Actiacam regnum ei concessit *Dio* 51, 2, 1 (huc spectare videtur, quod Tiberius civilium officiorum rudimentis regem Archelaum Augusto cognoscente defendit *Suet. Tib.* 8, a popularibus suis accusatus *Dio* 57, 17, 3), anno 20 a. C. Ciliciam Tracheam (Ciliciae oram maritimam *Dio*) et Armeniam minorem addidit *Strabo* 12, 535. 540. 555; 14, 671. *Dio* 54, 9, 2, postquam Archelaus una cum Tiberio Artaxe rege Armeniae interfecto Tigranen ibi constituit *Ios. ant.* 15, 105, cf. *Mon. Anc. c.* 27. *Tac. a.* 2, 3. *Dio* 54, 9, 4. 5. *Vell.* 2, 94, 4; 122, 1; [rex Cap]padociae et Ciliciae [Trache]ae t. 1. Elaiussam (Sebasten *Ios.*, cf. *Steph. Byz.* 558 M.) insulam Ciliciae Tracheae sedem regni constituit *Strabo* 12, 537; 14, 671. *Ios. ant.* 16, 131. 332; *bell.* 1, 456. A fratre insidiae ei structae frustra *Ios. bell.* 1, 507. Glaphyram filiam (t. 7; ex uxore priore cuius nomen ignoratur, quae ex domo ut videtur Armenia regia originem duxit, cf. *Ios. bell.* 1, 476 et *Mommsen RgdA*² 116) Alexandro Herodis Magni filio in matrimonium dedit *Ios. ant.* 16, 11. 193. 206. 328—330; 17, 11. 341. 349; 18, 139, cf. 17. 97. 131. *bell.* 1, 446. 447. 456. 523. 553; 2, 114. Immixtus inde discordiis domus Herodis *id. ant.* 16, 74. 131. 261—270. 302. 309. 310. 325—334. 357. 360; 17, 11. 16; *bell.* 1, 447. 456. 499—513. 516—518. 530. 538. 553. 559. 561. Alexandro occiso Glaphyram Iubae regi eoque mortuo (immo ab eo repudiata) Archelao Herodis Magni filio collocavit *ant.* 17, 341. 349—353; *bell.* 2, 114—116. Alexandri et Glaphyrae filii Tigranes et Alexander; inde huius filius Tigranes dictus est regis Archelai [pro]nepos *Tac. a.* 14, 26. Pythodoridem viduam Polemonis (I) regis Ponti uxorem duxit, quae ei supervixit *Strabo* 12, 556.

Invisus Tiberio, quod eum Rhodi agentem florente C. Caesare nullo officio coluerat *Tac. a. 2, 42. Dio 57, 17*. Quare Tiberius imperium adeptus per promissa ad se elicitum in senatu accusavit (*ad hanc fortasse accusationem pertinet quod Philostr. v. Apoll. 1, 12 de Archelao rege Cappadociae res novas moliente tradit; de hac narratione, quae suspicionem quandam movet, cf. Ed. Meyer Herm. 52, 402*). Propter morbum et dementiam Augustus procuratorem ei adiunxerat *Dio l. c. Archelao defuncto Tiberius regnum eius in provinciam redegit a. 17 p. C. Tac. l. c. Suet. Tib. 37, 4 (inde Eutrop. 7, 11. Hieronym. chron. Ol. 199, p. 172 c H.); Cal. 1, 2. Dio l. c. Strabo 12, 534. Vell. 2, 39, 3. Vict. Caes. 2, 3. Epit. de Caes. 2, 8. Ruf. Fest. brev. 11 (de tempore errans). Lyd. de mag. 3, 57. Suid. s. Τιβέριος α.*

Archelaus ó χωρογράφος τῆς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου πατηθείσης γῆς *Laert. Diog. 2, 17. Archelaus rex Plin. n. h. ind. l. 8. 9. 17 (ubi nomen excidit). 18. 37, citatur ib. 8, 202. 218 (cf. Varro de re r. 3, 12); 37 (de gemmis), 46 (Archelaus qui regnavit in Cappadocia). 95. 104. 107. Solin. 52, 19 (Iubae et Archelai regum libris). Ei dedicavit Conon mythographus libellum qui inscribitur Δηγήσεις Phot. bibl. 186 = FGr Hist 1, n. 26 (Ἀρχελάωι Φιλοπάτορι βασιλεῖ errore fortasse pro Φιλοπάτρῃδι v. supra).*

Archelaus filius t. 6. *Eius quondam, postea Tiberii et Liviae servus agnomine Archelaianus VI 4776. Ab eo sine dubio colonia Archelais Cappadociae (ante Garsaura Strabo 14, 663, cf. Ramsay Hist. Geogr. of Asia Minor 284) nomen traxit. St.*

1024 Archelaus, regis Archelai (*eius qui praecedit*) filius *IG 3, 548 = Ditt. Or. Gr. 362. Idem sine dubio Cappadox Archelaus, cui Cietarum natio in radicibus Tauri montis subiecta Tac. a. 6, 41 ad a. 36 (cf. regulis Cilicum ib. 2, 78), unde sequitur ei Ciliciam Tracheam paterno Cappadociae regno in provinciam redacto relictam esse. St.*

1025 Archelaus Herodes. *In nummis (Eckhel 3, 484. Madden Coins of the Jews 115—117) dicitur Herodes, item Dio 55, 27, 6, ceterum apud auctores Archelaus.*

Herodis Magni ex Malthace filius natus maximus *Ios. bell. 1, 562, cf. 602. 646. 664; 2, 21. 39; ant. 17, 20. 80. 146. 226. 250. Nicol. Dam. de vita sua F Gr Hist 2 A 424, 136. Romae educatus est ib. bell. 1, 602; ant. 17, 80. Ab Antipatro insimulatum pater abdicat, sed criminibus falsis cognitis testamento supremo successorem eum constituit ib. bell. 1, 602. 603. 646. 664. 668; ant. 17, 80. 146. 188. 194. Archelaus post mortem patris (anno 4 a. C.) appellatione regia abstinuit, dum Augustus eam concederet ib. ant. 17, 195—205; bell. 1, 669—2, 4. Iudaeorum seditione oppressa Romam profectus est ant. 17, 206—222; bell. 2, 5—19. Nicol. Dam. l. c. Actum est apud Augustum inter Arche-*

laum eiusque fratres de patris successione, Archelaus contra adversarios a Nicolao Damasceno defensus est *ant. 17, 224—249. 299—303. 311—316; bell. 2, 20—38. 80—83. 88—92. Nicol. Dam. l. c. Hieronym. chron. Ol. 196 p. 170 c H.* Augustus ei dimidium regni concessit, Iudaeam, Idumaeam, Samariam, non regio nomine sed ethnarchae appellatione *ant. 17, 317—320. 339; 18, 93 (Synzell. 600); 20, 249. 251; bell. 2, 93—98. Nicol. Dam. l. c. p. 424 sq. Ἡρώδης ἐθνάρχης nummi; βασιλεύς Ios. ant. 18, 93 (inde Synzell.) minus accurate; item βασιλεύει ev. Matth. 2, 22; rex . . . Iudaeae Hieronym. onomast. p. 45 Kl.* Tumultum quendam praedonum et rebellium compressit *Ios. ant. 17, 284; bell. 2, 64.* Hiericunte domum regiam restituit, haud procul Archelaidem palmis inclitam (*cf. Plin. n. h. 13, 44. Ios. ant. 18, 31*) condidit *ant. 17, 340.* Mariamme uxore priore repudiata Glaphyram Archelai regis Cappadocum filiam, quae antea Alexandro Herodis filio, dein Iubae regi Mauretaniae nupta ab hoc dimissa erat (*errore vidua Iubae dicitur ant. 17, 349; bell. 2, 115*), in matrimonium duxit, quae paullo post obiit *ant. 17, 341. 349—353; bell. 2, 114—116.* A principibus Iudaeorum et Samaritarum superbiae et crudelitatis accusatum Augustus regno summovit et bonis publicatis Viennam in exilium misit *ant. 17, 342—348. 355; 18, 2. 26. 93; 20, 249; bell. 2, 111—113. 117. 167. Dio 55, 27, 4. Hieronym. chron. p. 171 c. Strabo 16, 765 (nomine omisso), decimo regni anno ant. 17, 342. 347 (male anno nono bell. 2, 111. 113, inde Euseb.-Hieronym. chron. p. 170. 171. Euseb. arm. p. 212 K. Synzell. 600. 603, cum Ios. vita 5 decimus eius annus commemoretur), anno 6 p. C. ant. 18, 26. Dio l. c. Nominatur in t. Palaestinensi mutilo CIG 4537 add. p. 1179 . . . Ἀρχελάω υἱῷ Ἡρώδου. . .]. Sepulcrum eius prope Bethleem *Hieronym. onom. l. c.**

St.

1026 Archelaus, procurator Archelai Herodis ethnarchae, qui per eum ab Augusto Romam citatur anno p. C. 6 *Ios. ant. 17, 343. 344. 348.* St.

— P. AELIVS AELIANVS ARCHELAVS MARCVS.

— CORNELIVS ARCHELAVS.

— T. FLAVIVS ARCHELAVS.

— T. FLAVIVS ARCHELAVS CLAVDIANVS.

— Iulius Archelaus.

— M. PONTIVS ECLECTVS ARCHELAVS.

— **Ulpus Archelaus.**

— ARCHESILAVS, consul a. 267, v. Arcesilaus.

— T. FLAVIVS ARCHESILAVS (*vel* ARCHELAVS).

— Tib. Claudius Archibius.

— Flavius Archippus.

— Ardasches, v. Artasis.

— **Caecilius Arellianus.**

- 1027 Arellius, homo ditissimus *Hor. sat. 2, 6, 78.* *St.*
- 1028 ARELLIVS FVSCVS, consularis primae sententiae, qui in locum Valeriani successerat, *in senatus consulto ficto trig. tyr. 21, 3.* *Gr.*
- 1029 ARELLIVS FVSCVS, proconsul Asiae, cui a. 275 successit Falconius Probus *vita Aurel. 40, 4; narratio suspecta.* *Gr.*
— Arellius Fuscus v. sub Arellio Severo.
- 1030 Arellius Fuscus, rhetor ex Asia (*scribendumne Asianis?*) *Sen. contr. 9, 6 (29), 16; sectator certe rhetorum Asianorum, ut Adaei Hybreae aliorum ib. et 9, 1, 12. 13; 10, 4, 19. 20; dicebat suasorias frequentius graecas quam latinas id. suas. 4, 5. Inter optimos quattuor rhetores eum refert Sen. contr. 10 pr. 13. Solebat ex Vergilio multa trahere, ut Maecenati imputaret id. suas. 3, 5, cf. 4, 4. 5. Auditores eius Ovidius Sen. contr. 2, 2 (10), 8. 9 et (Papirius) Fabianus, ib. 2 pr. 1. 5. Explicationes eius Seneca iuvene notissimae cantabantur suas. 2, 10, cf. 23. Sententiae, divisiones, colores eius passim afferuntur apud Senecam, iterum ac saepius nominatur pater, unde filium ei fuisse cognominem apparet, eum ni fallor qui sequitur.* *St.*
- 1031 Arellius Fuscus, motus equestri ordine ob insignem calumniam, cum celebritatem adsectarentur adolescentium scholae *Plin. n. h. 33, 152; vidit eum Plinius ipse. Filius videtur eius qui praecedit.* *St.*
- 1032 Arellius [Se]verus. Arellii [Se]verus et Fuscus dedicarunt Serapidi *t. graecum urbanum IG 14, 1025 = IGR 1, 102.* *Gr.*
- 1033 Aretas (IV), rex Nabataeorum. *Tituli aramaice concepti CISem 2, 157. 158. 160. 182. 196—217. 332. 354. 454. Jaussen et Savignac Mission arch. en Arabie 1, 151, 5 (= Rép. d'épigr. sém. 1103); 202, 38. Rép. d'épigr. sém. 674. Nummi Br. Mus. Arabia cet. p. 5—10, tab. 1, 9—22; 2, 1—12; 49, 8. 9. Head HN² 811. Antea Aeneas dictus Ios. ant. 16, 294. In titulis et nummis nuncupatur Charithath (Haretat) et rachim-âmmeh id quod significatur 'qui diligit populum' = Philolaus (vel Philopatris, Philodemus). Obodae in regnum successit, irascente initio Augusto, qui dein tamen ei regnum confirmavit, postquam Aretas Syllaei scelera patefecit Ios. l. l. 295—297. 339. 353—355; 17, 54; bell. 1, 574. In sedanda seditione Iudaeorum post Herodis mortem (anno 4 a. C.) orta Romanos adiuvit ib. 17, 287; bell. 2, 68. Filiam eius Antipas Herodes repudiavit 17, 109—112. Cui cum bellum inferret et victor exsisteret, L. Vitellius iussu Tiberii ad eum opprimendum profectus est sed Tiberii morte (a. 37) nuntiata bello destitit 17, 113—115. 120. 124. 125. Ethnarcha eius Damasci constitutus memoratur Paulus ad Cor. 2, 11, 32, quocum convenit nummos Damascenos imperatorum Gai et Claudi nullos exstare, cf. Schürer Gesch. d. jüd. Volk. 2^a, 153 sq.; 1^a, 737. Anni regni eius a primo usque ad duodequingagesimum (hoc*

anno positus CISem 2, 214. 215, nummus cusus *Dussaud Journ. Asiat.* 1904, 228, 46 tab. 3, 9) in nummis et titulis numerantur.

Uxores nominantur in nummis Chuldu (eadem in tit. *Cooke Text-book* 102 = CISem 2, 156) anno primo ad sextum decimum, Schagilath (quae et soror eius, cf. *Dussaud l. c.* 204) anno 20—48 (hoc anno cusus *Dussaud l. l.* 228, 46 tab. 3, 9). Liberi ex Chuldu geniti memorantur CISem. 2, 158, numero sex (ex eadem ut videtur) nominantur in tit. *Petraeo* anno 29 eius regni Obodaeposito CISem 2, 354 (ubi nomen *Šugailat* sororis et reginae suppletur), unus ex his Malchus (II) successit ei in regnum. Maliku (Malchus), filius *Hāritat t. Petraeus, Dalman Neue Petra-Forschungen* p. 102, cf. 106 sq. CISem. 2, 182. St.

1034 Aretas, regulus Arabum, propinquus Obodae, Aelium Gallum in expeditione Arabica comiter excepit *Strabo* 16, 781. St.

1035 Areus, philosophus Alexandrinus, cuius gratia Caesar (qui postea Augustus) a. ante C. 30 Alexandriae et cum aliis tum Philostrato philosopho vel sophistae pepercit *Plut. Ant.* 80; *praec. ger. rei* p. 18, 814 D.; *apophthegm. reg.* 207 A. *Dio* 51, 16, 4. *Iulian. epist.* 51 p. 557 H. Amicus et magister Augusti *Suet. Aug.* 89, 1. *Iulian. Caes.* 21, 419 H., cf. *Dio* 52, 36, 4. *Themist. or.* 5, p. 75 D.; 8, 129; 10, 155; 11, 173; 13, 212 sq.; 34, 451. Praeceptor Maecenatis *Aelian. var. hist.* 12, 25 (errore ut videtur, cf. *Diels Doxogr.* 83, 1). Aegyptum ne administraret recusavit *Iulian. epist. ad Themist.* p. 343 sq. H. Augustus eum in Sicilia in Theodori (vel potius Athenodori) dioecetae locum substituit *Plut. apophthegm. reg.* 207 B, anno fere a. C. 21, cf. *Cichorius Röm. Stud.* 280 sq. A. 9 a. C. Liviam Augusti de morte Drusi filii consolatus est *Sen. ad Marciam* 4. 5. 6, 1. Amicus Xenarchi peripatetici *Strabo* 14, 670. Commemoratur praeterea *Plut. Ant.* 81. *M. Antonin.* εἰς ε. 8, 31. Successor eius apud Augustum Theon Alexandrinus *Suid. s. θέων θ* 203 *Adler*. Filii Dionysius et Nicanor *Suet. Aug.* 89, 1. Nescio an idem Areus rhetor *Quintil.* 2, 15, 36; 3, 1, 16; idemque putatur Areus Didymus (vel Didymi), de quo videas *Dielsium in Doxographis Graecis* p. 69—88. 447—472. St.

1036 Areus (vel Arrius?), centurio a Iudaeis anno 4 a. C. occisus *Ios. ant.* 17, 282; *bell.* 2, 63. 71. St.

— (C.) Laecanius Areus.

1037 Argaithus, dux Gothorum sub rege Ostrogotha imperante Philippo *Iord. Get.* 91. Idem videtur (cf. *Ind. Iord. ed. Mommsen* p. 146) Argunt, Scytharum rex, qui Timesitheo mortuo (a. 243) finitimas regiones vastavit *vita Gord.* 31, 1. St.

1038 Argentarius, Graecus, declamavit Latine, auditor et imitator Cestii Pii *Sen. contr.* 9, 3, 12. 13, cf. 1, 5, 1. Eius sententias, colores, divisiones

- Sen. passim affert. Dubium est, num idem M. Argentarius, cuius epigrammata non pauca extant in anthologia graeca.* St.
- 1039 ARGENTARIA POLLA (Polla Argentaria Statius *silv.* 2 *praef.*, Polla Martial., Argentaria Apoll. *Sidon.*), Annaei Lucani uxor, cui scripserunt in diem natalem mariti defuncti Statius genethliacon *silv.* 2, 7, Martialis epigrammata 7, 21—23. Patrona Martialis 10, 64. Post mortem mariti alteri poetae nupsit Apoll. *Sidon.* c. 23, 165 sq. (num recte dubito); commemoratur *ib. epist.* 2, 10, 6. St.
- 1040 Argentocoxus, Caledonius aetate Septimi Severi *Dio exc.* 76, 16, 5. St.
- 1041 Argivus (sic *Suet.*, Argius *Tac.*, Ἀργεῖος *Plut.*), Galbae libertus (*Plut.*, e primoribus servis *Tac. minus accurate*) et dispensator (*Tac. Suet.*), corpus patroni sepulturae dedit *Suet. Galba* 20, 2. *Tac. h.* 1, 49. *Plut. Galba* 28. St.
- (Iulius) Argolicus.
- Argunt, vide Argaithus.
- 1042 Argynnus, puer delicatus ut videtur L. Arruntii Stellae *Mart.* 7, 15, 5. St.
- ARIA CYRIACE v. n. 1056.
- 1043 Aridelus, Augusti libertus, quem procuracionem petentem M. Aurelio Caesari commendat Fronto *ad M. Caes.* 5, 37 (52) p. 87 N. (= 1, 238 *Haines*). St.
- T. Ant(oni)us Cl(audius) Alfenus Arignotus.
- 1044 Ariobarzanes, regis Artavazdis filius, regis Ariobarzanis nepos *Mon. Anc. c.* 27. 33. Romam venit cum Tiridate *Dio* 55, 10 a, 5 (vel potius cum patre, cf. *Mommsen RgdA*² p. 114). Augustus eum Medis petentibus regem dedit *Mon. Anc. c.* 33. C. Caesar a. 754 = 1 p. C. ei Armeniam maiorem regendam tradidit *ib.* 27. *Tac. a.* 2, 4. *Dio l. c.* Contra eum pars Armeniorum a. 755 = 2 p. C. bellum movit *Dio l. c.* Paulo post morte fortuita absumptus *Tac. l. c. Dio* 55, 10 a, 7. Filius eius Artavasdes *Mon. Anc. c.* 27. *Dio* 55, 10 a, 7. *Titulus urbanus bilinguis VI* 32264 = D. 844.
- Ex posteris eius [Iu]lius Artabasdes ib. et [Iu]lius Ariobarzan[es] fragmentum item urbanum graecum IG 14, 989 = Ditt. Or. Gr. 381. St.*
- 1045 Ariobarzanes, multorum regum (Armeniae vel Cappadociae?) progenies (ἀπόγονος, cf. *Th. Reinach Syria* 7, 209 sq.) t. *Damascenus ib.* 6, 218—220 *tab. XXVI* 2. St.
- 1046 Ariogaesus, rex a Quadis Furtio pulso factus, sed ab imperatore Marco non confirmatus cum captus esset, Alexandream deportatus est *Dio exc.* 71, 13. 14. St.
- Aurelius Aristaenetus.
- C. SALLIVS ARISTAENETVS.
- DOMITIVS ARISTAEVS ARABIANVS.
- M. VLPIVS DOMITIVS ARISTAEVS ARABIANVS.

- P. Aelius Aristides Theodorus.
 — **Q. Aemilius Aristides.**
 — Marcianus Aristides.
- 1047 ARISTINVS, στρατηγὸς Ῥωμαίων *i. e.* praetor, ταῖς Θεσμοφόροις *t.* dedicavit *Pergami IGR 4, 282 = Inschr. von Pergamon 315.* Gr.
- Tib. Claudius Aristio.
- 1048 M. Aristius Fuscus. *Praenomen extat in inscriptione Hor. c. 1, 22; Aristius Fuscus inscr. epist. 1, 10. Porphy. ad sat. 1, 9, 60 et ad epist. 1, 10, Fuscus Aristius Hor. sat. 1, 9, 61, Aristius epist. 1, 10, 44, ceterum Fuscus. Amicus Horatii sat. 1, 9, 61, qui ad eum dedit 1, 22; epist. 1, 10, grammaticus Porphy. sat. 1, 9, 60 et scriptor comoediarum ib. epist. 1, 10, 1.* St.
- 1049 Aristo, M. (Aemili) Lepidi (*occisi a. 39*) philosophus, irrisus a (Mamerco Aemilio) Scauro (*damnato a. 34*) et a Iulio Graecino (*interfecto circa a. 39*) *Sen. epist. 29, 6; temporibus igitur vixit Tiberii et Gai.* St.
- CAECILIVS ARISTO.
 — TITIVS ARISTO.
 — **Tussanius Aristo.**
- 1050 Aristobulus, Herodis Magni et Mariammes prioris filius, Alexandri frater. Hi fratres circa annum 22 a. C. a patre studiorum causa Romam missi sunt, ubi in Pollionis domo habitabant *Ios. ant. 15, 342 sq.; 16, 6; bell. 1, 445.* Post quinquennium fere in patriam redierunt *ant. 16, 6 sq.* Aristobulus Costobari et Salomae filiam Berenicen (*cf. Strabo 16, 765*) in matrimonium duxit *ant. 16, 11. 193. 201; 17, 9. 12; 18, 133; bell. 1, 446. 552. 553.* Cum fratre Alexandro Salomae et Antipatro invisus falsis criminibus circumventus a patre apud Augustum accusatus (*anno 12 a. C.*), sed cum eo reconciliatus est *ant. 16, 8—10. 66—85. 88—127. 131. 273; bell. 1, 447—456.* Antipater et Mariammes filii successores Herodis destinati sunt *ant. 16, 133; bell. 1, 457—467.* Antipater denuo in fratres insidias struxit *ant. 16, 190—193; bell. 1, 467—483, cf. Nicol. Dam. de vita sua FG rHist. 2 A 423, 136, 2.* Herodes iteratis calumniis in filios incensus de iis in vincula coniectis Augusto consentiente Beryti iudicium fecit *ant. 16, 300. 311—323. 354—369; bell. 1, 513—543. Nicol. Dam. l. c. 136, 3.* De consilii sententia damnatum utrumque apud Sebasten interfici iussit (*circa annum 7 a. C.*) *ant. 16, 370—394; 17, 80; 18, 134. 242; bell. 1, 551. 581. 586; 2, 102. 178. 222, cf. Nicol. Dam. 136, 3. 4. Strabo 16, 765. Macrob. 2, 4, 11.*
- Ex Berenice tres filios tulit et duas filias (*ant. 17, 12; bell. 1, 552*) Herodem regem Chalcidis, regem (Iulium) Agrippam (I), Aristobulum (*eum qui sequitur*), Herodiadem, Mariammen.
- Memoratur praelerea ant. 16, 249. 17, 326. 334 sq.; bell. 1, 496. 563. 599. 603; 2, 108.* St.

1051 Aristobulus, filius natus minimus Aristobuli (*qui praecedit*) et Berenices *Ios. ant. 18, 133; bell. 1, 552*. Quo tempore pater occisus est nondum adultus *ant. 18, 134*. Uxorem duxit Iotapen Sampsigerami regis Emesendorum filiam *ant. 18, 135*. Agrippae fratri infensus (L. Pomponium) Flaccum legatum Syriae in eum instigat (*ca. annum 35*) *ant. 18, 151 sq. 154*. A. 40 cum aliis viris domus regiae P. Petronium legatum Syriae deprecatus est, ne statua Gai Hierosolymis poneretur *ant. 18, 273, 276*. A. 45, cum in Claudii epistula fratris eius filius Aristobulus ὁ νεώτερος vocetur *ant. 20, 13*, nondum mortuus erat. Privatus obiit Iotape filia surda relicta *ant. 18, 135; bell. 2, 221*. *St.*

1052 Aristobulus, filius Herodis Chalcidis regis ex uxore priore Mariamme *Ios. ant. 18, 134, 137; 20, 104, 158; bell. 2, 221, 252*. Uxorem duxit Salomen filiam Herodis, filii Herodis Magni, post Philippi tetrarchi prioris mariti mortem (*a. 34*), ex qua genuit tres filios, Herodem, Agrippam, Aristobulum (*eum qui sequitur*) *Ios. ant. 18, 137*. Eius et patris causa Claudius a. 45 Iudaeorum precibus indulsit *Ios. ant. 20, 13*.

A. 54 Nero ei Armeniam minorem cum insignibus regiis mandavit *Tac. a. 13, 7. Ios. ant. 20, 158; bell. 2, 252*. A. 60 pars Armeniae (maioris) ei parere iussa est *Tac. a. 14, 26*. Postea Chalcidices (*incertum utrum eiusdem, cuius pater rex fuerat, an ad Belum sitae, cf. Th. Reinach Rev. ét. anc. 16, 141*) rex L. Caesennium Paetum in bellum Commagenicum (*a. 72/3*) comitatus est *Ios. bell. 7, 226*. Nummum eius et Salomes nomina et imagines exhibentem habes ap. Imhoof-Blumer *Porträtköpfe auf antik. Münz. p. 44, tab. 6, 21, 22*. Babelon *Coll. Wadd. (= Rev. num. 1898, 619) 7280, nummos cusos anno octavo sub Nerone ib. 1900, 484 sq., anno septimo decimo sub Vespasiano ib. 1883, 145 tab. 4, 9; quos nummos commatis esse non Chalcidis sed Armeniae minoris probare studuit Reinach l. l. 144—148, unde collegit anno ipso 72 Armeniam in provinciae formam redactam et Aristobulum regem Chalcidis factum esse*. *St.*

1053 Aristobulus, Aristobuli (*eius qui praecedit*) et Salomes filius *Ios. ant. 18, 137*. *St.*

— AVRELIUS ARISTOVLVS.

— T. CL. M. AVRELIUS ARISTOVLVS.

— CLAUDIUS ARISTOCLES.

— Petronius Aristocrates.

1054 Aristomachus, tribunus praetorianorum a. 221 *vita Elag. 14, 8*. *St.*

1055 Aristomenes, Atheniensis, actor antiquae comoediae, libertus Hadriani, qui eum Ἀττικοπέδικα appellavit, scripsit tres libros τῶν πρὸς τὰς ἱερουργίας *Athen. 3, 115 a. b*. *St.*

— M. Antonius Aristomenes.

— Ael(ia) Aristonice.

— VLPIA ARISTONICE.

- P. Aelius Zeuxidemus Aristus [Z]eno.
 — FLAVIVS ARISTVS.
 — T. FLAVIVS ARISTVS VLPIANVS.
 — Arius, *vide* Areus.
- 1056 ARIA CYRIACE, c(larissima) f(emina) X 1689 *fragmentum sarcophagi Puteolis rep., positi a matre filiae; fortasse saec. IIII.* Gr.
- 1057 ARMENIVS BROCCIVS, proconsul (*Achaiae ut videtur*); epistula Domitiani ad eum de liberis expositis *Plin. ad Tr. 65. 66.* Gr.
 — ANNIVS ARMENIVS (*vel* ARMINIVS) DONATVS.
- 1058 Armenius Iulianus. Aelia Gemellina Armeni Iuliani (uxor) nominatur inter matronas, quae ludis saecularibus a. 204 Iunonem reginam invocaverunt VI 32329. — M. Armenius Iulianus X 8059, 51 *in signaculo.* Gr.
- 1059 L. ARMENIVS PEREGRINVS (*praenomen extat VI 2086 v. 2. 9. 22. 26. 2104 v. 28. 2106 a v. 6*), praetor a. 213, eodem anno pro magistro fratrum Arvalium VI 2086 = D. 451. 5041, frater Arvalis adest in collegio a. 218. 221 VI 2104 (= D. 5039). 2106. *Ab hoc fortasse testamento adoptatus Ti. Pollenius Armenius Peregrinus consul a. 244 (v. infra sub Polleniis). Aut hic aut filius adoptivus Armenius Peregrinus vir clarissimus t. Mediolanensis V 6181, item Ἀρμένιος Περει[ρ]εῖνος ὁ λαμπρότατος [ὑπατικός?] t. mutilus Pompeiopolitanus IGR 3, 874 (cognomen in lapide agnovit Duchesne Bull. hell. 1881, 317).* Gr.
- TI. POLLENIVS ARMENIVS PEREGRINVS consul a. 244 v. *infra sub Polleniis.*
- 1060 ARMENIVS TITIANVS, frater Arvalis cooptatus anno 240 *ut videtur Not. d. sc. 1914, 464 sq. = Herm. 52, 331 = VI 39443 I 21. 25.* Gr.
- 1061 Armentarius, murmillo, Cassio Severo simillimus *Plin. n. h. 7, 55 (= Solin. 1, 82).* St.
- Q. COMIVS ARMIGER CRESCENS.
- 1062 Armillatus, delator, in consilio Domitiani *Iuven. 4, 53*, potens apud Domitianum, sicut Marius Maximus scribit *schol.* St.
- 1063 Arminius (*sic Tac. plerumque et Vell.; Armenius Tac. a. 1, 55; 2, 88; 11, 16. Flor. codd. NL. Frontin. cod. H; armenus Flor. cod. B. Frontin. cod. P; Ἀρμένιος Strabo; Ἀρμήνιος Dio*), dux Cheruscorum. Filius Segimeri, principis gentis (mater *ut viva etiam a. 16 memoratur, non nominatur Tac. a. 2, 10*, frater cognomento Flavius *ib. 2, 9; 11, 16. 17*), iuvenis nobilis, adsiduus militiae nostrae prioris (*anno p. C. 4, cf. Vell. 2, 104, 3*) comes, iure etiam civitatis Romanae equestres gradus consecutus *Vell. 2, 118, 2 (praenomen et nomen ab Augusto accepisse eum veri est simile, ut plena nomina C. Iulius Arminius ei fuissent; de nominis Arminii forma a Germanica lingua ducenda vide quos affert auctores recentes Schönfeld Wörterb.)*; in castris Romanis ductor popularium meruit *Tac. a. 2, 10.*
 Anno 9 p. C. Germani Arminio turbatore Germaniae duce coniura-

tione inita P. Quinctilium Varum legatum exercitus Germanici circumvenerunt, quo voluntaria morte caeso tres legiones totidemque alas et sex cohortes trucidaverunt *Vell.* 2, 117—119; 105, 1. *Dio* 56, 18—22. *Strabo* 7, 291. *Tac. a.* 1, 55. 58. 59. 61 (cf. 62); 2, 46. *Flor.* 2, 30, cf. *Frontin. strat.* 2, 9, 4. Boioicalus, Ampsivariorum princeps, rebellione Cherusca iussu Arminii vinctus *Tac. a.* 13, 55. Aliquamdiu Arminius ipse a Segeste socero in vincula coniectus est *ib.* 1, 58. A. 15 obsidenti ei Segestes cum propinquorum et clientium manu a Germanico ereptus est *ib.* 1, 57. Cheruscos et conterminas gentes Arminius ad bellum contra Romanos incitavit *ib.* 1, 59. 60. Contra Germanicum et A. Caecinam Severum pugnavit *ib.* 1, 63—68. Res anno 16 contra Romanos ab eo gestae *ib.* 2, 9. 10. 12—21, cf. *Strabo* 7, 292 (καὶ νῦν ἐτι συνέχοντος τὸν πόλεμον). A. 17 arma in Maroboduum tulit, a cuius regno Suebae gentes, Semnones ac Langobardi defecerunt ad eum, cum Inguiomerus ad Maroboduum perfugisset; magno proelio facto Maroboduus abscessit *ib.* 2, 44—46. Arminius regnum adfectans libertatem popularium adversam habuit petitusque armis cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit, liberator haud dubie Germaniae. Septem et triginta annos vitae, duodecim potentiae explevit; canebatur apud Germanos *ib.* 2, 88 (a. 19 p. C.). Ingenium et mores eius *Vell.* 2, 118, 2.

Uxor Thusnelda, filia Segestis, quam alii pactam Arminius rapuerat *Strabo* 7, 291 sq. *Tac. a.* 1, 55. 57. 58. 59, a. 15 gravida a patre Romanis tradita *Tac. a.* 1, 57, in captivitate filium enixa est *ib.* 58, cui nomen fuit Thumelicus *Strabo* 7, 292, cf. *Tac. a.* 2, 10. 46. *St.*

1064 . . . Arminius Donatus, flamen [perpetuus], avus Annii Arminii (vel Armenii) Do[nati], pater vel socer C. Anni Flaviani VIII 17899 t. *Thamugadensis.* *St.*

— ANNIVS ARMINIVS (vel ARMENIVS) DONATVS.

1065 C. ARMINIVS GALLVS, legatus pro praetore Pedanii Fusci Salinatoris proconsulis Asiae (sub Traiani initia non post a. 102) t. *graecus Ephesinus Inscr. Br. Mus.* 3, 499 = D. 8822. Vide num gentilicium suppleri possit [K]αρμινίου. — Eundem putat Bormann Gallum, qui honoratur t. mutilo in agro Viterbiensi rep. XI 7423, nescio an recte (v. sub Gallo). *Gr.*

1066 ARMINIA PAVLLINA, clarissima femina t. *Thamugadensis Bull. tr. hist.* 1907, 277. *St.*

1067 Arnuphis, magus Aegyptius in castris M. Aurelii *Dio exc.* 71, 8, 4. *Xiphil.* (*Dio* 71, 9, 2). *Suid. s. v.* *St.*

1068 Arpus, princeps Chattorum cuius uxor et filia anno 16 p. C. captae sunt *Tac. a.* 2, 7. Eundem atque Ucromerum eum putat *Much Zeitschr. f. d. Altert.* 1891, 366 cum Ucromeri principis Chattorum filia Ramis inter nobiles Germanorum qui in triumpho Germanici ducti sunt nominetur ap. *Strab.* 7, 292. *St.*

- 1069 Q. ARQVINIVS. . . . (cognomine fortasse caruit), praetor aerarii a. 20 p. C. I² p. 74 = VI 32270 fasti scribarum quaestoriorum. Gr.
- 1070 M. ARRANIVS VENVSTVS memoratur in t. filii M. Arranii Venusti Basiliani clarissimi pueri *Ammaedarensi Bull. tr. hist. 1927, 199 = Ann. ép. 1927, 37. Nescio an idem sit us Venustus, legatus Aug. pr. pr. (exercitus Africani), consul designatus a. 166 VIII 4195 t. Verecundae rep.* Gr.
- 1071 M. ARRANIVS VENVSTVS BASSILIANVS, clarissimus puer, filius M. Arranii Venusti t. *Ammaedarensis Bull. tr. hist. 1927, 199 = Ann. ép. 1927, 37.* Gr.
- 1072 M. ARRECINVS CLEMENS, consul I suff. a. 73 ut videtur, II suff. a. inc., memoratur in t. urbano VI 199 = D. 6050 (1), in fistulis urbanis XV 7278 (2), in fistula Ariminensi XI 428 (3); ad eum pertinere videtur fragmentum t. Pisauensis adhuc quod sciam ineditum (4).
*In consulatu primo [M.] Ar[reci]no [Clemente] VI 2016 fasti fer. Lat., altero [M.] Arrecino Clemente XII 3637. — M. Arrecinus Clemens t. I. 2. M. Arrecinus Clemens t. 3. [M. Arr]ecinus M. f. Cam. [Clemens] t. 4. — Arrecinus Clemens Tac. h. 4, 68 (arretinum traditur). Suet. Dom. 11. M. f. Cam(ilia tribu) t. 4, (M. Arrecini Clementis) praefecti praetorio sub Gaio Caesare filius Tac. h. 4, 68; origine fortasse Pisauensis cf. t. 4 (de Camilia Pisauensium tribu cf. Kubitschek Imp. Rom. trib. discr. p. 74). Domui Vespasiani per adfinitatem innexus Tac. l. l. sc. per Arrecinam Tertullam sororem, quae nupserat Tito Vespasiani filio (cf. n. 1074). — Praetor urbanus t. 4; ad praeturam probabiliter spectat t. I positus permissu M. Arrecini Clementis. Quamquam senatorii ordinis a Muciano a. 70 praetorianis praepositus Tac. l. l.; a. 71 ut videtur Titus Caesar excepit eum in praefectura. Consul I suffectus collega incerto a. 73 ut videtur VI 2016; consul II suffectus cum L. Baebio Honorato probabiliter sub Domitiano XII 3637; cos. II t. 4; consularis Suet. Dom. 11. In t. 4 praeterea cerniturro praet. provinc. . . . ae c. . . [r]ioris, quae verba recte ut videtur Gatti restituit [legatus Aug. p]ro praet. provinc. [Hispani]ae c[iter]ioris.
 Nominatur in fistulis aquariis Imp. Domitiani Caes. Aug. factis sub cura M. Arrecini Clementis t. 2; num unus ex adiutoribus fuerit curatoris aquarum, id quod statuerunt Lanciani et Dressel, dubium mihi videtur; sane mirum esset virum consularem adiutoris officio functum esse. — Gratissimus Domitiano Tac. h. 4, 68; unus e familiaribus et emissariis Domitiani Suet. Dom. 11. A Domitiano capitis damnatus Suet. l. l.* Gr.
- 1073 M. Arrecinus Clemens. Nomina reticent Tac. Suet. Dio. Clemens Ios. Nomen gentilicium non traditur nisi in nominibus filii (eius qui praecedit) et filiae (quae sequitur), praenomen et cognomen in titulo liberti filiae VI 12355.

- Eques Romanus, praefectus praetorio sub Gaio *Tac. h. 4, 68. Suet. Tit. 4, 2. Ios. ant. 19, 37. A. 41 coniurationis in Gaium particeps Ios. ant. 19, 37—47 (aetate iam provector *ib. 45*). 154. 191, una cum altero praefecto *Suet. Cal. 56, 1. Dio exc. 59, 25, 7. 8; 30, 3; 29, 1 (nisi quod hoc loco ὁ ἑπαρχος solus memoratur)*. Adfinis Iuli Lupi *Ios. l. l. 191. Pater M. Arrecini Clementis (Tac. l. l.) et Arrecinae Tertullae (Suet. Tit. 4, 2). Nescio quomodo coniunctus cum eo M. Arrecinus Clemens Eph. ep. 8 p. 17, n. 79. St.**
- 1074 ARRECINA TERTVLLA, filia (M. Arrecini Clementis) praefecti praetorio, uxor prior Titi, qui postea imperavit, defuncta antequam maritus quaestor fuit *Suet. Tit. 4, 2. Libertis posuit titulos VI 12355. 12357. St.*
- C. SVLPICIVS ARRENIANVS.
- 1075 Arriana, uxor (? Caecil.) Hermiani, mater Glycerae t. *Galaticus Bull. hell. 21, 92 = IGR 3, 146. St.*
- 1076 ARRIANVS. Duo consulares cognomines memorantur in t. *Eleusinio versibus concepto* Ἐφημ. ἀρχ. 1883, 141, 15: ἔκγονον ἠδὲ θύγατρα δυοῖν ὑπάτων Ἀρριανῶν, οἱ σοφία πλοῦτον καὶ γένος ἠγλαΐσαν, ... Κλημεντιανήν. *Gr.*
- 1077 ... Arrianus, vir egregius t. *Carthaginiensis VIII 1023. St.*
- 1078 Arrianus, iure consultus, citatur ab *Ulpiano dig. 5, 3, 11 ex libro secundo de interdictis; 28, 5, 19; 43, 3, 1, 4, a Paulo ib. 38, 10, 5; 44, 7, 47. St.*
- *Arrianus, rerum scriptor Graecus *vita Maximini 33, 3; Gord. 2, 1; Max.-Balb. 1, 2, errore scriptum vel traditum pro Herodiano. St.*
- 1079VS ARRIANVS, [curator operum publicorum et aedium sa]erarum ut videtur VI 31132. *Gr.*
- 1080 ARRIANVS APER VETVRIVS [S]EVERVS t. *posuit hodie mutilum Tibure XIV 3587. Tribunus militum legionis XV Apollinaris, t[ribunus plebis?], praetor peregrinus, consul (suffectus a. inc.), XV (vir) sacris faciundis. — Fortasse non diversus ab Arriano Severo qui sequitur. Gr.*
- 1081 ARRIANVS SEVERVS, praefectus aerarii, pronuntiavit ... ex constitutione divi Traiani *cet. (Aburnius) Valens dig. 49, 14, 42. Gr.*
- L. ANNIVS ARRIANVS.
- ANTONIVS ARRIANVS.
- CL(AVDIVS) ARRIANVS.
- L. CLAVDIVS ARRIANVS.
- Q. EPIIVS FL(AVIVS) ARRIANVS.
- FLAVIVS ARRIANVS.
- Maturus Arrianus.
- **Septimius Arrianus.**
- L. SERGIVS ARRIANVS.

- C. STATIVS CAPITO ARRIA[NVS].
- 1082 Arrionilla, Timonis uxor, rogatu Aruleni Rustici defensa a Plinio
epist. 1, 5, 5. St.
- 1083 *ARRIVS (?). ARRIO . . VIR *traditur in tessera nummularia I 757*;
lectio corrupta. Gr.
- 1084 ARRIVS, consul, maritus Publinae IG 14, 1960 *idem est atque C. Arrius*
Calpurnius Frontinus Honoratus (n. 1095), ubi vide. Gr.
- 1085 M. Arrius . . nianus, [pro]c(urator) Aug(usti argentariarum Dalmatia-
rum) t. *Domavianus III 12 725 + 14219^a (fragmenta quae composuit*
Patsch, Strena Buliciana 231). St.
- 1086 ARRIVS ANTONINVS (*sic vita Pii 1, 4, epit. de Caes. [pars codd.], item Plinii*
cod. Riccardianus in indice 4, 18; 5, 15, Arrio Antonio traditur Tac.
h. 1, 77), consul (suffectus) ex kalendis Iuliis in Septembres a. 69
cum Mario Celso; consules destinati a Nerone aut Galba, quorum
honoribus ne Vitellius quidem victor intercessit Tac. h. 1, 77;
semel atque iterum consul Plin. ep. 4, 3, 1; bis consul vita
Pii 1, 4: consul II suffectus a. inc. fortasse imperante Nerva. Con-
sulatum Sabini et Antonini, qui in fastorum laterculis Italicis inseritur
inter a. 96/98 (Prosper Tiro p. 418 Mommsen, fasti Vindob. ib. p. 285,
Cassiod. ib. 2, 140), ficticium putat Mommsen (Chron. min. 1, 255;
Ges. Schr. 4, 381), nescio num recte. Proconsul Asiae, qualis ante eum,
qualis post eum vix unus aut alter Plin. ep. 4, 3, 1; proconsulatum Asiae
Antoninus nepos eius sic egit, ut solus avum vinceret vita Pii 3, 2 (Tertull.
ad Scap. 5 videtur intellegere Arrium Antoninum aetatis Commodianae).
Proconsulatu functus esse videtur inter a. 73, quo T. Clodius Eprius Mar-
cellus proconsulatu abiit, et a. 79/80, quo provinciam administravit M.
Ulpius Traianus, quem post Antoninum ad consulatum pervenisse constat.
Nerva cum in curiam a senatu gratanter exceptus esset, solus ex omnibus
Arrius Antoninus, vir acer eique amicissimus, amplexus eum gratulari
se ait senatui et populo provinciisque ipsi autem nequaquam epit. de
Caes. 12, 3. vita Pii 1, 4. Sanctitate, auctoritate, aetate quoque princeps
civitatis Plin. ep. 4, 3, 1; gravissimus senex ib. 4, 27, 6; homo sanctus
v. Pii 1, 4. — Suavitas sermonum eius Plin. ep. 4, 3, 2; scripsit epigram-
mata graeca et mimi iambos ib. 4, 3, 3—5. 4, 18; 5, 15 (cf. Skutsch
Herm. 27, 317). Plinius ad eum scripsit ep. 4, 3, 18; 5, 15. — Maritus
Boioniae Procillae, pater Arriae Fadillae, socer Aurelii Fulvi et Iulii Lupi,
avus maternus Antonini, qui postea imperavit v. Pii 1, 3. 4. Contubernalis
et fortasse adfinis eius Sentius Augurinus Plin. ep. 4, 27, 5. Mortuo,
cum nepos imperium iniisset, a senatu statua decreta est v. Pii 5, 2. Gr.
- 1087 ARRIVS ANTONINVS, clarissimus vir, *nominatur in t. Tiferni Tiberini*
rep. XI 5939 = D. 5678: (milia nummum) quae ex sententia
Aemili Frontonis cl. vir. postea deinde Arri Antonini cl. vir. rei p.

Tif(ernatium) Tib(erinorum) . . . numerata sunt. *Idem videtur C. Arrius Antoninus consul a. c. 170 (n. 1088).* Gr.

- 1088 C. ARRIVS ANTONINVS, consul (suffectus) c. a. 170. *Tituli: ei positi sunt publice Concordiensis Marco et Vero imperantibus, cum esset praefectus aerarii Saturni V 1874 = D. 1118 (1), in legatione Dacica Sarmizegetusensis mutilus, quem edidit Daicovici Inchinare lui N. Iorga cu prilejul implinirii vârstei de 60 de ani Cluj 1931 n. 1 (2), post mortem imp. Marci Cirtensis, cuius initium perit VIII 7030 = D. 1119 (3); pro salute eius positus est t. Dacicus III 12574 (4); memoratur in t. Thamugadensi uxori posito VIII 2390 (5), in titulis Sarmizegetusensibus filiis positus Daicovici l. l. n. 2 (6), n. 3 (7), in actis Arvalium VI 2100 (8), in t. Amasiae rep. CIG 4168, accuratius IGR 3, 100 = Studia Pontica 3, 119 (9), in frustulo t. Tyanei CIG 4193 = IGR 3, 129 (10), in t. eruto in Armenia maiore loco dicto Valarsapat (hodie Etschmiadzin) D. 9117 = Nouv. Arch. d. miss. scient. N. S. 2, 66 (imago) (11). Ad eum pertinere videtur t. Tiferni rep. XI 5939 = D. 5678 (12).*

Plena nomina extant sive certe restituta sunt in t. 2. 4—8. 10. 11. [C.] Arrius . . . Quirina Antoninus t. 1 (patris nomen perit). Arrius Antoninus t. 9. 12. — Arrius Antoninus Fronto ad am. 2, 8 in inscriptione, 2, 6—8 in indice epistularum; vita Comm. 7, 1. v. Pert. 3, 7. Tertull. ad Scap. 5. — Origine videtur fuisse Cirtensis propter tribum Quirinam (cf. Kubitschek Imp. Rom. trib. discr. p. 142) et patronatum quattuor coloniarum statuamque ei Cirtae positam t. 3 (cf. etiam VIII 7031. 7032); non videtur parentela coniunctus fuisse cum domo imperatoria.

Cursum honorum inverso ordine exhibet t. 1 (usque ad praefecturam aerarii), exhibuit t. 3; cf. Borghesi 5, 383—422. Clarissimus vir t. 12. Quattuorvir viarum curandarum, tribunus laticlavus legionis IIII Scythicae t. 1. 3, quaestor urbanus t. 3 (deest in t. 1), sevir equitum Romanorum t. 3 (sevir equestrium turmarum t. 1), ab actis senatus t. 1. 3, aedilis curulis t. 1. 3, praetor, cui primo iurisdictio pupillaris a sanctissimis imperatoribus (Marco sc. et Vero) mandata est t. 1 = [praetor] curatoribus et tutoribus dandis primus constitutus t. 3 (cf. v. Marci 10, 11), iuridicus per Italiam regionis Transpadanae primus t. 1. 3 (ubi hoc munus recenseatur loco non suo) sub Marco et Vero, ut ex t. 1 apparet (cf. v. Marci 11, 6). Ad officium iuridici spectant epistulae Frontonis ad Antoninum datae de causa Volumnii Sereni Concordiensis ad am. 2, 6. 7 p. 191—198 N. = 2 p. 174—186 Haines, de causa Baburiana ib. ep. 8 p. 199 sq. N. = 2 p. 188—190 Haines; ad eam iurisdictionem referendum videtur in t. 1: qui providentia maximorum imperat(orum) missus urgentis annonae difficultates (sic) iuvit et cosuluit (sic) securitati fundatis reip. (Concordiensium) opibus t. 1. Praefectus aerarii Saturni (ante a. 169) t. 1. Frater Arvalis (cooptatus post praeturam ante a. 169) t. 1. 3. 8. Curator

civitatum per Aemiliam, curator Ariminiensium, curator Nolanorum t. 3 (ordine inverso); fortasse curator Tifernatium Tiberinorum t. 12 (siquidem ad hunc pertinet).

Consul *suffectus a. fere 170*. Legatus Aug. pr. pr. Cappadociae t. 9—11 preses (sic) p(rovinciae) t. 11 ante a. 175 vel eo ipso anno t. 11, ubi imp. M. Aurelius dicitur Germanicus nondum Sarmaticus, quam appellationem a. 175 recepit; post d. 27 m. Nov. a. 176 t. 9, ubi Marcum et Commodum Augustos memorari perspexit Cumont (*Studia Pont.* 3, 119). Legatus Aug. pr. pr. co(n)s(ularis) trium Daciarum t. 2. 6. 7; leg. Aug. pr. pr. t. 4. Antoninum Dacias post Cappadociam rexisse recte observavit Daicovici l. l. (Aemilius quoque Carus Dacias post Cappadociam regendas acceperat, v. supra sub L. Aemilio Caro). Proconsul Asiae vita Com. 7, 1 c. a. 184/185 (cf. *Waddington Fast. As. n.* 157); ad hunc referenda videntur quae narrat Tertull. ad Scap. 5: Arrius Antoninus in Asia cum persequeretur instanter, omnes illius civitatis Christiani ante tribunalia eius se manu facta obtulerunt; tum ille paucis duci iussis reliquis ait ὦ δειλοί, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε. A. 186 ut videtur adest in collegio fratrum Arvalium t. 8 (fragmentum actorum recte puto huic anno attribuit Henzen). Augur (cooptatus probabiliter post consulatum), sodalis Marcianus Antoninianus t. 3. Helvius Pertinax cum Perenne occiso (a. 185) Britanniae praepositus esset, dictus est insimulasse apud Commodum adfectati imperii Antistium Burrum et Arrium Antoninum vita Pert. 3, 7 (a. 187 ut statuit Heer *Philol. Suppl.* 9, 80 sq.). Insidiis Cleandri fictis criminibus in Attali gratiam, quem in proconsulatu Asiae damnaverat, occisus est; cum eam tum invidiam populo saeviente Commodus ferre non potuisset, Cleander plebi ad poenam donatus est (a. 190 ut videtur) vita Comm. 7, 1. — Patronus Concordiensium t. 1, patronus IIII coloniarum (Cirtensium) t. 3. — *Laudes eius Fronto ad am.* 2, 7 p. 192 N. = 2 p. 176, 1 Haines; 2, 8 p. 199 N. = 2 p. 188 Haines.

Calpurnia Quadratilla uxor t. 5. C. Arrius Antoninus, C. Arrius Quadratus filii t. 6. 7 (cf. Daicovici l. l.). Antoninus filius sine dubio maior probabiliter idem putandus est atque Arrius Antoninus patruus Arrii Honorati plenius ut videtur appellati C. Arrii Calpurnii Frontini Honorati; cf. *stemma quod subieci*. — Cornelium Frontonem non secus quam parentem observavit Fronto ad am. 2, 8 p. 199 N. = 2 p. 188 Haines ('have mi domine fili carissime' ib. 2, 7 p. 192 N. = p. 176, 1 Haines cf. 178, 4, 186, 10 Haines); *epistulae Frontonis ad eum datae* 2, 6. 7. 8. 9 (haec epistula periit). Gr.

| | | | |
|--------------------------------|---|---|--|
| | C. Arrius Antoninus (n. 1088) cos. a. c. 170 | ~ | Calpurnia Quadrantilla |
| | C. Arrius Antoninus (n. 1089) ~... lia Crispina ? | | C. Arrius Quadratus (n. 1107) |
| (C. Arrius Antoninus) | C. Arrius Pacatus (n. 1102) | | C. Arrius Calpurnius Frontinus Honoratus (n. 1095) cos. a. inc. |
| ~ (Antonia L. f.) | ~ Antonia L. f. | | ~ Oscia Modesta M. f... ia Cornelia Patruina Publina |
| Saturinae soror | Saturina | | C. Arrius Calpurnius Longinus cos. a. inc. (n. 1096) |
| C. Arrius Antoninus. (n. 1090) | Arrius Maximus. (n. 1098) | | Arria) (M. Flavius) |
| | Arrius Pacatus. (n. 1101) | | M. Flavius Arrius Oscius Honoratus. |

Gr.

- 1089 C. ARRIVS ANTONINVS, filius C. Arri Antonini leg. Aug. pr. pr. Daciarum, honoratur publice *t. Sarmizegetusensi (v. sub patre). Idem ni fallor Arrius Antoninus, patruus et tutor Arri Honorati aetate Septimii Severi Ulp. dig. 36, 1, 38, 1 neque diversus Arrius Ant. . . . , cuius uxor . . . lia Crispina nominatur in actis ludorum saecularium a. 204 VI 32331. Nescio an ab eo originem duxerint Arrii Antoninus Maximus Pacatus fratres (VIII 7032); cf. stemma supra propositum.* Gr.
- 1090 C. ARRIVS ANTONINVS. Pro salute eius positus est ab Antonio Phileto quodam *t. Numidicus VIII 8241 (1); idem videtur memorari in t. Cirtensi Antoniae Saturninae VIII 7032 (2).* — C. Arrius Antoninus *t. 1. Arrius Antoninus t. 2.* — Clarissimus vir *t. 2. Frater Arriorum Maximi et Pacati; matertera eorum Antonia Saturnina coniunx C. Arri Pacati t. 2; ex nominibus filiorum sororis Saturninae colligere licet Antonias sorores Arrii fratribus (Antonino puto et Pacato) nupsisse; cf. stemma, quod supra proposui.* — Praedia videtur habuisse loco Numidiae qui hodie dicitur *Kaf Tazrüt t. 1; in pago vicino latifundia fuerunt Antoniae Saturninae cf. VIII 8280.* Gr.
- T. AVRELIVS FVLVVS BOIONIVS ARRIVS ANTONINVS = IMP. CAESAR T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVG. PIVS.
- 1091 L. ARRIVS ATILIVS SABINVS, L. Arri Plariani Aufidi Turbonis filius, tribu [P]om (ptina), patronus coloniae (Pisauri) *XI 6332 t. Pisaurensensis ei positus. Idem videtur L. Arrius Sabinus patronus coloniae (Aesis), cuius filiae Arriae Sabinae positus est t. Aesinas XI 6203.* Gr.
- 1092 CN. ARRIVS AVGVV, consul a. 121 cum M. Annio Vero II. *In consulatu: Cn. Arrius [Augur] III 9759 cf. p. 2328¹⁵⁶. [Cn. A]rrius Augur III 12283 = D. 7784, ceterum Augur fasti (perperam Αὐρουπίνοϛ chron. Pasch. p. 223 Mommsen).* Gr.
- 1093 ARRIVS BALBINVS, vir clarissimus, Isidi dedicavit *t. X 3800 Capuae. Tertii vel quarti p. C. saeculi.* Gr.
- 1094 T. ARRIVS BASSIANVS, clarissimus vir, curator operum publicorum, d. 18 m. Ian. a. 199 dedicavit *t. VI 1352 Romae.* Gr.
- 1095 C. ARRIVS CALPVRNIVS FRONTINVS HONORATVS. *Tituli ei positi: III 6810. 6811 (= 289. 290). 6812 = D. 7198. Journ. Rom. Stud. 2, 101, 33 Antiocheni plane gemelli, sed a diversis vicis Antiochiae Pisidiae dedicati (t. 1. 2. 3. 4); VI 3827 = 31688 (5) urbanus, cuius inferior pars intercidit; nominatur in titulis uxoris sepulchrali urbano versibus concepto IG 14, 1960 = IGR 1, 336 (6) et filii Thuburbo maiore posito Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 279 (7).*
C. Arrius C. f. Quirina Calpurnius Frontinus Honoratus *t. 1—4; [C.] Arr[ius] C. f. Quir. C]alpu[rnius] Frontinus Ho[nora]tus t. 5; C. Arrius Honoratus t. 7; *Αρριος t. 6.*
Hic videtur Arrius Honoratus pupillus, qui Arrio Antonino patruo

et tutori suo hereditatem restituit temporibus Septimii Severi *Ulp. dig. 36, 1, 38, 1*; fortasse nepos *C. Arrii Antonini viri consularis aetatis Commodianae et Calpurniae Quadratillae* (cf. n. 1088). Clarissimus vir t. 1—4. III vir monetalis aere argento auro flando feriundo t. 1—5; al[lectus ab imp.] inte[r] patr[icios] t. 5; quaestor candidatus t. 1—4. 5; praetor candidatus, augur t. 1—4; consul *suffectus a. inc. initio fere principatus Severi Alexandri t. 1—4. 6* (ὑπατος); consularis memoriae vir t. 7. — Patronus coloniae (Antiochiae Pisidiae) t. 1—4.

Maritus Publianae, quae originem suam rettulit ad Scipiones t. 6 Osciae Publianae t. 7; *uxor eadem est atque Oscia Modesta . . . ia . . . ia Cornelia Patruina Publiana, clarissima femina, cui Aviocalenses ut civi et patronae titulum posuerunt VIII 23832, ubi Seiae pro [O]sciae errore legerant priores (de hac femina eiusque familia recte Dessau Herm. 28, 157 sq. et Merlin Bull. tr. hist. 1915 p. CXXXVII, minus recte ego Wien. Stud. 1900 p. 141 sq. disputavimus)*. Publiana marito diu superstes fuit t. 6 cf. t. 7. — Pater *C. Arrii (Calpurnii) Longini t. 7* (cf. n. 1096); liberos praemature sibi ereptos deflet mater t. 6. Osciae Modestae Corneliae Publianae aviae carissimae *M. Flavius Arrius Oscius Honoratus nepos posuit t. urbanum VI 1478*. — Cf. *stemma propositum sub C. Arrio Antonino n. 1088*.

- 1096 C. ARRIVS CALPVRNIVS LONGINVS. *Tituli ei positi Thuburbo maiore a quodam cliente Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 279 (1), in civitate Aviocalensi ab Aviocalensibus publice VIII 23831 (2)*. — *C. Arri[us] C. [f. Quir(in)a] Calpurnius Longinus t. 2*; *C. Arrius Quirina Longinus t. 1*. — *C. Arri (Calpurnii Frontini) Honorati et Osciae Publianae filius t. 1* (cf. n. 1095). Clarissimus puer t. 1 (*post mortem patris positus*); clarissimus vir t. 2. Triumvir aere argento auro flando feriundo, tribunus legionis, quaestor, praetor urbanus, augur, legatus Karthaginis (*i. e. legatus provinciae Africae dioeceseos Carthaginiensium*), consul *suffectus a. inc. aetatis fere Gordianae t. 2*. — Civis et patronus Aviocalensium t. 2.

Gr.

— CN. ARRIVS CORNELIVS PROCVLVS *vide infra* Cornelius Proculus.

- 1097 M. ARRIVS FLACCVS, consul (suffectus) d. 8 m. Sept. a. 79 cum Rubrio Aelio Nepote *dipl. mil. Journ. Rom. Stud. 1926, 95 sqq.* Gr.

— ARRIVS HONORATVS, *dig. 36, 1, 38, 1, v. sub C. Arrio Calpurnio Frontino Honorato (n. 1095)*. Gr.

- 1098 ARRIVS MAXIMVS; clarissimus vir, cum fratribus Arriis Antonino et Pacato *memoratur in t. Antoniae Saturninae materterae Cirtensi VIII 7032*. Gr.

- 1099 M. ARRIVS MAXIMVS, M. f., III vir capitalis, praefectus equitum, quaestor pro praetore, aedilis curulis, X 5911 = D. 912 t. *Anagninus ei positus (a fine mutilus)*. *Eiusdem probabiliter servus Hiparcus*

- M. Arri Maxsumi *t. Atestinus sepulchralis* Not. d. sc. 1922 p. 33, cf. p. 35. *Arrium aetate Augusti fuisse probatur praefectura equitum postea equitibus Romanis reservata* (cf. Suet. Aug. 38). Gr.
- 1100 Arrius Menander, iurisconsultus, consiliarius principis *Ulpian. dig. 4, 4, 11, 2*. Scripsit sub Severo et Antonino (*dig. 49, 16, 13, 6 collato 49, 16, 5, 4*) de re militari libros IV (*ind. Flor. n. 171*), qui citantur *persaepe in digestis*. *Fragmenta collegit Lenel Palingenesia 695—699*. St.
- M. NONIVS ARRIVS MUCIANVS.
- M. FLAVIVS ARRIVS OSCIVS HONORATVS.
- 1101 ARRIVS PACATVS, clarissimus vir, cum fratribus Arriis Antonino et Maximo memoratur in *t. Cirtensi Antoniae Saturninae materterae VIII 7032*; cf. n. 1102. Gr.
- 1102 C. ARRIVS PACATVS, maritus Antoniae L. fil. Saturninae, quae dicitur in *t. Cirtensi VIII 7032* coniunx C. Arri Pacati, matertera Arriorum Antonini Maximi Pacati clarissimorum virorum. *Incertum utrum hic an sororis Antoniae Saturninae filius C. Arrius Pacatus, qui balineum Pacatianum (Cirtae) fecit VIII 7031*. Gr.
- M. NONIVS ARRIVS PAVLINVS APER.
- 1103 L. ARRIVS PLARIANVS AVFIDIVS TVRBO, praetor designatus, patronus coloniae (Pisauri); pater L. Arrii Atilii Sabini XI 6332 *t. Pisauensis* (cf. n. 1091). *Parentela probabiliter coniunctus cum Arria L. f. Plaria Vera Priscilla*. Gr.
- 1104 L. Arrius Primus, frater L. Arri Secundi V 4322. St.
- M. MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS AFER CVTIVS ROMVLVS PRISCIVS ARRIVS PROCVLVS.
- M. CVTIVS PRISCVS MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS PAPVS ARRIVS PROCVLVS IVLIVS CELSVS v. sub *Messio Rustico*.
- 1105 L. ARRIVS PVDENS, consul a. 165 cum M. Gavio Orfito. L. Arrius Pudens III p. 887 *dipl. mil. VI 164 = D. 3889*, C. Arrius Pudens IGR 3, 220 *t. Galaticus, ceterum Pudens fasti; fortasse homo polyonymus, qui duobus praenominibus utebatur*. Gr.
- 1106 M. AR(RIVS?) PV(DENS?) VICIRIVS. M. Ar[rius?] M. fil. M. [nep.] M. pro[nep.] Fal(erna) Pu[denti?] Vicirio M. Viciriu[s]; vir clarissimus, fratri posuit *t. Campanum X 3845*. Gr.
- 1107 C. ARRIVS QVADRATVS, filius C. Arri Antonini legati Daciae, honoratur publice *t. Sarmizegethusensi*; mater Calpurnia Quadratilla (v. supra sub C. Arrio Antonino n. 1088) *Huius videtur filius C. Arrius Calpurnius Frontinus Honoratus (n. 1095), quem non diversum putaverim ab Arrio Honorato pupillo, qui Arrio Antonino patruo et tutori suo hereditatem restituit dig. 36, 1, 38, 1; pater igitur Honorati tunc temporis superstes non fuit*. Gr.

- 1108 M. ARRIVS RE....., (magister) fratrum Arvalium *a. incerto Traiani VI 2077 acta Arvalium.* Gr.
- L. ARRIVS SABINVS *v. supra* L. Arrius Atilius Sabinus.
- 1109 L. Arrius Secundus, procurator Augusti *t. Brixianus V 4322.* St.
- 1110 C. ARRIVS SPEDIVS ACTIANVS, clarissimus vir X 1121 *t. Abellinas. Saec. III ut videtur.* Gr.
- 1111 Arrius Varus, praefectus cohortis sub Corbulone *a. 54 vel 55 Tac. a. 13, 9; h. 3, 6.* Secretis apud Neronem sermonibus ferebatur Corbulonis virtutes criminatus esse, unde primum pilum adeptus est *Tac. h. 3, 6.* (*Non est cur errorem subesse putemus, nam primipilus post militiam equestrem fieri potuit, cf. Domaszewski Rangordn. 107.*) Primipilum legionis III Gallicae eum fuisse ex *Tac. h. 4, 39* (tertia legio, familiaris Arrio Varo miles) conicere possis. A. 69 M. Antonio Primo ad invadendam Italiam comes fuit *Tac. h. 3, 6. 16. 52. 61. 63. 64.* Vitellio occiso praefectus praetorio *ib. 4, 2.* Praetoria insignia ei decreta *ib. 4, 4.* Potentia eius a Muciano fracta *4, 11. 39. 68, cf. 3, 52,* qui eum praefectura praetorii pulsum annonae praefecit, quamquam Domitiani animus Varo haud alienus *4, 68.* St.
- 1112 Arrius Victor, epistrategus Heptanomiaie *a. 199/200 inscriptio Memphi ad androsphingem incisa CIG 3, 4701 b p. 1189 = IGR 1, 1113. Papyrus graeca PSI 6, 683.* St.
- 1113 ARRIA (maior), uxor (A.) Caecinae Paeti (consulis suffecti *a. p. C. 37 cf. XIV 4535*) *Plin. ep. 3, 16, 3. Dio 60, 16, 5.6 (= Zon. 11, 9),* filium marito aegrotante mortuum clam sepelivit *Plin. l. l. 3—6;* maritum, qui Camilli Scriboniani partes secutus erat, occiso Scriboniano Romam tractum sponte comitata *ib. 7—9* cum marito ipsa se interfecit *a. 42 Dio l. l. Plin. 3, 16, 2. 6. 9—13; 6, 24, 5. Tac. a. 16, 34. Mart. 1, 13. vita Persii p. 59 Jahn-Buecheler³.* Socrus Thraseae Paeti *Plin. ep. 3, 16, 19. vita Persii l. l. Messalinae familiaris Dio 60, 16, 6.* Persius poeta in pueritia versus in eam scripsit *vita Pers. l. l.* Filia Arria (minor) *Tac. a. 16, 34. Plin. ep. 3, 16, 10;* neptis Fannia *Plin. 3, 16, 2. Ut exemplar optimae coniugis nominatur in versibus X 5920 = D. 6261.* Gr.
- 1114 ARRIA (minor), (A.) Caecinae Paeti et Arriae filia, (P. Clodii) Thraseae Paeti (consulis suffecti *a. 56*) uxor *Tac. a. 16, 34 cf. 26. Plin. ep. 3, 16, 10; 7, 19, 3. vita Persii p. 59 Jahn-Buecheler³;* mater Fanniae *Plin. ep. 3, 16, 2; 7, 19, 3. 5. 9. 10; 9, 13, 3 cf. Tac. a. 16, 34,* uxoris Helvidii Prisci *Tac. a. 16, 28. 35; h. 4, 5. Plin. ep. 7, 19, 3 sq. Dio exc. 66, 12, 3. Schol. Iuvenal. 5, 36,* novercae Helvidii (Prisci) (iunioris) *Plin. 9, 13, 3;* cognata A. Persii Flacci poetae *vita Persii l. l.* Exemplum matris sequi temptantem Thrasea retinuit (*a. 66*) *Tac. a. 16, 34.* A Domitiano cum filia relegata *Plin. ep. 3, 11, 3; 7, 19, 10; 9, 13, 5 cf. Tac. Agr. 45,* (sub Nerva) mater et filia ab exilio redierunt *Plin. 7, 19, 10; 9, 13, 5.*

- Plinius eam coluit *ib.* 7, 19, 9. 10; 9, 13, 3. 17; Avidius Quietus et (C. Iulius) Cornutus Tertullus Arriae et Fanniae amici *ib.* 9, 13, 15. 16. Memoratur ut mortua *ib.* 7, 19, 9. Gr.
- 1115 ARRIA, M. Noni Macrini (uxor), qui pro salute Arriae suae Dis conservatoribus consecravit *t. V* 4864 = *D.* 3986 ad lacum Benacum; mater videtur M. Nonii Arrii Muciani cos. a. 201 et M. Nonii Arrii Paulini Apri; v. sub Noniis. — Eadem potest esse Arria Galeni amica. Gr.
- 1116 Arria, Galeni amica, ab imperatoribus quoque (Severo et Antonino) laudata ob philosophiae studium imprimis Platonicae; Galenus gravi morbo adfectam sanavit *Galen. ad Pisonem de theriaca vol. 14 p. 218 sq. Non diversa fortasse Arria M. Nonii Macrini uxor.* Gr.
- 1117 Arria, mater Galli et Luperci geminorum *Propert. 4 (5), 1, 89 sqq.* St.
- POMPONIA ARRIA.
- 1118 Arria Caesennia Paulin(a) in tegulis urbanis XV 838, quas aetati fere Antonini Pii tribuit Dressel. *Femina nobilis videtur.* Gr.
- Ru[fel]lia(?) Arria Cornel[ia] Sextia Praetextata nominatur in tegula XI 6689, 32; v. infra sub Cornelia Praetextata. Gr.
- ARIA CYRIACE v. supra n. 1056.
- 1119 ARRIA FADILLA, filia Arrii Antonini et Boioniae Procillae, Aurelii Fulvi consulis uxor *vita Pii 1, 3. 4*, mater T. Aurelii Fulvi Boionii Arrii Antonini qui postea imperavit *ib.* 1, 4. VI 2120 (*cf.* 32398 a) = *D.* 8380. Post mortem, opinor, mariti nupta est (P.) Iulio Lupo consulari ex quo genuit Iuliam Fadillam *vita Pii 1, 5*. Domina figlinarum urbanarum Caepionianarum certe a. 123 XV 71. 76. 87—90. *Not. d. sc.* 1903, 225, a. 124 XV 72. 73, a. 127 XV 77; *annis incertis* XV 69. 70. 73. 74. 78. 81—86. 91. Mortuae, cum filius imperium iniisset, statua decreta est *vita Pii 5, 2*. Praeter Antoninum alios filios enixa est ante fratris imperium defunctos *ib.* Ex eius sine dubio praediis fistulae plumbeae aquariae in agro Patavino rep. *inscriptae Arriae Fadillae V 8117, 9.* St.
- Nonia Arria Hermionilla.
- 1120 ARRIA L. F. PLARIA VERA PRISCILLA, flaminica (*Pisauri ut videtur*), M. Acili Glabrionis consulis (uxor), publice honoratur a Pisauensibus XI 6333 = *D.* 1073. Maritus putatur M. Acilius Glabrio Cn. Cornelius Severus consul a. 152 p. C. (v. supra n. 73). Eadem videtur Arria Priscilla, quae nominatur in fistula plumbea reperta in area aedis Dianae Nemorensis XV 7830 = *Eph. ep.* 9, 397 n. 654 (Arriaes Priscillae), diversa sed ex eadem stirpe Plaria Q. f. Vera, flaminica divae Augustae, mater A. Egrili Plariani XIV 399. 4446. 5346 t. Ostienses (*cf. titulum L. Arrio Hermeti vasculario positum ab A. Egrilio Plariano XIV 467*). Necessitudine quadam cum L. Arrio Plariano Aufidio Turbone coniuncta videtur. [*Eius nomen supplere ausim Π[ρ]ισκίλλης λαμπροτάτης*

in t. Smyrnaeo IGR 4, 1417, posito quo tempore maritus legatus erat vel proconsul Asiae. St.] Non huius sed Plariae Q. f. Verae liberti VI 24260. Gr.

— IVNIA ARRIA RVFINA.

1121 ARRIA SABINA, filia L. Arri (Atilii) Sabini (n. 1091) t. Aesinas publice positus XI 6203. Gr.

1122 C. ARRVNTANVS BALB(VS) nominatur in nummis Melitae inscriptis ab una parte Μελιταίων, ab allera C. Arruntanus Balb. pro pr(aetore) Mionnet 1, 343 n. 26. 27. Macdonald Gr. coins Hunterian Coll. 3, 606 n. 30. 31; praefuit ergo Siciliae ante a. 27 a. C. (cf. Mommsen Röm. Münzw. 374, 27). Gr.

1123 Arruntius, medicus imperatoris Claudii ditissimus Plin. n. h. 29, 7. 8. Ab eo originem ducere videtur L. Arruntius Sempronianus Asclepiades, imperatoris Domitiani medicus VI 8895 = D. 1842 neque inepte Clerc Rev. ét. anc. 16, 407 L. Arruntium Hermocritum, cuius t. sepulchralis Massiliae rep. est, ubi celeberrima medicorum schola prima aetate imperatoria constituta erat, aliquo modo cum eo coniunctum, scilicet libertum eius fuisse coniecit. St.

1124 Arruntius, captator testamentorum Sen. benef. 6, 38, 4. St.

1125 [... A]RRVNTIVS C. f., praet[or?] XI 4179 cf. n. 1127. Gr.

1126 [... A]RRVNTIVS C. [f.] XI 4179 cf. n. 1127. Gr.

1127 [C. AR]RVNTIVS, [t]r(ibunus) pl(ebis), pro pr(aetore) bis, pr(aetor) nominatur in t. admodum mutilo Interammae Nahartium reperto XI 4179; in eodem t. nominati erant [... A]rruntius C. f. praet[or?], [... A]rruntius C. [f.], [... ia] C. Africani f. Au. Fuerunt primis imperii temporibus. Gr.

1128 FAVSTVS ARRVNTIVS nominatur in t. libertae in monumento libertorum et familiae L. Arruntii sepultae VI 5942; cf. n. 1130. Fausti nomen eum loco praenominis gessisse crediderim; v. praeterea sub Paullo (?) Arruntio n. 1135. Gr.

1129 L. ARRVNTIVS, consul a. 732 = 22 a. C. Tituli: ipse posuit t. Atinae X 5055 = D. 5349 (1), memoratur in actis ludorum saecularium Augusti VI 32323 v. 45. 151 (2).

In consulatu: [L. Arru]ntius L. f. L. n. I² p. 28 fasti Capitolini. Λ. Ἀρρουντίος Λ. υἱ. Dio ind. l. 54. L. Arrun[tius] I² p. 68 = VI 10286/10287 fasti min. X. L. Ar[runtius] I² p. 64 fasti Colotiani (min. VII). L. Arruntius mon. Ancy. c. 5 (lat. 1, 32; gr. 3, 4); mon. Antioch. tab. 1 v. 2. Dio 54, 1, 1. Cassiod. Chron. min. 2, 135 Mommsen. [L. Ar]runtius (?) II 7376. L. A[r]run. in amphora Bull. tr. hist. 1894, 95, 5; ceterum Arruntius vel Aruntius fasti (Arrutius chronogr. a. 354 p. 56 Mommsen). — L. Arruntius L. f. t. 1. L. Arruntius t. 2. Vell. 2, 86, 2 (loco corrupto). Arruntius Plut. Ant. 66. App. b. c. 4, 46,

195. *Vell.* 2, 77, 3 (*Atruntius traditur*); 85, 2 (*Adruntius*). (*Perperam priores L. Arruntii nomen legerunt in nummis Pellaeis, cf. Gaebler Z. f. Num. 36, 118 sq.*)

L. f. L. n. v. *supra*; *tribui adscriptus Teretinae* (VI 5931 = D. 7851) v. *sub filio*; *oriundus fortasse ab Atina Latii. Vel hic vel pater eius* L. Arruntius amicus Trebatii Testae *Cic. ad fam.* 7, 18, 4 (a. 701 = 53). A triumviris proscriptus (a. 711 = 43) evasit ad Sex. Pompeium *App. b. c.* 4, 46, 195—197 *cf. Vell.* 2, 77, 2; ex pace Misenensi a. 715 = 39 rei publicae restitutus *Vell.* 2, 77, 3. *App.* 4, 197. In pugna Actiaca die 2 m. Sept. a. 723 = 31 laevum navium Iulianarum cornu ei commissum *Vell.* 2, 85, 2, *dissentit Plut. Ant.* 66. C. Sositium (*consulem a. 722*) servavit *Vell.* 2, 86, 2 (*Sosii Arruntiique nomina restituit Puteanus*). Consul t. 1 a. 732 = 22 cum M. Claudio Marcello Aesernino v. *supra*. XV vir sacris (*sic*) faciundis t. 1 interfuit ludis saecularibus Augusti a. 737 = 17 a. C. t. 2. — Atinae viam, semitas faciundum, clovacam reficiendam de sua pecunia curavit t. 1. Filius eius divitis familiae heres *dicitur Tac. a.* 11, 7. — Prisca gravitate celeberrimus *Vell.* 2, 86, 2.

L. Arruntius, vir rarae frugalitatis, qui historias belli Punici scripsit, fuit Sallustianus et in illud genus nitens *Sen. ep.* 114, 17—21 (in primo libro belli Punici § 19). Arruntius auctor Plinii *Plin. n. h. ind. l.* 3. 5. 6. *Rerum scriptor utrum hic an filius (qui sequitur) intellegendus sit, ambiguum est; illud quidem praetulerim eadem ratione adductus qua Teuffel 2⁶ § 259, 7, Schanz 2, 1³ § 331, alii. Pater potius quam filius* L. Arruntius, qui altercatus est cum C. Albucio Silo in quodam iudicio centumvirali *Sen. contr.* 7 pr. 7 (*eandem rem narrant nomine Arruntii non posito Quintil.* 9, 2, 95. *Suet. rhet.* 6 = 30, 3 *Robinson*), nam Albucius, qui aequalis fere erat L. Arruntii maioris (v. *supra* n. 489), post illam contentionem foro renuntiavit, *cf. Sen., Suet. u. u. Gr.*

1130 L. ARRVNTIVS, consul a. 759 = 6 p. C. *In consulatu*: L. Arruntius L. f. L. n. I² p. 29 *fasti Capitol.* Λ. Ἀρρουντίος Λ. υί. *Dio ind. l.* 55. L. Arruntius *mon. Ancy.* c. 17 (*lat.* 3, 36; *gr.* 9, 14 *sq.*). *Not. d. se.* 1902, 268 *fragm. fastorum*: L. Arru[ntius]. VI 14844 = D. 6191. II 3695 = D. 6098. I 752 = *Herzog Tess. num.* 40, 81 (L. Arrun.). 753 = *Herzog n.* 82 (L. Arr.). *Ann. ép.* 1928, 18 (L. Arrun.) *tesserae. Dio* 55, 25, 1. *Cassiod. Chron. min.* 2, 135 *Mommsen*; ex restitutione I² p. 68 = XIV 2801 *fasti Gabini (min. XI)*; p. 72 *fasti Praenest. (min. XV)*; *ceterum Arruntius sive Aruntius fasti (male Arunclus fasti Hydat. p.* 219 *Mommsen, Πλάγκος chron. Pasch. ib., Ἀρούγκιος Epiph. ib.). — L. Arruntius vel Arruntius Tac. (T. Arruntium traditur a.* 3, 11). Λούκιος Ἀρρουντίος *Dio* 58, 27, 4 (*Ἀρίντιος cod. Marc., Ἀρρουντίος Petr. Patr. exc. de sent.* 243, 19 *Boiss.*).

L. f. L. n. *fasti Capitol.*, L. f. *Dio ind. l. 55, filius consulis a. 732 = 22 a. C.* Teretina tribu VI 5931 = D. 7851 (*v. infra*). Consul a. p. C. 6 cum M. Aemilio Lepido *v. supra* in kalendas Iulias *fasti Capitol. fasti min. XV. Not. d. sc. 1902, 268. Ann. ép. 1928, 18 (XVI k. Febr.). 1752 (k. Febr.). 753 (k. Apr.). II 3695 (k. Mais). VI 14844 (XVIII kal. Iul., feriis se. Latinis)*. Augustus supremis sermonibus cum tractaret, quinam adipisci principem locum suffecturi abnuerent aut in pares vellent vel idem possent cuperentque, L. Arruntium dixerat non indignum et, si casus daretur, ausurum (pro Arruntio quidam Cn. Pisonem tradidere) *Tac. a. 1, 13*. A. 14 post Augusti mortem in senatu sententiam dixit *Tac. a. 1, 8; paulo post Tiberium in senatu offendit, quamquam Tiberio nulla vetus in Arruntium ira; sed divitem, promptum, artibus egregiis et pari fama publice, suspectabat ib. 1, 13*. A. 15 remedium coercendi Tiberis Ateio Capitone et L. Arruntio mandatum *ib. 1, 76; de eo negotio egerunt in senatu ib. 1, 79*. A. 20 a Cn. Pisone patronus petitus se excusavit *ib. 3, 11*. A. 21 pro L. Sulla propinquo suo in senatu verba fecit *ib. 3, 31*. Hispaniam (citeriorem) regendam accepit (legatus Augusti pro praetore), sed provinciam absens gubernare coactus est, a Tiberio ob metum Romae retentus *Tac. h. 2, 65 cf. a. 1, 80. Suet. Ti. 63 (nomine omisso); sub a. 33 Tacitus tradit (a. 6, 27) Arruntium, ne in Hispaniam pergeret, decumum iam annum attineri: minus accurate, nam a. 25 certe L. Piso praefuit Hispaniae citeriori (Tac. a. 4, 45; similis error subest ap. Dionem 58, 8, 3, v. infra)*. In Pisonis locum eo ipso anno in provincia interfecti Arruntium successisse probabiliter statuendum est. Omnino incertum, num Hispaniae legationem usque ad finem vitae retinuerit.

Seiano invisus *Tac. a. 6, 48. Dio 58, 8, 3 (sub a. 31)*, ubi Arruntii nomen non ponitur: ὅτι ὁ Τιβέριος ἐχθρόν τινα αὐτοῦ (sc. Seiani) ἡρημένον μὲν πρὸ δέκα ἐτῶν Ἰβηρίας ἄρξαι (*v. supra*), κρινόμενον δὲ ἐπὶ τισιν ἐξ ἐκείνου ἀφῆκε, καὶ δι' αὐτὸν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἡγεμονεύσειν τινῶν ἢ καὶ ἄλλο τι δημόσιον πράξειν μέλλουσιν ἄδειαν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ τῶν τοιούτων δικῶν ἔδωκε. *L. Arruntium hic intellegi recte puto observavit Rogers Class. Philol. 26, 1931, 37 sq., qui simul monuit ad eandem rem pertinere quae traduntur dig. 48, 2, 12 hos accusare non licet: legatum imperatoris ex sententia Lentuli dicta Sulla et Trione consulibus (qui fasces tenuerunt a kal. Iulii usque ad kal. Octobres a. 31)*. Ab Aruseio et Sanquinio (?) accusatus *Tac. a. 6, 7 (qua de re quae Tacitus rettulerat, lacuna codicis perierunt)* Seiano auctore, sed absolutus *Dio l. l.*, accusatores a senatu damnati *Tac. l. l. A. 32 Cotta Messalinus arguitur querens de potentia M. Lepidi ac L. Arruntii, cum quibus ob rem pecuniariam disceptabat, addidisse: illos quidem senatus, me autem tuebitur Tiberiolus meus Tac. a. 6, 5. Senex ib. 6, 48. Dio 58, 27, 4. Inimicitiae Macronis notae in Arruntium Tac.*

a. 6, 47. 48. A. 37 Macrone auctore ut conscius et adulter Albucillae delatus taedio quodam rei publicae venas resolvit *Tac. a. 6, 47. 48* (minus accurate *Tac. a. 1, 13* dicit Arruntium aliosque principes viros variis mox criminibus struente Tiberio circumventos esse). *Dio 58, 27, 4*.

Παιδεία προήκων *Dio 58, 27, 4*. *Arruntius hic intellegendus est Tac. a. 11, 6, ubi oratores clarissimi componuntur: meminissent C. Asinii, M. Messallae ac recentiorum Arruntii et Aesernini, ad summa provectos incorrupta vita et facundia. Non liquet utrum hic an pater eius auctor fuerit historiae belli Punici Sen. ep. 19, 5, 17—21; ad patrem potius quam ad filium pertinere videntur quae de contentione L. Arruntii cum C. Albucio Silo narrat Seneca contr. 7 pr. 7 (v. sub patre). — Artibus egregiis et pari fama publice Tac. a. 1, 13; sanctissimae Arruntii artes ib. 6, 7; flagitiorum inpatiens ib. 6, 48; incorrupta vita ib. 11, 6, 'magnum animum induit' ib. 11, 7 (in orationibus quorundam senatorum).*

Dives *Tac. a. 1, 13*; ditis familiae heres *ib. 11, 7*. — *Ad hunc referendus videtur t. monumenti Arruntiorum in Esquiliiis VI 5931 = D. 7851 libert(orum) et familiae L. Arrunti L. f. Ter(etina), ubi Arruntii, Arruntiae vel Lucii Arruntii passim inveniuntur VI 5932—5946. Clange Hilarionis, quae periit in monte Albano XIII kal. Iul. L. Arruntio M. Lepido cos. (VI 14844 = D. 6191 t. rep. prope sepulcrum familiae L. Arruntii), dominum fortasse comitata erat, cum feriarum Latinarum causa iret in montem Albanum (cf. Dessau l. l.). L. Arruntius L. l. Philostratus accensus patronorum memoratur in t. urbano VI 1960.*

Propinquus L. Sullae *Tac. a. 3, 31* cf. titulum Arruntiae Musae Fausti l. cubicular(iae) in monumento Arruntiorum repertum VI 5942, ex quo fortasse concludere licet Arruntio allerutri feminam e gente Sullae dictatoris nuptam fuisse filiumque Faustum genuisse. *Ad Arruntiorum domum consularem pertinet sine dubio Paullus (?) Arruntius (n. 1135). Filius Arruntii nostri adoptivus videtur L. Arruntius Camillus Seribonianus consul a. 32 (n. 1140).* Gr.

1131 L. Arruntius nominatur in frustulo Cuprae Maritimae reperto, quod ad fastos consulares pertinere censuit Mommsen *I² p. 63*, nescio num recte. Gr.

1132 L. ARR(VN)TIVS (?) (L. Arrtio in lapide), consul (suffectus) X k. Decem. a. inc. cum T. Flavio Basso X 6785 t. in Pandateria insula rep. Gr.

1133 M. ARRVN[TIVS], [C]ornuti fil(ius), patronus coloniae, cui positus est t. Antiochiae Pisidiae III 6834, melius Ramsay *Journ. Rom. Stud. 6, 97*; pater videtur Cornutus (Arruntius) Aquila, legatus Galatiae (n. 1137). Gr.

1134 M. ARRVNTIVS, consul (suffectus) a. 66 (post XIII kal. Iul.), VII k. Oct. VI 2044 acta Arv., ubi collegae nomen periit (collegam M. Vettium Bolanum fuisse ex tessera I 776 = Herzog *Tess. numm. 40, 107* VIII k. Dec. M. Vettio M. Ar. . . (cos.) collegit Borghesi *opp. 4 p. 401*). Gr.

- 1135 PAVLLVS (?) ARRVNTIVS (Παύλῳ Ἀρουντίῳ *ulgo ex editione principe secundum versionem latinam, ταλαιπωρουνητω traditur*) comitatus imperatorem Gaium, cum interficeretur (d. 24 m. Ian. a. 41) *Ios. ant.* 19, 102. *Num Paulli praenomine ab Arruntia gente alieno usus fuerit, valde dubito; fortasse cogitari potest de Fausto Arruntio (cf. n. 1128).* Gr.
- 1136 Arruntius Aquila, medicamento quodam curatus *Galen.* 13, 1036. St.
- 1137 CORNVTVS (ARRVNTIVS) AQVILA. Cornutus Aquila, legatus pro praetore (Galatae) a. 748 = 6 a. C., *qui nominatur in miliaris Galatae III 6974 cf. 12217. 14185. 14401 a—c = D. 5828, videtur fuisse e gente Arruntia; nam et noti sunt Arruntii Aquilae (cf. III 6737. V 2819. X 8038) et t. mutilus Antiochenus III 6834, ubi recte legit Ramsay (Journ. Rom. Stud. 1916, 97) M. Arrun[tio] Cornuti fil., videtur adscribendus esse filio Cornuti huius.* Gr.
- 1138 M. Ar[ru]ntius Aqu[il]a, procurator Augusti (Pamphyliae) a. 50 *miliaris Pamphyliae III 6737 = D. 215. Pater videtur esse eius qui sequitur.* St.
- 1139 M. ARRVNTIVS AQVILA, M. f. Ter(etina), *honoratur t. Patavino V 2819 = D. 980, ubi additur filio, ut distinguatur a patre etiamtum superstite; pater videtur fuisse M. Arruntius Aquila procurator Pamphyliae a. 50 (n. 1138). III vir aere argento auro flando feriundo, quaestor Caesaris, tribunus plebis, praetor, consul, XV vir sacris faciundis t. Idem videtur M. Arruntius Aquila, consul (suffectus) cum (L. Pompeio Vopisco) C. Arruntio Catellio Celere III idus Octobr. imperante Vespasiano X 8038 lamina aenea in Corsica reperta; consulatus eorum attribuendus ni fallor a. 77 aut a. 78, cum Catellius Celer intra kal. Iul. a. 77 et kal. Iul. a. 78 Lusitaniam rexerit; potuit sane Celer legatus provinciae praetoriae fasces absens gerere, minime vero potuit summum honorem adipisci ante eiusmodi legationem. Si recte statui (RE 7, 303) mense Octobri a. 78 Funisulanum Vettonianum et Corellium Rufum fasces tenuisse, consulatus Arruntii huius et Catellii Celeris anno 77 tribuendus videtur.* Gr.
- 1140 L. ARRVNTIVS CAMILLVS SCRIBONIANVS, consul a. 32 p. C. *Ipse posuit in legatione cippum terminalem Dalmaticum III 9864 a (cf. p. 2165. 2270) = D. 5950 (1); nominatur in t. servi Salonis rep. Bull. dalm. 1905, 20 (2). In consulatu: Camillus Arrun[tius] I² p. 70 fasti Arv. (min. XIV). Camillus Arruntius X 899 = D. 6395. Camill. Arruntius X 4847. Cam. Arr. Herzog Tess. numm. p. 40, n. 97 (= I 769). 98 tesserae. Camillus Scribonianus Tac. a. 6, 1. Dio 58, 17, 1. Camillus Arruntius Suet. Otho 2. Arruntius chronogr. a. 354 p. 57 Mommsen. Ἀρουντίος chron. Pasch. ib. p. 220 (Aruntillus fasti Hydat.), consularia Ital. ib. p. 280 (Aruntius); nomina ommissa sunt in fastis Nolanis X 1233 = D. 6124, erasa in t. Interamne XI 4170 = D. 157.*

L. Arruntius Camil[us] Scrib[on]ianus t. 1 (nomina erasa teste Bulic Bull. dalm. 1905, 25). Camillus Arruntius Scrib(onianus) t. 2. Furius Camillus Scribonianus Suet. Cl. 13 (inde Oros. 7, 6, 6). Dio 60, 15, 2. Scribonianus Camillus epit. de Caes. 4, 4. Camillus Tac. a. 12, 52 (ubi praecedunt nomina filii Furii Scriboniani). Suet. Cl. 35; Otho 1. Dio 55, 23, 4; 60, 15, 3; 16, 4. 5. Polem. Silv. laterc. 3 Chron. min. 1 p. 520 Mommsen. Scribonianus Tac. h. 1, 89; 2, 75. Plin. ep. 3, 16, 7. 9. Oros. 7, 8, 2.

Camillum Scribonianum filium fuisse naturalem M. Furii Camilli consulis a. 8, adoptatum a L. Arruntio consule a. 6 (id quod statuit Mommsen Ges. Schr. 4, 465 sq. contra Borghesium 5, 237 sq.) inde mihi colligendum esse videtur, quod et ipse dici voluit L. Arruntius Camillus Scribonianus (t. 1) et filius eius in tit. Prymnessi rep. appellatur L. Arruntius L. f. [L. n. ?] Scribonianus (v. n. 1147); femina quoque, quae vulgo putatur Camilli nostri filia, nomina gessit Arruntiae Camilli f. Camillae (v. n. 1152). Haud accurate igitur auctores Arruntium Camillum priore ac nobiliore nomine Furium appellant (duobus gentiliciis eum usum fuisse, ita ut pleno nomine dictus sit L. Arruntius M. Furius Camillus Scribonianus, vix convenit usui aetatis Tiberianae, filium vero eius duobus nominibus gentiliciis usum esse non video cur negandum sit, cum inde a Claudii fere temporibus ratio nominum commutata sit. Scriboniani cognomen derivatum esse ex filia Sex. Pompei et Scriboniae inde veri simile efficitur, quod filius eius L. Arruntius (Furius) Scribonianus dicitur Pompei Magni abnepos vel potius adnepos (cf. n. 1147); matrem consulis a. 32 aut naturalem aut adoptivam Pompei Magni neptem fuisse (id quod Smilda in comm. ad Suet. Cl. 13 aliique viri docti statuerunt) cum temporum rationibus conciliari vix potest. Frater Camilli huius naturalis videtur fuisse M. Furius Camillus frater Arvalis a. 38 VI 2028. 2031.

Consul a. 32 p. C. cum Cn. Domitio Ahenobarbo v. supra (in t. Venafano X 4847 solus nominatur) in kalendas Iulias fasti Arv. fasti Nolani cf. Herzog n. 97 (VII k. Apr.). 98 (XII k. Mai). Plane incertum num hic significetur in t. mutilo Allifano Celeris cuiusdam IX 2335 = D. 961, ubi extat v. 3 q(uaestor) lli cos., v. 7 [legatus] Camilli in provincia Legatus pro praetore C. Caesaris Aug. Germanici (Dalmatiae et exercitus Illyrici) t. 1 (successor sine dubio L. Volusii Saturnini cos. a. 3); Delmatiae legatus sub Claudio Suet. Cl. 13. Dio 60, 15, 2 cf. Suet. Otho 1. Tac. a. 12, 52. Plin. ep. 3, 16, 7 (in Illyrico). Epit. 4, 4. A. 42 et ipse de defectione cogitans et ab Annio Viniciano sollicitatus (Dio 60, 15, 2) contra Claudium bellum civile movit Suet. Cl. 13 (inde Oros. 7, 6, 6). Dio 60, 15, 3. Tac. a. 12, 52; h. 1, 89. Plin. ep. 3, 16, 7; intra Dalmatias imperator creatus epit. 4, 4 cf. Suet. Cl. 13 (denuntiatio ad novum imperatorem itinere), Otho 1 (perperam

Polem. Silv. l. l. sub quo Camillus tyrannus primum factus in Syria est). Claudium contumeliosa et minaci et contumaci epistula cedere imperio iussit vitamque otiosam in privata re agere *Suet. Cl. 35*. Multi senatores et equites Romani ad eum se contulerunt *Dio 60, 15, 3*; in partibus eius fuit (A.) Caecina Paetus vir consularis *Plin. ep. 3, 16, 7*, fortasse etiam Q. Pomponius Secundus *cos. a. 41, cf. Tac. a. 13, 43*, et Cloatillae maritus *Quintil. 8, 5, 16*. Intra quintum diem oppressus est legionibus, quae sacramentum mutaverant, in paenitentiam religione conversis *Suet. Cl. 13 cf. Tac. h. 1, 89*; cum liberam rem p. se restitutum esse declaravisset, a militibus desertus est *Dio 60, 15, 3 cf. 55, 23, 4*. In Issam insulam fugit *Dio 60, 15, 3*; a Volaginio gregario milite interfectus est *Tac. h. 2, 75 cf. Plin. ep. 3, 16, 7. Epit. 4, 4. Dio l. l. (ἐκούσιος ἀπέθανε, Zon. 11, 9 αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινεν ἑαυτὸν perperam)*. Memoriam eius damnatam esse nomine in fastis titulisque consulto deleta aut omisso indicatur (v. supra). Vibia (uiuia cod.) uxor eius relegata *Tac. a. 12, 52 cf. Plin. ep. 3, 16, 9*. Filius Furius Scribonianus *Tac. a. 12, 52 probabiliter non diversus a L. Arruntio L. f. Scriboniano (n. 1147)*; filia videtur fuisse Arruntia Camilli filia Camilla (n. 1152). Galaesus Camilli libertus *Dio 60, 16, 4. 5*.

Hic fortasse Camillus, cui Philippus poeta dedicavit carminum corollam *Anthol. Pal. 4, 2 (v. 10: ἐσθλὲ Κάμιλλε)*, cf. *Hillscher Jahrb. f. Phil. Suppl. 18, 421. Cichorius Röm. Stud. p. 355.* Gr.

— L. POMPEIVS VOPISCVS C. ARRVNTIVS CAPELLIVS CELER v. *infra* sub L. Pompeio Vopisco.

- 1141 Arruntius Celsus (*sic Charis. 213. 222 K. = 276. 286. 287 B.*; Arruntius Claudius *GL 1, 321, 11 manifesto errore*; Arruntius Priscian. *ib. 2, 98, 8; 251, 13; 3, 408, 2; Rufin. ib. 6, 565, 5; ceterum Celsus*), grammaticus, citatur *Charis. l. l. et 200. 207. 212. 214. 223 K. = 261. 268. 274. 276. 277. 288 B. Priscian. l. l. et ib. 2, 148, 7; 201, 1; 215, 14; 251, 13; 357, 12; 485, 20; 3, 11, 14; 408, 2; Consentius 5, 375, 1; 390, 6; Rufin. l. l. Cf. Schanz 3^a, 174. Teuffel 3^e, § 365 a, 3.* St.
- 1142 Arruntius Euaristus (Εὐάρεστος Ἀρούνησιος), praeco ditissimus aetate *Gai Ios. ant. 19, 145—147.* St.
- 1143 M. Arruntius Frugi, M. f., Sergia, praefectus cohortis III Ulpiae Petraeorum, tribunus militum legionis XIII geminae, praefectus alae Parthorum sagittariorum, procurator Augusti provinciae Britanniae, procurator ad census provinciae Ciliciae, provinciarum Cappadociae et Armeniae minoris et Ponti mediterraneae) *t. Iconii repertus D. 9013, positus a M. Claudio Longo cognato eius.* St.
- 1144 Q. Arruntius Iustus, Q. f., Voltinia, advocatus fisci stationis hereditarium; magistratus municipalis Boviani Undecimanorum in Sam-

- nio, patronus huius et aliorum municipiorum *cet. t. Bovianensis publice ei positus IX 2565 = D. 5017.* St.
- ARRVNTIVS (?) MARCELLVS (Μάρκελλος Ὀρρόντιος *traditur*), *Porphyr. vita Plot. 7, v. Marcellus.*
- 1145 L. Arruntius Maximus, procurator Augusti (Asturiae et Gallaeciae) a. 79 t. *Aquis Flaviis Gallaeciae positus II 2477 (cf. 5616) = D. 254.* St.
- 1146 [T.] Arruntius Nicomachus, Tiberiniani filius, primipilaris, adfinis consularium t. *Temenothyris Flaviopoli rep. Bull. hell. 17, 265 sq., 50 = IGR 4, 617. Uxor Tullia Valeria.* St.
- 1147 L. [ARRVNTIVS SCRIBON[IANVS], L. f. [L. n.?] Ani(ensis tribu?), Pompei Magni a[bnepos] *vel potius a[dnepos]*, praefectus urbi (feriarum Latinarum), augur, *honoratur t. bilingui Prymnnessensi hodie mutilo III 7043 = 14192³ = IGR 4, 675 = D. 976. Videtur fuisse filius L. Arruntii Camilli Scriboniani consulis a. 32; idem ni fallimur statuendus est Furius Scribonianus, Camilli Scriboniani et Vibiae (?) filius Tac. a. 12, 52: patre occiso a Claudio conservatus (cf. Dio 60, 16, 2) a. 52 in exilium agitur quasi finem principis per Chaldaeos scrutaretur; neque tamen exuli longa posthac vita fuit: morte fortuita an per venenum extinctus esset, ut quisque credidit, vulgavere.* Gr.
- 1148 Arruntius Silo, cui Marcus et Verus rescripserunt *dig. 48, 19, 27 pr.; fortasse praeses provinciae alicuius.* Gr.
- 1149 Arruntius Stella (*traditur* στείλας, σύλας, στίλλας), post necem imperatoris Gai Germanos corporis custodes revocavit *Ios. ant. 19, 148. Nescio an idem qui sequitur.* St.
- 1150 L. ARRVNTIVS STELLA (*praenomen XV 7150, Arruntius Stella Tac.*). Ei cura ludorum, qui a Nerone parabantur, a. 55 mandata *Tac. a. 13, 22. Huc referendae tesserae duae plumbeae inscriptae Arr. et cur(ator ludorum) altera, v(ictoria) A(rmeniacae) vel A(ugusta) altera, Rostowzew Tesserar. syll. 526; Riv. ital. di numism. 1902, 160—162; Klio Beih. 3, 49 sq. Eundem esse idemque officium significari XV 7150, ubi legitur sub L. Arruntio Stella navis harenaria, quae servit in Aemilianis, probabiliter coniecit Groag Wien. St. 1903, 321 sq. Pater vel avus eius, qui sequitur.* St.
- 1151 L. ARRVNTIVS STELLA, consul (suffectus) a. 102 ut videtur. *In consulatu: L. Arruntius Stella v. infra; Stella apud poetas.*
 Patavinus *Mart. 1, 61, 4, fortasse parentela coniunctus cum Arruntiiis Aquilis. Filius fortasse vel nepos Arruntii Stellae qui praecedit. 'Clarus de gente Latina est iuvenis, quem patriciis maioribus ortum nobilitas gavisa tulit' Stat. silv. 1, 2, 70—72; itaque aut pater eius adlectus est inter patricios a Vespasiano aut mater originem ducit ex gente patricia. Puerum Neapolim translatum esse ex Statii verbis 'at te nascentem gremio*

mea prima recepit Parthenope' (*silv.* 1, 2, 260) errore coniecit Klebs *PIR* I¹ 147, 947; non Stellam sed Violentillam hic significari recte monuit Vollmer in editione Statii p. 260. XV vir sacris faciundis iam a. c. 89 (*v. infra*): 'certe iam nunc Cybeleia novit limina et Euboicae carmen legit ille Sibyllae' *ib.* 176 sq. A. 93 (*praetor ut videtur*) ludos fecit ad Domitiani victoriam Sarmaticam celebrandam *Mart.* 8, 78 (*quando carmen hoc compositum sit, exposuerunt Friedländer in editione Martialis vol. 1 p. 60, Weynand RE 6, 2575 sq.*). Consulatum ei vaticinantur poetae *Stat. l. l.* 174 sq. *Mart.* 9, 42. Consul *Mart.* 12, 3, 10 (suffectus) XIII k. Nov. cum L. Iulio Marino (Caecilio Simplicio) VI 1492 = D. 6106 a. 102 potius quam 101 (*de anno consulatus non satis constat; cf. RE 10, 671 sq.*).

A. c. 89 (*certe ante a. 92*) uxorem duxit Violentillam, viduam divitem, quam Ianthida vocat Martialis, ipse Asterida vocare voluit (*cf. Stat. l. l.* 197); in nuptias scripserunt Statius epithalamium *silv.* 1, 2 (*cf. l. 1 praef.*), Martialis epigramma 6, 21 (*Stattius librum primum Silvarum edidit ante a. 92 cf. RE 1 A, 1261; epithalamium in Stellam et Violentillam scriptum esse post mensem Decembrem a. 89 demonstrare studuit Vollmer l. l. p. 5, 253 non satis certis ex causis*). Dives *Mart.* 5, 11; 6, 47; 8, 78; 11, 52, 15 *cf.* 4, 6, 5; 7, 36, 50. Domum possidebat in Subura *Mart.* 12, 3, 9 sq. *cf.* 6, 47. — Amicus Statii et Martialis *Stat. silv.* 1 pr. 1, 2, 256 sq. *Mart.* 5, 12; 6, 47, 1; 9, 55, 2, 8; 10, 48, 5; 12, 3, 10 sq. Statius ei dedicavit *Silvarum* librum primum *silv.* 1 *praef.*; Martialis ad eum scripsit 1, 7; 1, 44; 5, 59; 7, 36; 9, 89. Ut poeta laudatur *Stat. silv.* 1 pr.; 1, 2 *passim.* *Mart.* 1, 7; 5, 11, 59; 6, 21, 1; 7, 14, 5; 12, 3, 11 sq. *Apoll. Sidon. carm.* 9, 267. Stella diserte *Mart.* 5, 59, 2; facundus Stella *ib.* 12, 3, 11. — Tabella aenea XV 7150 haud recte ad Stellam hunc relata est (*v. sub L. Arruntio Stella n. 1150*). Gr.

- 1152 ARRUNTIA CAMILLA nominatur in titulo monumenti familiae eius, quod pars fuisse videtur monumenti libertorum et familiae L. Arruntii (n. 1130): libertorum Arruntiae Camilli filiae Camillae curante Arruntio Firmo VI 5932 = D. 7851 a. Ad eandem spectant tegulae urbanae Arruntiae Camillae Camilli f. XV 112, [Ar]runtiae Camil(lae) Camilli f. *ib.* 114, Arruntiae Camilli f. *ib.* 113 a. b; plerumque additur Camilla(num) *sc. opus*; Arruntiae Camillae *Not. d. sc.* 1901, 201, 247; ... L. Arruntiae C[amilli f. Camil]lae *Not. d. sc.* 1887, 154 melius 330: num recte in hac tegula Dressel, qui ectypum contulit, litteram L pro praenomine Arruntiae acceperit, dubito. Figlinas Camillianas post mortem dominae hereditate ad Caesares venisse apparet ex tegula XV 115 ex figlinis Caesaris n(o)stri Camillianis. — Arruntiam filiam fuisse L. Arruntii Camilli Scriboniani consulis a. 32 Borghesi Mommsen alii censuerunt, statuit autem Dressel pro litterarum atque sigilli forma lateres eius nomine signatos aetatis Trai-

anae vel Hadrianae ineuntis esse; itaque statuendum est Arruntiam ad summam senectutem pervenisse. Gr.

1153 Arsaces, Artabani III. regis Parthorum filius natu maximus, Armeniis defuncto rege Artaxia a patre impositus *Tac. a. 6, 31. Dio 58, 26, 1, cf. Suet. Tib. 41.* Tiberius in eius locum Tiridatem Armeniis regem dedit quem adiuvaré Mithridatem Hiberum iussit; is cum fratre Pharasmane ministros Arsacis auro corruptit, ut eum e medio tollerent a. 35 *Tac. a. 6, 32. 33. Dio l. c. 2—4.* St.

1154 Arsaces (II), Severi Alexandri temporibus a rege Parthorum (*Artabano V?*) fratre rex Armeniis datus *Procop. de aedif. 3, 1, 6 (narratio haud ita certa).* St.

— TIB. CLAVDIA ARSASIS.

— CLAVDIA ARSINOE.

— TIB. CL. ARSINOE TELEMA[CHIS].

1155 Artabanus (III), rex Parthorum. *Nummi ap. Gardner The Parthian Coinage p. 47 sq. Katal. d. Arsaciden-Münzen Sammlung Petrowicz (1904) p. 108—112, tab. 16, 9—11; 17, 1—6. Wroth Br. Mus. Parthia 146—152, tab. 25. Head HN² 821.*

Arsacidarum e genere *Ios. ant. 18, 48, scilicet per matrem, apud Dahas adultus (inter Scythas educatus Tac. a. 6, 41) Tac. a. 6, 42; 2, 3 (cf. 6, 36 Hyrcanis Carmaniisque per adfinitatem innexus). Mediae rex Ios. ant. 18, 48.* In Parthiam contra Vononem exitus primoque congressu victus (*nummi inscripti βασιλεὺς Ὀνώνης νεικήσας Ἀρτάβανον Petrowicz p. 106 sq. tab. 16, 4—8. Wroth 144 sq. tab. 24, 7. 9. 10.*) in Mediam se recepit sed reparatis viribus Vononem devicit, quo pulso regno Parthorum denuo potitus est a. 16 p. C. *Tac. a. 2, 3. Ios. l. c. 48—50.* Interfecti ab eo plerique ex gente Arsacidarum *Tac. a. 6, 31. Primum rex Parthiae appellari coeptus est inde ab a. 10/11, cum annis 322 et 323 aerae Seleucidarum = 10/11 et 11/12 p. C. et ultimi Vononis nummi et Artabani primi cusi essent. In nummis nuncupatur non proprio sed quo plerique reges Parthorum Arsacis conditoris domus regiae nomine et appellationibus Βασιλεὺς βασιλέων Εὐεργέτης Δίκαιος Ἐπιφανής Φιλέλλην.*

Cum Armenii Vononen profugum in regnum accepissent, inde quoque Artabanus eum eiecit; quem auxilium implorantem ne restitueret, Tiberius minis Artabani deterritus est *Tac. a. 2, 3. 4. Ios. l. c. 50—52, cf. Suet. Tib. 49, 2.* A. 18 legatos ad Germanicum misit de amicitiae foedere renovando; eius precibus datum, ut Vonones Pompeiopolim Ciliciae removeretur *Tac. a. 2, 58.* Cuius rei memor Germanico defuncto maerorem ostendit *Suet. Cal. 5.* Asinaeum et Anilaeum fratres Iudaeos, qui Babyloniam latrociniis vexabant, venia data in fidem recepit *Ios. ant. 18, 325—338.* Arsaci filio natu maximo post Artaxiae regis mortem Armeniam regendam tradidit eoque mortuo Orodi alteri filio *Tac. a. 6, 31*

(*cf.* 33). *Ios. ant.* 18, 52. *Dio* 58, 26, 1, addita contumelia et missis, qui gazam a Vonone relictam in Syria Ciliciaque reposcerent *Tac. a.* 6, 31, Cappadociam aggreditur *Dio l. c.* atque etiam Tiberium litteris contumeliosis laceravit *Suet. Tib.* 66. A. 35 nobiles Parthi ignaro Artabano a Tiberio Phraaten regis Phraatis filium petierunt, quo in Syria defuncto Tiberius Tiridaten aemulum Artabano delegit *Tac. a.* 6, 31. 32. *Dio* 58, 26, 2 atque contra Oroden, cui Artabanus pater auxilium tulit, Pharasmanen regem Hiberorum et Mithridatem fratrem eius impulit ad Armeniam invadendam *Tac. a.* 6, 33—35. Orode victo Artabanus ne ultum iret L. Vitellius legatus Syriae contractis legionibus impedivit coacto rege etiam defectione suorum in Scythiam fugere *ib.* 36. *Dio* 58, 26, 3; *Ios. ant.* 18, 96—100. Artabano profugo Vitellius Tiridaten Parthis imposuit *Tac. a.* 6, 37. A. 36 a nonnullis principibus Parthorum ex Hyrcania revocatus Scytharum auxilio regnum recuperavit Tiridate in Syriam expulso *ib.* 43. 44. *Dio* 58, 26, 3. *Ios. ant.* 18, 100. Ineunte Gai principatu amicitiam imperatoris ultro petiit venitque ad colloquium L. Vitelli et transgressus Euphraten aquilas et signa Romana Caesarumque imagines adoravit, liberos obsides cum multis donis dedit *Suet. Cal.* 14, 3; *Vitell.* 2, 4. *Dio exc.* 59, 27, 3. *Ios. ant.* 18, 101—104 (*qui Tiberio imperante id factum esse narrat errore ut videtur; nam et Suetonius et Dio res prospere gestas Gaio tribuendas esse pro certo affirmant nec Tacitus eas silentio praeteriisset*). Coniurationis cum eo accusatus est apud Gaium Antipas Herodes *Ios. ant.* 18, 250. Izates rex Adiabenorum quosdam ex propinquis suis obsides ei misit *ib.* 20, 37. Iterum regno pulsus cum Izatis auxilium impetrasset restitutus est *ib.* 54—68, *cf. Dio exc.* 59, 27, 4. *Tac. a.* 11, 8: patris sui (*sc.* Artabani) defectores. Paulo post mortuus est *ib.* 69. Nummi eius annorum 322 (= 10/11 p. C.), 323, 333, 334, 338 (= 26/7) innotuerunt, sed Gotarzis primi anno 352 = 40/1 cusi sunt, unde Artabanum a. 40 vel paulo ante obiisse concludas.

Filii Arsaces, Artabanus (*is qui sequitur*), Vardanes, Gotarzes, Orodes, Dareus, Megabates (?); filia (*cuius nomen ignoratur*) nupta Mithridati *Ios. ant.* 18, 353. St.

1156 Artabanus, filius regis Artabani (*qui praecedit*), post mortem patris a Gotarze fratre cum uxore et filio interfectus est *Tac. a.* 11, 8, *cf.* 12, 10. St.

1157 Artabanus (IV.), rex (*quod Zonaras ἀρχηγὸν eum dicit id vocabulum non a Dione h. l. usurpatum esse iure contendit Boissevain*) Parthorum, Tito iratus falsum Neronem a se receptum Romam reducere parat *Zonar.* 11, 18, *cf. Ioann. Antioch. exc. de insid.* 81, 42 de Boor, uterque ex Dione (p. 155 Boiss. vol. 3) excerpens. Nummis eius anno 392 aerae Seleucidarum = 80/1 p. C. cusi sunt (Wroth Br. Mus. Parthia p. 203, tab. 31, 5. Petrowicz Arsaciden-Münzen p. 143, tab. 21, 1) edocemur eum contra Pacorum regem factum in parte tantum regni Parthorum regnasse. St.

1158 Artabanus (V.), ultimus rex Parthorum. *Nummi ap. Petrowicz Arsaciden-Münzen 175, tab. 23, 9—11. Wroth Br. Mus. Parthia 247—250, tab. 36, 8—13.* Caracalla bellum primum Vologaesio minatus est (*Dio exc. 77, 19, 1*), dein Artabano (*ib. 78, 1, 1*) bellum intulit, unde apparet fratres quos Vologaesio defuncto de regno certasse *Dio ib. 77, 12, 2 a. 3; 13, 3* narrat, Vologaesum filium et Artabanum esse. *Perperam Herod. 3, 9, 9—11 Artabanum a Septimio Severo pulsum esse refert.*

Annos regni Artabanus inde a 213 computasse videtur, vide Gutschmid Gesch. Irans 154, 1. Anno 215 Caracalla bellum Vologaesio ut regi Parthiae minatus est, proximo anno Artabano indixit, sed Vologaesio partem certo regni mansisse ex eo efficitur, quod huius nummi usque ad annum 221/2 pertinent atque unus quidem etiam a. 227/8 cusus esse dicitur.

Contra eum profectus est Caracalla tamquam iratus, quod rex filiam sibi uxorem petenti denegavisset *Dio-Xiph. 78, 1. Herod. 4, 10. 11 (res fusius et fabulose ornans)*. Occiso Caracalla a. 217 postquam Artabanus Mesopotamiam ingressus Macrinum imperium adeptum pacem frustra petentem apud Nisibin bis acie vicit, a. 218 pacem cum imperatore Romano magna pecunia accepta composuit *Dio exc. (Xiph.) 78, 26. 27. Herod. 4, 14. 15 (minus accurate et ficta nonnulla narrans)*. *Vita Macr. 8, 3.* Ad eum Macrinus a ducibus Elagabali victus Diadumenianum filium misit *Dio 78, 39, 1*. Artabanus ipse ab Artaxerxe tribus proeliis superatus interfectus est *ib. 80, 3, 2. Herod. 6, 2, 1. 7; 3, 5. Agathias 2, 26 (= Syncell. 677)*.

Eius filii memorantur *Dio exc. 80, 3, 3. De tempore belli cf. infra ad Artaxerxem n. 1166.* St.

— Artabasdes v. Artavasdes.

1159 Artabassis, Syrus, Persarum manum Romanis mancipavit *vita Probi 4, 1 (epistula ficticia Valeriani)*. St.

1160 Artabazus, rex Characenes, septimus post Tiraeum, regnavit (*immo vixit?*) annos octoginta sex, a Parthis restitutus *Ps. Lucian. macrob. 16; aetate fere Traiani, cf. Weissbach RE 3, 2118. Eius nomen errore pro Attambelo positum nec ab hoc eum diversum esse nonnulli sine idonea causa coniecerunt, cf. Hill Br. Mus. Arabia cet. p. CCI sq.* St.

— Artabazus, vide Artavasdes.

1161 Artases (Ardasches), rex (*immo regulus puto, partis alicuius, cf. Dio-Xiphil. 68, 18, 2. 3^b p. 206. 208 sq. Boiss.*) Armeniae, filius Sanatruccis *Mos. Chor. 2, 37 Langl.*, Traiano belli Parthici tempore se dedit, post Hadriano quoque tributum solvit *ib. 2, 55. 60 (= F Gr Hist 201 F 2)*, hoc certe errore ob falsam temporis computationem, *cf. Gutschmid Kl. Schr. 3, 305.* Regnavit unum et quadraginta annos *Mos. Chor. 2, 60.* Filius Artavasdes *ib. 61.* St.

1162 Artavasdes, rex Medorum. Regis Artavazdis *Mon. Anc. lat. 6, 11;*

Artaba . . . *ib.* 5, 29. Ἀρταβάζου *ib.* 15, 9 sq.; 17, 16. Ἄρταο . . . *ης* *ib.* 17, 1. Ἀρταουάσδην *Dio* 49, 25, 1, *cf. Mommsen RgdA*² 110, 1.

Filius regis Ariobarzani *Mon. Anc. c.* 33. Anno a. C. 36 Antonius, cum in Parthos bellum pararet, auctore Artavasde rege Armeniorum, cognomini regi Mediae Atropatenae infenso, in huius regnum exercitum duxit *Dio l. c. Plut. Ant. 38, cf. Liv. per. 130*, quo factum est ut in expeditione Parthica Medus cum Phraate societate coniunctus gravi damno eum afficeret *Dio* 49, 25, 27, 1 (*cf. Plut. Ant. 39. Ps. Frontin. strateg. 4, 1, 37*). 28, 1, *cf. Plut. Ant. 46. Strabo* 11, 523. A. 35 Medorum rex Phraati propter praedae divisionem succensens et Artavasden Armenium ulturus Polemonis opera usus ad Antonii partes transiit *Dio* 49, 33, 1. 2. *Plut. Ant. 52, cf. 53*. A. 34 Antonius eius filiam Iotapen Alexandro filio ex Cleopatra nato despondit *Dio* 49, 40, 2; 44, 2, *cf. Plut. Ant. 53*. A. 33 Artavasdes societate cum Antonio facta et parte Armeniae maioris accepta (*Symbace; huc enim spectare Strab. 11, 523 bene vidit Gutschmid Gesch. Irans 101*) bellum contra Parthos suscepit, cum ei Antonius, Antonio ipse auxilium adversus Caesarem promisissent; Parthos et Artaxen regem Armeniae vicit, sed postquam Antonius et copias Romanorum et auxilia Medorum ad bellum contra Caesarem evocavit (*Plut. Ant. 61*), Artavasdes victus et captus, Media amissa est *Dio* 49, 44, *cf. Plut. Ant. 53*. A. 30 ei (*captivitate liberato?*) Cleopatra caput Artavasdis Armenii misit *Dio* 51, 5, 5.

Antonio et Cleopatra mortuis a. 30 Artavasdes supplex ad Augustum confugit, qui ei Iotapen filiam reddidit *Mon. Anc. c.* 32. *Dio* 51, 16, 2. *Simul Armeniam minorem ei permissam esse inde colligas, quod Dio* 54, 9, 2 *Medum (ita semper significatur apud Dionem, nisi quod 49, 25, 1 nomen ponitur) ibi regnantem anno 20 a. C. obiisse scribit.*

Liberi (Ariobarzanes, Iotape) memorantur *Plut. Ant. 38. St.*

- 1163 Artavasdes (*sic Tac. a.* 2, 4, Ἀρταβάζου *Dio exc.* 55, 10, 20), rex Armeniae. *Hunc fuisse unum ex filiis Artavasdis regis Armeniae, fratribus Artaxis (alter est Tigranes), qui ab Antonio capti ab Augusto Artaxi non redditi sunt (Dio 49, 40, 2; 51, 16, 2, cf. Ios. ant. 15, 104 sq.), probabiliter coniecit Nipperdey ad Tac. l. c. Iussu Augusti contra Tigranis liberos (Tigranen et Erato) Artavasdes Armeniis impositus nec sine clade Romanorum deiectus est Tac. l. c., cf. Vell. 2, 100, 1. Mon. Anc. lat. 5, 28 gentem . . . desciscientem et rebellantem. Id factum esse circa annum a. C. 6 colligere possis ex Dione (exc. 55, 9, 4 τὴν Ἀρμενίαν ἀλλοτριουμένην, ubi verba quae sequuntur μετὰ τὴν τοῦ Τιγράνου θάνατον a Zonara solo servata sunt). Paulo ante quam C. Caesar ab Augusto in Orientem missus venit, Artavasdes morbo absumptus est exc. de leg. 2, 420, 35 de Boor (ex Dione 55, 10, 20). St.*

1164 Artavasdes, rex Armeniae et Mediae. Artavasdi *Mon. Anc. lat.* 5, 30 = Ἀρταουάσδη *ib. gr.* 15, 11; Ἀρτάβαζος *Dio* 55, 10 a, 7.

Filius Ariobarzani regis Medorum et Armeniorum, nepos Artavasdis, post mortem patris utrumque regnum accepit *Mon. Anc. c.* 27. *Dio l. c.* Interfectus (certe ante excessum Augusti) *Mon. Anc., cf. Tac. a.* 2, 4 (Armenii) Ariobarzane morte fortuita absumpto stirpem eius haud toleraverunt. *Eius, non prioris videtur esse nummus argenteus in adversa parte caput Augusti, aversa βασιλέως μεγάλου Ἀρταουάδου exhibens, Babelon Rois de Syrie cet. p. CCVI, Br. Mus. Galatia cet. p. 101, tab. 14, 3. Si non idem est, at certe ex eius familia Artabasdes, pater [C. Iu]lii Artabasdis, nepotis regis Ariobarzani titulus urbanus bilinguis VI 32264 = D. 844.* St.

1165 Artabasdes, rex Armeniorum, post Valerianum captum epistolam (omnino ficticiam) ad Saporem datam tradit *Val.* 3, 1. St.

— [C. Iu]lius Artabasdes.

1166 Artaxerxes, primus e Sasanidarum gente rex Persarum. *Inscriptio loco dicto Naksch i Rustem rupi incisa propter anaglyphum equitem (Artaxerxen) et hostem devictum (Artabanum) repraesentans duabus linguis enchoriis concepta cum versione Graeca CIG 4675 = Ditt. Or. Gr. 432 (1), cf. Sarre-Herzfeld Iranische Felsreliefs p. 69 tab. 5. Eodem loco CIG 4676 = Ditt. l. c. 434 (2). Nummi: Paruck Sasānian Coins (1924) p. 51 sq. 74—80. 305—316. 413—416. 495 sq.*

Artaxerxes auctores Graeci et Latini praeter *Eutropium* 8, 23 et qui ex eodem fonte hauserunt *Hieronym. chron. Ol.* 250 p. 215 a *H. Vict. Caes.* 24, 2. *Fest.* 22, apud quos Xerxes vocatur. Ἀρταξάρης *Agath.* (Ἀρταξέρξου τοῦ καὶ Ἀρταξάρου *Syncell.*); Ἀρταξάρου *tituli. De formis Persicis nominis Artachšathr(a), Artachšir, Ardašir cf. Nöldeke Beitr. zur Kunde d. indogerm. Sprachen* 4, 35 (in editione libri qui vulgo *Kārñâmak* vocatur); *Tabarî p. 1. Justî Iran. Namenb.* 35.

Papaci regis filius, e posteris Sasani auctoris generis *Tabarî ed. Nöld. p. 14 sq. Kārñâmak l. c. Tituli. Nummi. Inter alia fabulosa et ficticia Papaci privignus, filius vero naturalis Sasani cuiusdam pastoris fuisse narrabatur Agathias* 2, 27 (inde *Syncell.* 677). *Tabarî p. 5—30. Kārñâmak p. 37 sqq.*

In Perside regnum (Sapore aliisque fratribus absumptis *Tabarî* 8—10) adeptus (a. 214/5, cf. *Gutschmid Kl. Schr.* 3, 157) contra Artabanum profectus tribus proeliis victum interfecit *Dio* 80, 3, 2. *Herod.* 6, 2, 1, 7; 3, 5. *Agathias* 2, 26 (*Syncell.* 677). *Tabarî p. 14 sq. Kārñâmak p. 47* anno quarto (anno quarto decimo *Herod.* 6, 2, 1 *perperam*) Severi Alexandri, a. 538 post Alexandrum Magnum (immo aerae *Seleucidarum* = 226/7) *Agathias* 4, 24; d. 28 Aprilis 227, ut demonstravit *Gutschmid Gesch. Irans p. 161 sq.* Quo facto imperium a Parthis ad Persas translatum,

Artaxerxes inde rex regum nuncupatus est *Agathias* p. 2, 26. *Zosim.* 1, 18, 1. *Tituli. Nummi.*

Parthis profligatis Atra frustra oppugnavit, dein partes Mediae et Parthiae subegit, sed ab Armeniis Medisque et a filiis Artabani fugatus est *Dio* 80, 3, 2. 3. Cum Romanos denique lacesseret minitans se omnes a veteribus Persarum regibus occupatas Asiae partes recuperaturum esse, Severus Alexander arma tandem in eum movere statuit *Dio* 80, 4. *Herod.* 6, 2—4, cf. *Tabarî* 3. *De rebus in hoc bello anno 232 gestis auctores in eo differunt, ut Alexandrum vicisse alii (Eutrop. et qui ex eodem fonte pendent, v. supra. Vita Alex. 55. 56. Syncell. 674 sq.), alii fusum fugatumque esse narrent, quod a Herodiano 6, 5. 6 traditum vita Alex. 57 refellere studet; ut illud verius esse quam hoc censeat, vis quae apud Persas memoriae produntur adductus est Nöldeke RE 2, 1324. Accedit, quod Herodianus 6, 6, 5. 6; 6, 7, 1 alio auctore usus (cf. Dändliker in Büdinger Unters. z. röm. Kaisergesch. 3, 216 sqq.) et Persas clade oppressos esse refert.*

Regnavit annos quattuordecim, menses decem *Agath.* 4, 24. *Tabarî* p. 22, mortuus igitur a. 242 ineunte. Filius Sapor, qui ei in regnum successit *vita Gord.* 26, 6. *Zosim.* l. c. *Agath.* 4, 24. (*Syncell.* 681.) *Kârnâmak* 63. 65. *Tabarî* p. 25. *Tit.* 2. *Nummi: Paruck* 315 sq., n. 58—63, cf. p. 78. *St.*

1167 Artaxes (*sic Mon. Anc. lat.* 5, 25. *Dio*, nisi quod 54, 9, 4. 5 ἀπτόζου, ἀπτόζην errore in codice M scriptum est; *Artaxias Tac. a.* 2, 3. *Ios. ant.* 15, 105; *Artauzdi Vell.* 2, 94, 4), rex Armeniae.

Filius Artavasdis regis Armeniae *Mon. Anc. c.* 27. *Ios. l. c. Dio* 49, 39, 6, natu maximus *Ios. Dio.* Eum Armenii Artavasde ab Antonio capto regem fecerunt, sed ab Antonio victus ad Parthos confugit *Dio* 49, 39, 6; 40, 1. *Ios. ant.* 15, 104. 105 (minus accurate). Pars regni eius (*Symbace Strabo* 11, 523, cf. *Gutschmid Gesch. Irans* 101) Artavasdi regi Medorum data est, a quo ipse cum Parthis victus est, sed paullo post Armeniam recepit *Dio* 49, 44. Antonio devicto Artaxes ne Augusti quidem gratiam reconciliavit, qui propter cives Romanos occisos fratres eius (*Tigranen et Artavasden, ut videtur*) petenti ei denegavit *Dio* 51, 16, 2. *Artaxias (v. supra)* per aliquod tempus memoria patris Romanis infensus Parthorum vi seque regnumque tutatus est *Tac. l. c.* Accusatus a popularibus suis petentibus fratrem eius Tigranen Romae degentem, cum Augustus ad statum orientis ordinandum Tiberium eo mitteret, Artaxes antequam res ad arma veniret, a propinquis interfectus est *Dio* 54, 9, 4. 5. *Mon. Anc. l. c. Tac. l. c. Ios. ant.* 15, 105 (qui errore *Artaxiam a Tiberio et Archelao rege Cappadociae pulsum esse narrat*). *Vell. l. c. cum scribit tunc temporis Tiberium Artauzdi (v. supra) regnum Armeniae dedisse, confundit eum cum Tigrae.* *St.*

1168 Artaxias, rex Armeniae. *Titulus ei privato a Smyrnaeis positus Ditt.*

Or. Gr. 377. Nummi argentei Cohen I², 225, 6. Dressel Z. f. Num. 21, 228 tab. 6, 5. Mattingly Br. Mus. 162, 104 tab. 28, 1 qui ab una parte caput et nomen Germanici exhibent, ab altera Artaxiam a Germanico coronatum cum inscriptione Germanicus Artaxias.

Artaxias nummi. Tac., Ἀρτάξου Dio 58, 26, 1 (errore). Privatus Zeno (cognominis avo paterno) tit. Tac. a. 2, 56. Armenii regem Artaxiam consalutare, quod illi vocabulum indiderant ex nomine (sc. conditoris) urbis Tac. l. c. Filius Polemonis, regis Ponti, et Pythodoridis tit. Tac. l. c. Strabo 12, 556 (misso nomine). Prima ab infantia instituta et cultum Armeniorum aemulatus Tac. l. c. Germanicus a. 18 in urbe Artaxata insigne regium capiti eius imposuit Tac. a. 2, 56. 64. Strabo l. c. Nummi. Defunctus a. 35 Tac. a. 6, 31. Dio l. c. St.

— CLAVDIA ARTEMIDORA.

1169 Artemidorus, philosophus, Syrus, Plinii ex quo tempore in Syria tribunus militavit, amicus; cum essent philosophi ab urbe summoti, Plinius, tum praetor (a. 95, cf. W. Otto Sitz.-Ber. Münch. 1919, 10, 44—54; 1923, 4, 3—13), pecunia eum adiuvit; gener C. Musonii (Rufi) Plin. epist. 3, 11. St.

— AVRELIUS ARTEMIDORVS.

— TI. CLAVDIVS ARTEMIDORVS.

— T. Flavius Artemidorus.

1170 Artemio (fortasse Artemo), dux Iudaeorum in Cypro a. 117 rebellantium Dio-Xiph. 68, 32, 2. St.

1171 Artemo, rhetor Graecus, cuius sententias Seneca iterum ac saepius affert v. ind. p. 531 K. St.

1172 Artemo, statuarius, qui probatissimis signis Palatinas domos Caesarum replevit Plin. n. h. 36, 38. St.

— M. Aurelius Artemo.

1173 Q. ARTICVLEIVS PAETIVS, filius probabiliter Q. Articulei Paeti consulis a. 101, consul a. 123 cum L. Venuleio Aproniano. In consulatu: Q. Articuleius Paetinus VI 154 = D. 3888. Q. Articulae. Paetin. XV 648 a (Paetino b). Q. Artic. Paet. XV 478. Q. Art. Pae. XV 847. Africa ital. 4, 77. Q. Ar. Pae. XV 848, Paetinus sive Petinus fasti (errore Panpinus fasti Hydat. p. 223 Mommsen, Παμπίνου chron. Pasch. ib.; perperam Paterno et Torquato, Glabrione et Aproniano fasti Italici: fasti Vindob. p. 285, Prosper Tiro p. 422 Mommsen, Cassiod. ib. vol. 2 p. 141, consules annorum 123 et 124 confundentes); Paetinus (vel Petinus) in infinita multitudine tegularum urbanarum. Hic videtur in consulatu auctor fuisse senatus consulti Articuleiani dig. 40, 5, 51, 7 (cf. Saria Jahresh. 26, 74). Gr.

1174 (ARTICVLEIVS PAETVS), pater eius qui sequitur, in quo vide. Gr.

1175 ARTICVLEIVS PAETVS, senator patre ab Augusto anno 736 = 18 a. C.

- senatu moto petiit, ut patri locum cedere sibi liceret *Dio 54, 14, 3* (Ἀρτικυλίσιος Πέτος *cod. Marc.*). *Ex posteris eorum fuerunt Q. Articuleius Paetus senator aetate Domitiani (n. 1176), Q. Articuleius Paetus consul a. 101, Q. Articuleius Paetinus consul a. 123. Plane incertum num pondus Articuleianum Claudii temporibus (a. 47) publica auctoritate munitum (cf. X 8067, 1. 2. D. 8630. 8631. 8633—8635. Gauckler Nouv. arch. d. miss. scient. 15, 1907 p. 588 sq.) nomen habuerit ex homine gentis huius senatoriae.* Gr.
- 1176 Q. ARTICVLEIVS PAETVS nominatur in fistula plumbea urbana XV 7281 (= D. 8682) α) [Im]p. Domitiani Caesaris Aug. Germ. sub cur(a) Caec(inae) Paeti et Articulei Paeti et Nini Hastae β) cur(a?) [C. Caecinae] P(aeti)] Q. A(rticlei) P(aeti) Q. N(ini) [H(astae)]. *Articuleium Hastamque adiutores curatoris aquarum fuisse num recte statuerit Dessau dubito (v. infra sub Caecina Paeto). Hic fortasse us Paetus, consul suffectus a. 78 VI 32362 acta Arv. (C. Caecina Paetus, qui in fistula supra laudata primo loco nominatur, fasces gessit a. 70 VI 200). Pater videtur Q. Articulei Paeti consulis a. 101.* Gr.
- 1177 Q. ARTICVLEIVS PAETVS, consul a. 101 cum Traiano Augusto IIII, deinde cum Sex. Attio Suburano (VIII k. Apr. VI 2074 I 23 acta Arv.; Paeto et Suburano suffecti Q. Servaeus Innocens et M. Maecius Celer, qui commemorantur d. 26 m. Apr. ib. I 73). *In consulatu: Q. Articuleius Paetus XII 1839. [Q.] Articuleius Paetus IX 1455 = D. 6509. [Q. Articuleius P]aetus VI 2074 (I 2) = D. 5035. Q. Articuleius [Paetus] ib. I 22. [Q.] Articuleius (Paetus) Ann. ép. 1913, 2. Q. Ar. V 8309. Articuleius vita Hadr. 3, 1; ceterum Paetus vel Petus fasti (perperam Traiano V et Orfito fasti Italici: fasti Vindob. p. 285 Mommsen, Prosper Tiro ib. p. 418, Cassiodor. ib. vol. 2 p. 140). Ad eum spectare videntur tegulae urbanae inscriptae Q. Articulei Paeti XV 842—844 cf. IX 6078, 11 Q. A[rt.] Paeto. — Filius videtur praecedentis, pater Q. Articulei Paetini consulis a. 123.* Gr.
- 1178 Q. ARTICVLEIVS REGVLVS honoratur t. Canusino IX 331 = D. 929. Praetor, pro consule, legatus imp. Caesaris Aug. patris patriae (non ante a. 752 = 2 a. C.); patronus (Canusinorum). Gr.
- 1179 Artic[uleia . . .], uxor ut videtur procuratoris cuiusdam hereditatum t. Tiburtinus XIV 3903. St.
- 1180 [. A?]RTORIVS, legatus Aug. pr. pr. (Moesiae inferioris) a. 120 III 7539 = 12493 = IGR 1, 606 t. bilinguis Tomitanus. Gr.
- 1181 Artorius, miles Romanus, in excidio Hierosolymorum a. 70 ex periculo servatus Ios. bell. 6, 188 sq. St.
- 1182 Artorius Iuven. 3, 29, cf. schol. St.
- 1183 M. Artorius Asclepiades, publice honoratus t. Attico IG 3, 570 (1) et Smyrnaeo CIG 3285 = IGR 4, 1444 (2), ipse dedicavit t. Delium CIG 2283 (3).

- Marcus Artorius Asclepiades t. 2; Marcus Artorius t. 1. *Plut. Brut. 41, ceterum Artorius. Ext. 2 post mortem ei posito πολυμαθίας χάριν Smyrnae fortasse colligi licet eum inde oriundum fuisse.*
- Medicus Augusti t. 2. *Val. Max. 1, 7, 1. Vell. 2, 70, 1. Lactant. inst. 2, 7, 22. Hieronym. chron. 187. Ol. p. 163 b H. et amicus Suet. Aug. 91, 1. Plut. l. l.; Ant. 22, in pugna Philippensi somnio monitus vitam Caesaris servavit Val. Max. 1, 7, 1. 2. Vell. l. l. Tertullian. de anima 46. Lactant. l. l.; e commentariis Augusti Plut. Brut. 41 et nomen neglegens id. Ant. 22. App. b. c. 4, 110, 463; item nomine eius non posito res narratur Suet. l. l. Dio 47, 41, 3. 4 Flor. 2, 17, 9. 10. Oros. 6, 18, 15. Post Actiacam victoriam naufragio periit Hieronym. l. l. Scripsit περί μακροβιοτίας Clem. Alex. paedag. 2, 2, 23, 1 et περί ύδροφοβίας Cael. Aurelian. acut. morb. 3, 14, affertur ib. 3, 11. 16. Mommsen CIL VI p. 3157 sq. ad eum rettulit VI 31767 tamquam elogii fragmentum, id quod probabilitate prorsus caret. St.*
- 184 **L. Artorius Castus.** *Tituli Dalmatici Epetinus III 1919, cf. 8513. 12813 (= D. 2770, add. 3 p. CLXXX) (1), Pituntinus III 14224, cf. p. 2328¹²⁰ (2), signaculum aeneum originis incertae Ridder Bronzes ant. du Louvre 2 n. 4026 (3). Nomen plenum t. 2. 3, L. Artori...stus t. 1. Centurio legionum III Gallicae, VI ferratae, II adiutricis, V Macedonicae t. 1, primus pilus legionis V Macedonicae t. 1. 2, praepositus classis Misenatum t. 1, praefectus legionis VI victricis t. 1. 2, dux (vexillationum) exercitus Britannici adversus Arm[orico]s, procurator centenarius Liburniae ius gladi t. 1. St.*
- 1185 **Artorius Geminus** *vix fuit filius Asclepiadis medici, ut posuit Mommsen. In t. mutilo urbano in sepulcro quodam ad Tiberim reperto VI 31767, quem ad Asclepiadem rettulit Mommsen (at cf. n. 1183), mentio fieri videtur [Arto]ri Gem[ini]. Idem commemoratur in titulis posteriorum in eodem sepulcro conditorum M. Septicii Q. f. C. n. C. et Gemini [Artori pronepotis] Surae VI 31765, Q. Marcii Q. f. C. n. C. et Gemini Artori pronepotis Bareae Surae VI 31766; itaque Artoria Gemini huius filia duobus viris nupsisse videtur, C. Septicio et C. Marcio. Huius opinor filius M. Artorius Geminus qui sequitur. Geminum hunc primum ex hac domo factum esse senatorem ideoque in posteriorum titulis eximio loco nominari statuit Mommsen nescio an recte. Gr.*
- 1186 **M. ARTORIVS GEMINVS,** *legatus Caesaris Augusti, praefectus aerarii militaris, t. dedicavit in aede Concordiae VI 90 = D. 3782, vix ante a. p. C. 10, quo aedes Concordiae a Tiberio restituta est. Quod si recte positum est, propter temporum rationes distinguendus a Gemino Artorio, proavo M. Septicii Surae et Q. Marcii Bareae Surae, probabiliter filius eius. M. Artorius Primus M. l., fortasse huius, architectus X 807. 841 = D. 5638 a t. Pompeiani. Gr.*
- 1187 **ARTORIVS MAXIMVS,** *praefectus urbi a. 298 chronogr. a. 354 p. 66 Momm-*

- sen. *Idem videtur* L. Art. Pius Maximus vir clarissimus proc(onsul) Asiae, qui Diocletiano dedicavit *t. Ephesinum III 14195, 27.* Gr.
- L. ART(ORIVS) PIVS MAXIMVS v. Artorius Maximus.
- 1188 M. Artorius Priscillus Vicasius Sabidianus, M. f., Palatina, tribunus cohortis XV voluntariorum civium Romanorum, tribunus legionis VII Claudiae piaae fidelis, praefectus alae I Pannoniorum, praefectus montis Berenicidis, epistrategus Thebaidos; flamen divi Augusti, patronus coloniae (*nescio cuius*) VI 32929 = D. 2700. St.
- 1189 C. Artorius Proculus, grammaticus *Quintil. 9, 1, 3.* *Idem videtur* Artorius quem affert *Fest. 252. 482. 500 L.* St.
- 1190 Artorius (*traditur* Arcorius) Rufus, ad quem dedit Pompeius Festus librum suum, *memoratus in catalogo quodam librorum Cluniacensi saec. XII Manitius Herm. 27, 319.* St.
- 1191 ARTORIA FLACCILLA, Novii Prisci uxor maritum a. 65 in exilium pulsum comitata est *Tac. a. 15, 71.* Maritus videtur D. Novius Priscus consul a. 78 vel pater eius. Gr.
- 1192 Q. ARV., consul (suffectus) a. 92 ex kal. Sept. cum C. Iulio Silano XIV 245 = 4536 *fasti Ostienses.* *Potest suppleri* Aru[lenus] et cogitari de Iunio Aruleno Rustico. Gr.
- 1193 Arviragus, *Iuven. 4, 127; ducem apparet fuisse Britannorum aetate Domitiani.* St.
- 1194 CN. ARVLENVS CAELIVS SABINVS, consul suffectus a. 69 cum T. Flavio Sabino. *Plena nomina VI 2051 tab. 1, 81 = D. 241, Cn. Arulenus D. 9059, ceterum Caelius Sabinus vel Caelius.*
- Consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere (*cf. Plut. Otho 1*), Caelio ac Flavio Sabinis in (kalendas) Iulias, quorum honoribus ne Vitellius quidem victor intercessit *Tac. h. 1, 77.* Consul pr. k. Maias VI 2051, 1, 81, k. Mai. *ib. 84 (mense Aprili medio Flavius Sabinus collega certe consul designatus fuit Tac. h. 2, 36).* Horum consulum nominibus annus indicatur D. 9059.
- Iuris consultus, C. Cassio Longino (*deportato a. 65*) successit, plurimum temporibus Vespasiani potuit *dig. 1, 2, 2, 53.*
- Scriptis librum de edicto aedilium curulium *Gell. 4, 2, 3, cf. 6, 4. Ulpian. libro primo ad edictum aedilium curulium, dig. 21, 1, 14 pr. 3. 10; 21, 1, 17, 1. 6—10. 12. 13. 15. 16; 21, 1, 38, 7. 11. Gaius libro primo ad edictum aedilium curulium dig. 21, 1, 20. Venuleius ib. 21, 1, 65, 2. Citatur praeterea a Gaio inst. 3, 70. 141 et a Papiniano dig. 35, 1, 72, 7. Fragmenta collegit Lenel Palingenesia 1, 77—82.* St.
- Q. (?) IVNIVS ARVLENVS RVSTICVS.
- L. GABO ARVNCVLEIVS P. ACILIVS SEVERVS.
- L. Gabo Arunculeius Valerianus.
- 1195 L. Aruseius, *Tac. a. 6, 40 (ante lacunam codicis); fortasse idem Aruseius,*

- qui accusator L. Arruntii punitus erat (*inter annos 29 et 31, qua de re quae libro quinto rettulerat Tacitus lacuna codicis perierunt*) *ib.* 7. St.
- 1196 Aryandes (*traditur* Ἀρβάνδου, *cf. Iusti Iran. Namensb. s. v.*), Abgari (VII.) regis Osroenorum filius, in deliciis Traiani, quem patri conciliat *Dio exc.* 68, 21, 2. 3 (= *Suid.* s. ἄκρα, ἐλλόβια, ἰκέτευμα, παρήγαγε). St.
- 1197 Asander, rex Bosporanus. *Titulus Panticapaeensis Latyshev Inscr. Ponti* 2, 25 = *IGR* 1, 874. (*Eundem esse qui βασιλεὺς Ἀσάνδροχος dicitur in titulo Aspurgi Latyshev ib.* 36, *quamquam viri nonnulli docti putaverunt, equidem negem*). *Nummi: Poole Br. M. Pontus cet. p.* 48 *tab.* 10, 8—11, *cf. p.* XXXI *sq.*, 6. *Sallet Beitr. zur Gesch. u. Numism. d. Könige d. Cimmer. Bosporus* 9 *sqq.* (*cf. Waddington Rev. num.* 1866, 417—420). *Koehne Mus. Kotchoubey* (1857) 2, 160 *sqq.* *Giel Kl. Beitr. z. ant. Numism. Südrussl.* (1866) 10. *Lemmé Catal.* (1872) 31 *sq.*
- Asander cura Bospori a Pharnace rege Ponti ei permissa res novas anno 47 a. C. molitus est a Romanis se regnum Bosporanum accepturum esse sperans *Dio* 42, 46, 4. *Appian. Mithrid.* 120. Pharnacen a Caesare victum in Bosporum fugientem propulsavit occiditque *Dio* 42, 47, 5. *App. l. c. Strabo* 13, 6. 25. Caesar tamen eum in fidem non recepit sed bellum ei inferre Mithridaten Pergamenum, quem regem Bospori constituerat (*bell. Alex.* 78, 2), iussit *Dio* 42, 48, 4. Mithridate devicto Asander regnum Bosporanum adeptus est *Strabo l. c.* Primum ethnarcha, dein ab Augusto rex appellatus est *Ps. Lucian. Macrob.* 17; *minus accurate, nam ex nummis constat eum, cum primum archontis nomine regnavisset, iam quarto anno regium nomen sumpsisse.* Regnum eius usque ad Tanaim patebat *Strabo* 11, 495, Hypanin flumen in Dandariorum fines avertit *ib.*, isthmum paeninsulae ad Maeotidem muro munivit *Hypsicrates ap. Strab.* 7, 311. Cum milites suos ad Scribonium quendam qui contra eum rebellavit transeuntes vidisset, vitam inedia finivit annos natus nonaginta tres *Ps. Lucian. l. c.* Mortuus est aliquod tempus ante a. 14 a. C. *Dio* 54, 24, 4. Uxor Dynamis Pharnacis filia cui regnum reliquit *ib. et tit. Eum mortuum esse iam a. 17/6 efficitur ex nummo aureo caput Dynameos solius cum inscriptione βασιλίσσης Δυνάμειος praebente cuso a. 281 aerae Bosporanae = 17/6 a. C. Nummi Asandri ipsius certe extant usque ad annum undetrigesimum (Br. Mus. l. c. n. 3).* St.
- 1198 Asclepario (*traditur* Ascletario), mathematicus a. 96 a Domitiano interfectus *Suet. Dom.* 15, 3. *Dio* 67, 16, 3 (*neque Xiphil. neque reliqui excerptores — cf. Boissev. ed. Dio* 3, p. 184 — *praeter anonym. ed. Treu nomen addunt; chron. Pasch.* 1, 468 *et anonym. p.* 32 Ἀσκληπίος; *Malal.* 10, 266 Ἀσκληπίω; *Cedren.* 1, 430 *confundit eum cum Nerva*). St.
- 1199 Asclepiades, Mendesius, scripsit Theologumenon libros *Suet. Aug.* 94, 4 (*qui ex eo hausit narratiunculam de Atiae, matris Augusti, concubitu*

- cum draconte, cf. *Dio* 45, 1, 2). *Nescio an idem sit Asclepiades qui scripsit Aegyptiaca Athen.* 3, p. 83 c; cf. *Rostowzew, Kolonat* p. 123 sq. St.
- 1200 Asclepiades, magistratus Prusae ad Olympum (*unde et Asclepiades medicus qui aetate Ciceronis novam sectam condidit Plin. n. h.* 7, 124; item *C. Calpurnius Asclaepiades medicus XI 3943 = D. 7789 Traiani aetatis Plin. ad Trai.* 81, 1. St.
- 1201 Asclepiades, procurator phari Alexandriae a. 246 *P. Oxy.* 10, 1271. St.
— M. Artorius Asclepiades.
- 1202 Asclepiodotus, poeta, procurator (ποιητοῦ τοῦ ἐπιτρόπου), cuius epigramma Thebis in basi statuae Memnonis inscriptum *CIG* 4747 *add.* p. 1204 = *Kaibel epigr. Gr.* 993. St.
- 1203 Asclepiodotus, compellatus a Frontone in oratione pro Demonstrato, qui eum ubi comperit ab imperatore Vero probari, sibi amicissimum fore pollicitus est *ad M. Antoninum* 2, 8, *ad Verum* 2, 9 p. 111. 137 N. = 2, 220. 234 *Haines.* St.
— Cassius Asclepiodotus.
— IVL(IVS) ASCLEPIODOTVS.
— Ascletario v. Asclepario.
- 1204 Q. ASCONIVS GABINIVS MODESTVS, praetor, pro consule . . . , praefectus aerari Saturni t. *posuit Patavinum, cuius initium perit V 2820.* Gr.
- 1205 Asconius Labeo, tutor Neronis, qui ei a. 54 ornamenta consularia a senatu petivit *Tac. a.* 13, 10. St.
- 1206 Q. Asconius Pedianus. *Praenomen* (T. Ps. *Acro Hor. serm.* 1, 2, 41 *perperam*) *Hieronym. chron. Ol.* 213 p. 188 e *H. et in inscriptionibus codicum.* Scriptor historicus, qui LXXIII. aetatis suae anno captus luminibus, XII postea annis in summo omnium honore consenescit (*i. q. obiit*) *Hieronym. l. l. Patavinus, cum et 'Livius noster' dicatur* p. 60 St. (cf. *Quintil.* 1, 7, 24) *et Asconios complures Patavinos noverimus, cf. n. 1204 et eos qui sequuntur, et de Peditano quodam iuvene ex agro Patavino oriundo narret Sil. Ital.* 12, 212 sqq. De Vergili ecloga quarta in honorem (C. Asini) Galli facta ab hoc ipso audivit *Serv. ecl.* 4, 11. (Q.) Iunius Blaesus consul (*anno 28 ut videtur*) eum inducit in convivium apud M. (Gavium) Apicium *Suid. s. Ἀπίκιος Μάρκος A 3213 Adler (= Aelian. fr. 110 H.).*
Scripsit librum contra obtrectatores Vergilii *Donat. (Suet.) vita Verg.* 46 p. 22 D. (*eius verba ap. Macrob.* 3, 5, 16), cf. 10, 10. *Ps. Prob. in Verg.* p. 329 H. *Serv. l. c. Philargyr. ecl.* 3, 105 (ait se audisse Vergilium dicentem *manifesto errore*), vitam Sallustii *Ps. Acro l. c., fortasse et symposium Suid. l. c. Plin. n. h.* 7, 159 (*et ind.* 7), cf. *Hirzel Rh. M.* 43, 314 sqq. *Extant nonnulli eius commentarii in Ciceronis orationes pro filiis aetatis nondum senatoriae scripti* p. 38 St. Cf. *Schanz* 2, 2³, 434 sqq. St.
- 1207 [C. ASCONIVS?] C. F. FAB(IA) SA[RDVS? SECVN?]DVS P. CESTI[VS

..... VM]BRIVS DEXTER DVCENIVS, [proco(n)]s(ul) provincia[e] (*ceteri honores perierunt*) nominatur in t. valde mutilo Patavino V 2824. *Supplementa nominum supra proposita, quae prorsus incerta esse vix est quod moneam, inde petita sunt, quod Asconios Sardos Patavii summis honoribus functos esse constat (cf. n. 1208. 1209).*

Is qui Valentiae posuit titulum nunc mutilum V 7447, in quo extat [Pom]ponianus Secundus P. Cest[ius] ius Priscus Ducenius Proc[ulus], [legatus Imp. Ca]es. Nervae Traiani legion[is], sevir equitum Romanorum] turm(ae) VI, tribunus militum legionis XXI ra[pa]cis], aut cum hoc arta necessitudine coniunctus fuit aut, quod mihi probabilius videtur, idem. Quod si statuitur, vir ille polyonymus pleniore nec tamen integro nomine dictus esse videtur C. Asconius C. f. Fabia Sardus Pomponianus Secundus P. Cestius Umbrius Dexter ... ius Priscus Ducenius Proculus (cf. etiam nomina Ummidiae Quadratillae Asconiae Secundae Not. d. sc. 1929, 29). Ducenii Proculi nomina a consule suffecto a. 87 derivata esse putaverim. Gr.

1208 C. Asconius Sardus, C. f., Fabia, IIII vir iure dicundo Patavii, praefectus fabrum, frater Asconiae V 2829 = D. 6692. St.

1209 Asconia, C. (Asconii) Sardi et Cusiniae M. f. filia, C. Asconii Sardi soror, Augurini (uxor), (Patavii) sacerdos divae Domitillae (*filiae Vespasiani defunctae patre privato*), fratri et matri et sibi posuit t. sepulcrem Patavii V 2829 = D. 6692; mater potius quam uxor T. Mustii Hostilii Fabricii Medullae Augurini V 2822 t. Patavinus. Gr.

— VMMIDIA QVADRATILLA ASCONIA SECVNDA.

1210 Marcus (?) Asellio (Marcum Asellionem traditur, Marcium scribendum videtur cf. Hirschfeld Kl. Schr. 895, 1), homo nobilis ab imp. Septimio Severo occisus vita Severi 13, 7. Gr.

1211 ASELLIVS AEMILIANVS memoratur in t. graeco Nelae (in Batanaea) reperto IGR 3, 1262. — Nummi Pautaliae a) in adversa cum capite imperatoris Marci et inscriptione Αὐτ. Καί. Μ. Αὐρ. Ἀντωνίνος, in aversa ἡγε(μονεύοντος) Ἀσέλλι. Αἰμιλιανοῦ Οὐ(λ)πίας Π[αυ]ταλίας Num. Ztschr. 44, 1911, 153 b) in parte adversa faciem Commodi pueri exhibens et inscriptionem Αὐτ. Καίς. Λ. Αὐρ. Κόμοδος, in aversa ἡγε. Ἀσελ. Αἰμιλιανοῦ Οὐλπίας Παυταλίας Ztschr. f. Num. 24, 1904, 32. — Ἀσέλλιος Αἰμιλλιαν[ός] tit. Aemilianus apud scriptores.

Legatus (Augustorum pr. pr. provinciae Thraciae) intra a. 176 et 180 nummi cf. Stein Thracia p. 32. [Eius coniecerim nomina crasa esse in t. Traianensi, Welkow Antike Denkm. aus Bulgarien (1926), 128, posito inter annos 175 et 180 (M. Antonino Germanico Sarmatico) ἡγεμονεύοντος τῆς ἐπαρχίας ... St.] Consul suffectus paullo ante a. 180, ut colligi potest ex tempore proconsulatus Asiae. Legatus (Aug. pr. pr. provinciae Syriae) titulus (ὑπατικός). Herodian. 3, 2, 3 anno decimo Commodi t.

(ἔτους ι'), qui annus congruit cum a. p. C. 185/186 (cf. Kubitschek Num. Ztschr. 1911 l. l.; ad a. 189 titulum rettulerat Waddington Fast. n. 160), sed possunt in titulo post ι' notae numerales intercuisse (cf. Harrer Stud. in the hist. of Syria p. 41 seq.). In legatione Syriae successit ei Pescennius Niger Herodian. l. l.; ipse successit ni fallor Iulio Saturnino, quem anno decimo Commodi Syriae praefuisse t. Soadenus IGR 3, 1277 indicare videtur. Acri ingenio et magno in re publica usu inter omnes sui temporis senatores excellebat, in multis provinciis regendis probatus Dio exc. 74, 6, 2. Necessarius D. Clodii Albini Dio l. l.

Proconsul Asiae a. 193 Herodian. 3, 2, 2, anno 192/193 ut videtur, nam liberi eius a. 193 Romae fuerunt (Herodian. 3, 2, 3), id quod convenit consuetudini Commodi, qui liberos praesidum provinciarum Romae retinere solebat (cf. Herodian. 3, 2, 4), alienum vero fuit a moribus Pertinacis. Ad proconsulatum Asiae rettulit Waddington l. l. fragmentum Smyrnaeum CIG 3211 neque tamen certum videtur, utrum Αἰμυλῖ[ανοῦ] scriptum fuerit in lapide an Αἰμυλίου (sic IGR 4, 1415). — Dux a Pescennio Nigro electus est Dio 74, 6, 2. Herodian. 3, 2, 2. vita Nigri 5, 7. (A senatu Severo auctore) hostis appellatus vita Sev. 8, 13, 15; Nigri 5, 7; Severus Aemiliano non ignovit vita Sev. 8, 15. Nigrum fertur prodidisse liberis metuens, quos Severus Romae in sua potestate tenebat Herodian. 3, 2, 3. 5 cf. Dio 74, 6, 2. Apud Cyzicum a Severi ducibus victus est Dio-Xiph. 74, 6, 4. Herodian. 3, 2, 6. vita Sev. 8, 16; Nigri 5, 7. Cyzicum primum confugit atque inde in aliam civitatem, in qua ducum Severi iussu occisus est vita Sev. 8, 16 (cf. 9, 3). Dio 74, 6, 4, cf. Hasebroek Sept. Sev. 63.

Coniectura sane incerta nomina eius restituere conatus sum (apud Emil. Ritterling-Ernestum Stein Fasti des römischen Deutschland, 1932) in titulo acephalo Mogontiacensi XIII 6806: [leg. Aug.] pr. pr. prof[v]in[ci]arum] Thrac(iae) Moes(iae) sup(erioris) Rae[t(iae)] Germ(aniae) sup(erioris) et Britt(anniae) et Modestiana eius et Caerellii Marcianus et Germanilla filii (cf. quae exposui l. l.). Gr.

- 1212 Asellius Claudianus, homo nobilis ab imp. Severo occisus vita Severi 13, 1; probabiliter necessitudine coniunctus cum Asellio Aemiliano. Gr.
- 1213 Asellius Sabinus, donatus ab imperatore Tiberio pro dialogo, in quo boleti et ficedulae et ostreae et turdi certamen induxerat Suet. Tib. 42, 1. Idem videtur Sabinus Asilius, venustissimus inter rhetores scurra Sen. suas. 2, 12 et Sabinus de cuius facete dictis Sen. contr. 9, 4, 17—21 (traditur sane ab tullio et a sabino vel similiter, significatur tamen hic, quare Kiesslingii coniecturam (Jahrb. f. cl. Phil. 103, 646) secuti Müller et Bornecque edunt ab Asilio Sabino), comes Occii Flammae proconsulis Cretae, rerum capitalium reus in carcerem ductus in senatu se defendit (post Seiani interitum) ib. Nec diversus videtur Asellius Sen. epist.

- 40, 9, fortasse etiam Asillius (vel Asellius) a. 14 p. C. comes Gaio puerulo qui postea imperavit ab Augusto datus *Suet. Cal. 8, 4.* *St.*
- Ta...a Cornelia Asiana v. sub *Corneliis.*
- 1214 [A]SIA[TI]CA, (M. Lollii Paulini) Valerii Asiatici (Saturnini) bis consulis (*cos. II a. 125*) et praefecti urbis uxor, honoratur t. *graeco Gortynio CIG 2587 = IGR 1, 967.* *Gr.*
- AEMILIA PAVLINA ASIATICA.
- 1215 Asiaticus, unus ex principibus Gallorum qui a. 68 pro (Iulio) Vindice pugnauerant, a militibus Vitellio cedente a. 69 ad supplicium postulatur *Tac. h. 2, 94.* *St.*
- 1216 Asiaticus, libertus et deliciae Vitellii, a quo post multas fortunae vicissitudines primo imperii die equestri dignitate exornatus est *Tac. h. 2, 57. Suet. Vitell. 12.* Multum apud Vitellium potuit *Tac. ib. 95. Suet. l. c. Plut. Galba 20.* Post necem Vitellii Muciani iussu supplicio affectus est *Tac. ib. et 4, 11. Memoratur Apoll. Sidon. epist. 5, 7, 3.* *St.*
- L. Antistius Asiaticus.
- M. Antonius Navillus Asiaticus.
- P. CORNELIVS SCIPIO ASIATICVS.
- Iulius Asiaticus.
- M. LOLLIVS PAVLLINVS VALERIVS ASIATICVS SATVRNINVS v. sub *Valeriis.*
- VALERIVS ASIATICVS.
- D. VALERIVS ASIATICVS.
- (VALERIVS) TAVRVS ASIATICVS.
- 1217 M. Asidonius Verus Faventinus, vir perfectissimus, a studiis Aureliani Augusti t. *Tarraconensis*, quem posuit Ulpiae Severinae Augustae *Ann. ép. 1930, 150.* *St.*
- 1218 Asidonia Galla, uxor Iulii Fidi Aquilae *III 45.* *St.*
- 1219 Asilius, ad quem scripsit Themiso medicus secundum librum epistularum *Cael. Aurelian. acut. morb. 3, 18 (sed cf. morb. chron. 4, 1).* *St.*
- Vinnius Asina.
- 1220 C. ASINIVS C. Asinius Hierax kalator nominatur in laterculis kalatorum pontificum et flaminum a. 101 et 102 p. C. *VI 32 445. 31 034;* patronus ergo his annis aut pontifex aut flamen fuit. *Gr.*
- 1221 CN. ASINIVS, Pollionis et Agrippae nepos, patronus Puteolanorum, a quibus honoratur *X 1682 = D. 933;* filius ergo C. Asinii Galli *cos. a. 746 et Vipsaniae Agrippinae;* cf. sub *Asinio Salonino (n. 1253).* *Gr.*
- 1222 HERIVS (ASINIUS), filius C. Asinii Pollionis, mortuus vivo etiamtum patre ante a. 4 p. C. *Sen. contr. 4 pr. 4. 5.* *Gr.*
- 1223 M. ASINIVS AGRIPPA, consul a. 25 p. C. *In consulatu: M. Asinius Agrippa I² p. 71 fasti Arv. (min. XIV). XI 3613 = D. 5052. M. Asinius A. (AV traditur) V 5594. M. Asinius VI 10 051 = D. 5283. IV 2552. I 776 = Herzog Tesserae numm. p. 40, 94. Cassiodor. p. 136 Mommsen;* M. [ἦ Γ.]

Ἀσίνιος [M. ἦ] Γ. υἱ. Ἀγρίππας Dio ind. l. 57 (quomodo error librarii explicandus sit, docet Boissevain Dio vol. 2, 559); Asinius Agrippa Tac. a. 4, 34, ceterum Agrippa fasti. — Asinius Agrippa Tac. a. 4, 61.

Filius sine dubio C. Asinii Galli consulis a. 746 et Vipsaniae M. Agrippae filiae (cf. n. 1229). Claris maioribus quam vetustis vitaque non degener Tac. a. 4, 61. Consul (cf. Tac. a. 6, 23) a. 25 p. C. cum Cosso Cornelio Lentulo v. supra (errore Agrippa II et Lentulo (Galva) fasti Hydat., chron. Pasch., Epiphan. p. 219 Mommsen), dein cum C. Pet(ronio) ut videtur I 776 = Herzog 94 (n. Sep.). Decessit a. 26 Tac. a. 4, 61. Gr.

1224 ASINIVS BASSVS, maximus ex liberis Asinii Rufi praetorii; Plinius a (C. Minicio) Fundano (consule suff. a. 107), cui consulatum destinatum esse credebat, petiit, ut Bassum quaestorem eligeret ep. 4, 15, 6—13 (cf. Otto Sitz.-Ber. Münch. 1919, 10 p. 33 sq.). Gr.

1225 SER. ASINIVS CELER, consul suffectus a. 38. Tituli: ei positus est Teatinus, cuius tantum initium extat IX 3017 (1); nominatur in titulis Tusculano mutilo XIV 2599 (2), urbanis servi filiae VI 9901 (3), liberti matris VI 9901 a = D. 8540 (4).

In consulatu: Ser. Asinius Celer XIV 4535 fasti Ostienses, Frontin. aq. 102 (serasinus celera...tonio quintiliano cod., v. infra), ex restitutione VI 2028 d. 18 acta Arv.;ius Celer XI 7269. — Ser. Asin[ius] Celer t. 1. [Asi]nius Celer t. 2. Celer t. 3. 4. Asinius Celer apud scriptores.

Galli filius t. 4, sc. C. Asinii Galli consulis a. 746 et Vipsaniae Agrippinae (cf. n. 1229). Consul secundo semestri a. 38 cum Sex. Nonio Quintiliano v. supra; consularis Sen. apocolocynt. 13, 5. Plin. n. h. 9, 67. Macrob. sat. 3, 16, 9. Curatorem aquarum fuisse ex loco mutilo Frontini (v. supra) coniecit Mommsen nescio num recte. A Gaio principe piscem ingenti pretio mercatus Plin. Macrob. ll. ll. Tertullian. de pallio 5. Amicus Claudii Sen. l. l.; a Claudio occisus Sen. l. l. ante medium a. 47, ut apparet ex silentio Taciti. Celeri fratris Galli coniurationem (cf. n. 1228) mortis causam fuisse censuit Lehmann (Claudius p. 262), cui assensus est Smilda ad Suet. Cl. 13. — Vix hic Atines (Asinius corr. Buecheler Rh. Mus. 34, 346) Celer, qui comoediam quandam scripsit pueriliter schol. Pers. 1, 134 p. 278 Jahn (num scholiastae fides habenda sit, iure dubitaveris, cf. Jahn p. LXXII. Teuffel 2⁷ § 285, 1).

Asinia Agrippina filia t. 3. — M. Vipsanius Agrippinae (matris sc. Celeris huius) l. Thales conlactani(us) Celeris Galli fili t. 4. Quomodo t. 2: [Asini]a Pollionis f(ilia?)..... [Asi]ni Celeris... [Asin]ius Pollio f..... restituendus sit, non liquet; nam Asinia, quae hunc t. cum Asinio Pollione filio ut videtur posuit, nullo modo potest nupta fuisse Asinio Celeri, patris scil. fratri, neque admitti potest supplementum [fratris Asi]ni Celeris; fortasse legendum est [Asi]ni Celeris [neptis], ita ut Pollio is, qui nominatur v. 1, filius Celeris fuerit aliunde ignotus. Neque minorem dubita-

tionem movet fragmentum t. urbani insolito more concepti VI 1353, quod sic fere supplendum esse censuit Mommsen: [f(ilia), C. Asini Gallj neptis, C. Asin[ium C. Asini Galli f(ilium) C. Asini] Pollionis n(epotem) Pollionem, [X virum stl(itibus) iu]d(icandis), q(uaestorem) Ti. Cae[saris],, co(n)s(ulem), frat]rem Drusi Caesaris, fra[trem, post mortem ut honoraret] intermitter[e coacta statua ornavit]. Quae supplementa etsi plane incerta esse ne Mommsen quidem (qui cogitavit de C. Asinio Pollione cos. a. 23) negavit, id tamen non sine probabilitate quadam colligi licet unius ex Asinii Galli filiis memoriam post mortem interceptam a femina arta necessitudine cum eo coniuncta restitutam esse. Quem eundem esse ac Ser. Asinium Celerem a Claudio occisum me quidem iudice veri non est absimile; feminam igitur illam, quae memoriam viri maiestatis damnati restituit, filiam eius supra commemoratam fuisse putaverim. Gr.

1226 ASINIVS CLARVS. Asinio C[laro], c(larissimo) i(uveni), in operculo sarco-
phagi VI 31 949 (= 12 520). Gr.

1227 Asinius Epicadus, hybrida Parthinus cum L. Audasio in Augustum sub
finem imperii conspiravit, ut Iuliam eiusque filium Agrippam Postumum
ex insulis, quibus continebantur, ad exercitus raperent Suet. Aug. 19.
Natus videtur liberto quodam Asinii Pollionis qui de Parthinis triumphavit.
St.

— ASI(NIVS?) FVSCVS (Waddington Fast. As. n. 111. Münsterberg Num. Z.
60, 75) v. infra Fuscus.

1228 ASINIVS GALLVS, Pollionis oratoris nepos Suet. Claud. 13, Drusi Caesaris
frater uterinus Dio 60, 27, 5, filius ergo C. Asinii Galli consulis a. 746
et Vipsaniae M. Agrippae filiae (cf. n. 1229). Cum Statilio Corvino a. 46
in Claudium coniuravit assumptis compluribus libertis Claudii atque
servis Suet., Dio ll. ll.; in exilium actus est Dio l. l. Statura brevis et
corpore deformis Dio l. l. Gr.

1229 C. ASINIVS GALLVS, consul a. 746 = 8 a. C. Tituli: ipse posuit consul
cum collega cippos terminales urbanos (quorum complures a curatoribus
riparum a. 15 restituti sunt) VI 1235 = 31 541 = D. 5923 (1—20), in
plerisque nomina in litura reposita sunt; memoratur in titulo col-
legae urbano VI 36 789 = D. 8894 (21), ubi nomina eius item erasa et
postea restituta sunt, in actis ludorum saecularium anni a. C. 17 VI 32 323
v. 107. 151. 168 (hoc loco nomen eius videtur deletum, aliis mansit
integrum) (22), in titulo Teatino IX 3018 = D. 5761 (23), in titulo
graeco in Astypalaea insula reperto IG 12, 3, 174 = IGR 4, 1031 =
Ditt. Syll. ³ 780 (24); nominatus fuit in quattuor eiusdem tituli Ephesini
exemplis III 6070 = 7118 = Inscr. Br. Mus. 3, 522 = D. 97 (25—28),
in quibus nomen ita erasum est, ut in duobus solis vestigia certa eius re-
manserint. Nomina eius consulto deleta esse videntur in titulo Agrippinae

uzoris Laude Pompeia reperto V 6359 = D. 165 (29). Asinii Galli nomen fortasse supplendum est in t. urbano VI 1353 admodum mutilo, qui quomodo conceptus fuerit non liquet (30), cf. supra n. 1225. Incertum est utrum ad hunc an ad C. Asinium Pollionem filium eius pertineat t. Atticus IG 3, 583 (31). Denique nomen eius extat in t. liberti collactanei (Asinii) Celeris Galli fili VI 9901 a = D. 8540 (32), in titulis libertorum servorumve urbanis Bull. com. 51, 76 (34), VI 2209 = D. 5002 (35), qui potius ad eum quam ad filium cognominem referendi sunt.

Nummi: I sestertii in parte adversa inscripti ob civis servatos in aversa C. Asinius C. f. Gallus III vir a. a. a. f. f. in medio s. c. Cohen² Aug. n. 367, melius Babelon Monn. rép. Rom. 1, 222, 1. Grueber Coins 2, 57, 4494. Mattingly Br. Mus. 1, 32, 157. Willers Kupferpräg. 137, 145. II dupondii a) in aversa Augustus tribunic. potest. in aversa C. Asinius Gallus III vir a. a. a. f. f. in medio s. c. Cohen Aug. n. 368. Babelon n. 2. Grueber 58, 4495. 4496. Mattingly l. c. 32, 158—160. Willers 138, 146 b) cum eadem aversa, in aversa C. Asinius III vir a. a. a. f. f. in medio s. c. Willers n. 147 (secundum Thesaurum Morellianum Asinia n. 1—4). III asses a) in aversa Caesar Augustus tribunic. potest., in aversa C. Asinius Gallus III vir a. a. a. f. f. in medio s. c. Cohen Aug. n. 369. Babelon n. 3. Grueber n. 4497—4500. Mattingly l. c. 33, 161—164. Willers n. 148 b) cum eadem aversa, in aversa C. Asinius III vir a. a. a. f. f. Willers n. 149 (Bahrfeldt Num. Ztschr. 28, 49, Nachtr. z. Münzkde. 1, 49). IV Temni Aeoliae cusi in aversa exhibentes caput Galli cum inscriptione Ἀσίνιος Γάλλος ἀγνός, in aversa Ἀπολλᾶς Φαινίου Ταμνιτᾶν Waddington Fast. As. n. 58. Babelon Coll. Wadd. n. 1350. Br. Mus. Troas, Aeolis, Lesbos 146, 24—26 (male descripti Mionnet 3, 28, 166; suppl. 6, 41, 260—262). Non pertinent ad Gallum nummi Atarneae Mysiae cusi, qui in parte aversa exhibent Ἀσινίου ἀνθυπάτου Ῥωμαίων Waddington Fast. As. n. 17. Br. Mus. Mysia 14, 7 (de avo Galli huius cogitavit Waddington, sed potius patruus eius fuisse potest).

In consulatu: C. Asinius C. f. Gallus t. 1—20 v. supra. Γ. Ἀσίνιος Γ. υἱ. Γάλλος Dio ind. l. 55 (ἀσιάνιος cod. Marc., corr. Boiss.). C. Asinius Gallus t. 21. V 4201 = D. 4902. VI 458. XI 844 (ex restitutione XII 2623, ubi nomina erasa sunt). Plin. n. h. 33, 135. Suet. v. Hor. p. 48 Reiff. Censorin. 22, 16. C. Asinius Monum. Ancyr. c. 8 (lat. 2, 6, gr. 4, 18). I 746 = Herzog Tess. numm. 40, 74. Cassiod. p. 135 Mommsen. Asinius Gallus Dio 55, 5, 1, ceterum Gallus fasti. — C. Asinius C. f. Gallus nummi I. Γάϊος Ἀσίνιος Γαῖου υἱός t. 31 (si ad hunc pertinet). C. Asinius Gallus t. 23. 25—28 (v. supra). C. Asinius t. 22 v. 151, Asinius Gallus ib. v. 107. C. Asinius Gallus nummi II a. III a. C. Asinius nummi II b. III b. Asinius Gallus numm. IV. Γάλλος Ἀσίνιος t. 24 (in epistula scripta ab Augusto). (C. Asinius) Gallus t. 34, Asinius Gallus t. 35. —

Gaius Asinius Gallus *Hieron. chron. Ol. 198 p. 171 Helm* = p. 253 *Fotheringham*; *ceterum apud scriptores Asinius Gallus vel Gallus.*

C. f. v. *supra*, C. Asinii Pollionis consulis a. 714 (n. 1241) filius *Sen. contr. 4 praef. 4. Tac. a. 1, 12. Hieron. l. l.* (ex Quintia L. Quintii filia cf. *App. b. c. 4, 12, 46; 27, 114*); filius natu maximus Pollione consule designato (i. e. a. 713 = 41 a. C.) natus *Serv. Verg. ecl. 4, 11 (cf. n. 1241)*. Asconius Pedianus a Gallo audisse se refert eclogam (quartam Vergilii) in honorem eius factam, alii Saloninum, Galli fratrem minorem in consulatu patris natum, accipiunt *Serv. ecl. 4, 11; Vergilius loquitur de filio Pollionis Macrob. 3, 7, 1. Hieron. l. l.: id homines docti copiose disseruerunt; proinde de eadem re verba facere supervacaneum est.*

III vir aere argento auro flando feriundo collegis C. Cassio Celere et C. Gallio Luperco ut videtur (cf. *Grueber p. 57. Mattingly 1 p. XCV. Willers p. 137. 155*) nummi, quos non ante a. 731 cusos esse ex appellatione Augusti (v. *supra*) sequitur; non post a. 734 triumviros officio junctos esse videtur colligi posse ex tempore consulatus Galli (de anno 739, id quod voluit *Grueber l. l., cogitari non potest*). *Willers hoc monetarium collegium a. 732 vel 733 attribuit.* — XV vir sacris faciundis interfuit ludis saecularibus a. 737 = 17 a. C. t. 22, videtur sacerdotio exornatus esse iam ante quaesturam; ut XV vir censuit a. 15 p. C. in senatu, ut libri Sibyllini adirentur *Tac. a. 1, 76.* — Praetor designatus t. 31 (siquidem ad eum pertinet). Consul a. 746 = 8 a. C. cum C. Marcio Censorino v. *supra*. Consules cum de ambitu postularentur, Augustus noluit de hac re iudicari *Dio 55, 5, 3; ludos votivos pro reditu Augusti Iovi o. m. fecerunt t. 21 cf. Dio 55, 5, 2; ripam Tiberis terminaverunt ex senatus consulto t. 1—20 (v. supra).* Proconsul Asiae t. 25—28. 24 (ubi magistratus vocabulum omittitur). numm. IV, a. 748 t. 24, a. 749 t. 25—28, anno ergo proconsulari 748/749 = 6/5 a. C. — Ὁ ἐμὸς φίλος nuncupatur ab Augusto t. 24. — Aquam perduxit in municipium Teatinorum t. 23 (*Asinios liberae rei publicae temporibus inter Marrucinos principem locum obtinuisse constat*).

Augustus supremis sermonibus cum tractaret, quinam adipisei principem locum suffecturi abnuerent aut inpares vellent vel idem possent cuperentque, Gallum Asinium dixerat avidum et minorem *Tac. a. 1, 13. A. 14* Tiberium in senatu offendit pridem invisus, tamquam ducta in matrimonium Vipsania Agrippina plus quam civilia agitare Pollionisque Asinii patris ferociam retineret *ib. 1, 12. Dio 57, 2, 5. 6. 7; 58, 3, 1. Sententiae eius in senatu dictae a. 14 Tac. a. 1, 8, a. 15 ib. 1, 76. 77, a. 16 ib. 2, 32. 33. 35. 36, a. 24 ib. 4, 20. 30, a. 28 ib. 4, 71; a. 20 Cn. Pisoni reo patronus adesse noluit ib. 3, 11. Seianum coluit (cf. *Tac. 4, 71*) eumque summis honoribus ornandum esse censuit; legatis ob eam rem ad Tiberium missis interesse voluit *Dio exc. 58, 3, 1. 2. A. 30 (cf. Tac. a. 6, 23)**

Tiberius litteras contra Gallum ad senatum dedit, quibus praeter alia eum incusabat, quod amicitiae invideret, quae inter se et Seianum intercederet, quamquam Gallus ipse (Valli) Syriaci amicitia uteretur *Dio* 58, 3, 1. 2 cf. *Tac. a.* 1, 13. Eodem die, cum Capreis cum Tiberio convivaretur (legatus sc. a senatu ad Caesarem missus), a senatu damnatus est, sed Tiberius, quasi ipse coram senatu decernere vellet, distulit causam et Gallum in custodia haberi iussit *Dio* 58, 3, 3. 4. In custodia consulum vel praetorum per triennium servabatur, amici et servi eum adire vetabantur cibo praeter necessarium ei detracto *ib.* 3, 4. 5. 6; 18, 4 cf. *Tac. a.* 6, 23. *Suet. Tib.* 61, 4. Vallius Syriacus, Galli amicus, capitis damnatus est *Dio* 58, 3, 7 cf. *Sen. contr.* 2, 1, 36. *Sen. ep.* 55, 3. A. 33 diem obiit Gallus, quem egestate cibi peremptum haud dubium, sponte vel necessitate incertum habebatur; consultusque Caesar, an sepeliri sineret, non erubuit permittere ultroque incusare casus, qui reum abstulissent, antequam coram convinceretur *Tac. a.* 6, 23. *Dio* 58, 23, 6 cf. 57, 2, 7; Asinius Gallus diris a Tiberio suppliciis enecatur *Hieron. l. c.* Agrippinae paullo post mortuae Tiberius impudicitiam et Asinium Gallum adulterum obiecit eiusque morte ad taedium vitae compulsam *Tac. a.* 6, 25. *Memoria Galli damnata, itaque nomen in publicis monumentis erasum* cf. t. 1—19. 21. 22 v. 168. 25—28. 29. XII 2623, sed postea (sc. post mortem Tiberii) restitutum est cf. t. 1—19. 21.

Magnus orator, nisi illum magnitudo patris obrueret *Sen. contr.* 4 pr. 4. *Hieron. l. l.*; scripsit libros de comparatione patris et Ciceronis *Plin. ep.* 7, 4, 3. 6. *Quintil.* 12, 1, 22. *Gellius* 17, 1, 1. 2; Claudius composuit Ciceronis defensionem adversus Asini Galli libros *Suet. Claud.* 41. Epigramma eius in Pomponium Marcellum grammaticum *Suet. gramm.* 22 (p. 30 Robinson). — Mensa citrea eius insignis *Plin. n. h.* 13, 92. *Tertull. de pallio* 5.

Vipsaniam Agrippinam M. Agrippae filiam post divortium Tiberii (a. 742 = 12 a. C.) in matrimonium duxit *Tac. a.* 1, 12. *Dio* 57, 2, 7; 58, 3, 1; vitricus Drusi Caesaris, Tiberii filii, quem ut filium sibi vindicavit *Dio* 57, 2, 7 cf. 60, 27, 5. *Tac. a.* 3, 19 et t. perquam mutilum urbanum VI 1353, ubi Galli huius filium nescio quem [frat]rem Drusi Caesaris appellari probabiliter coniecit Mommsen (v. supra n. 1225). Agrippina, M. Agrippae filia, Drusi Caesaris mater, [C. Asinii Galli uxor] honoratur t. 29 (v. supra); a. 20 p. C. vita functa est *Tac. a.* 3, 19. Agrippina Germanici uxor matertera erat liberorum Galli *Tac. a.* 4, 71. — Tot consularium parens *Tac. a.* 6, 23 sub a. 33 (minus accurate, nam ante hunc annum non nisi duo ex Galli filiis fasces gesserant). Filii: C. Asinius Pollio cos. a. 23, M. Asinius Agrippa cos. a. 25, Ser. Asinius Celer cos. a. 38, Asinius Gallus (n. 1228), Asinius Salo-

ninus; Cn. Asinius (n. 1221) *utrum sextus filius putandus sit an idem fuerit atque Gallus aut Saloninus, in medio relinquendum est.* — Liberti t. 34 (tector ex Pallacinis), servi t. 35 (Doridi Asinii Galli aedituae a Diana Antiochus conser. b. m. f.). Liberti servique Asiniorum in eodem sine dubio monumento sepulti: VI 2209. 5485 (?). 9194. 9385. 9395. 9396. 9901. 9901 a. 9901 b. 12517. Gr.

— C. ASINIVS IVLIANVS v. *infra* n. 1237.

1230 C. ASINIVS LEPIDVS PRAETEXTATVS, consul a. 242 cum C. Vettio Grato Attico Sabiniano. *In consulatu:* C. Asinius Lepidus Praetextatus VI 37110. C. Asinius Praetextatus VI 2133. IX 3429 = D. 6110. Ἀσινίῳ Πραετέξατῳ IG 12, 7, 53 = Ditt. Syll.³ 889, *alibi* Praetextatus (*vita Gord.* 26, 3) *fasti.* Gr.

1231 Asinius Marcellus (*traditur asinus*), pastophorus Isidis *Apul. metam.* 11, 27. St.

1232 M. ASINIVS MARCELLVS, consul a. 54. *In consulatu:* M. Asinius Marcellus *dipl. mil. Compt. rend.* 1930, 132 sq.; *tab. cer. Pomp.* IV 3340 n. 5, M. Asinius *ib.* n. 6—8, M. n. 9. M. Asinius *Tac. a.* 12, 64 (*masilinio cod.*). Asinius Marcellus *Suet. Claud.* 45, *ceterum* Marcellus *fasti (errore Marcellinus Prosper Tiro p. 412, Cassiodor. 2, p. 138 Mommsen).* — Asinius Marcellus *Tac. a.* 14, 40.

Asinii Pollionis pronepos *Tac. a.* 14, 40; *non liquet, utrum nepos fuerit Asinii Galli consulis a. 746 et Vipsaniae Agrippinae (cf. n. 1229) an filius M. Claudii Marcelli Aesernini praetoris a. 19, Asinii Pollionis ex filia nepotis. Incertum num hic us Marcellus, qui inter salios Palatinos ut videtur cooptatus est paullo ante a. 40 VI 37162 = D. 9339, nam et de Q. Asinio Marcello (n. 1234) cogitari potest. Consul a. 54 cum M. Acilio Aviola (ubi vide). A. 61 falsi accusatus, sed memoria maiorum et preces Caesaris poenae magis quam infamiae eum exemere Tac. a. 14, 40, si recte hoc loco consul a. 54 intellegitur; nam mirum esset eum a Tacito non appellari consularem (fortasse frater fuit consulis a. 54 aliunde ignotus).* Asinio Pollione proavo clarus neque morum spernendus habebatur nisi quod paupertatem praecipuum malorum credebatur *Tac. l. l.* Gr.

1233 M. ASINIVS MARCELLVS, consul a. 104 cum Sex. Attio Suburano II. *In consulatu:* M. Asinius Marcellus *Forsch. Ephes.* 2, 128 sq. n. 27 v. 447 sq. *cf. v.* 134 sq., *ceterum* Marcellus *fasti.* M. Asinius Silvester, qui nominatur in laterculo kalatorum pontificum et flaminum a. 101/102 VI 32445. 31034, *libertus eius videtur fuisse, ipse ergo pontifex vel flamen. Nepos probabiliter M. Asinii Marcelli consulis a. 54.* Gr.

1234 Q. ASINIVS MARCELLVS honoratur titulis Ostiensibus: publice XIV 4447 (1), a collegio quodam iuvenum *ib.* 4448 (2); memorari videtur in fragmento *fastorum Ostiensium ib.* 4542 (3).

Q. Asinius Q. fil. Trom(entina) Marcellus t. 1. [Q. As]inius Q. f. [T]rom.

- [Ma]rcellus t. 2. Q. Asinius Mar[cellus] t. 3. — *Cursum honorum exhibet t. 1 ordine inverso: X vir (stlitibus iudicandis), tribunus militum legionis III Augustae, salius Palatinus — hic fortasse . . . us Marcellus cooptatus paullo ante a. 40 in collegium saliorum Palatinorum ut videtur VI 37162 = D. 9339, qui vulgo creditur M. Asinius Marcellus consul a. 54, — curio, quaestor Augusti, praetor (tribunatum vel aedilitatem omisit utpote patricius), consul suffectus anno incerto (cf. Q. Asinium Marcellum qui sequitur). — Patronus coloniae Ostiensium t. 1; fortasse pontifex Volkani Ostiae t. 3, si recte supplevit Wickert Sitz.-Ber. Berlin 1928, 4, 57 fragmentum fastorum Ostiensium; patronus collegii cuiusdam iuvenum Ostiensium t. 2. — Marcellum temporibus Iuliorum Claudiorumque fuisse inde puto efficitur, quod quamquam patricius fuit tamen decemviratu stlitibus iudicandis functus est; nam inde a Vespasiani temporibus patricii e vigintiviratu solum triumvirum monetarium munus susceperunt, id quod demonstrare studui Arch. epigr. Mitt. 19, 145. Gr.*
- 1235 Q. ASINIVS MARCELLVS, consul (suffectus) cum A. Caepione Crispino, nominatur in t. mutilo in agro Romano reperto, ubi praecedunt consules ordinarii a. p. C. 96 Röm. Mitt. 1, 128; unde Henzen consules et ordinarios et suffectos eiusdem anni iuxta positos esse coniecit, nescio num recte. — Vel idem atque Q. Asinius Marcellus qui sequitur vel pater eius. Gr.
- 1236 Q. ASINIVS MARCELLVS (nomen integrum XV 846. 847. 853—856; Q. A. Mar. XV 848; Q. A. M. ib. 330. 849—852; Asinius Marcellus ib. 857), filius fortasse eius qui praecedit, ut dominus figlinarum nominatur in tegulis urbanis XV 330. 846. 847 (= Africa ital. 4, 77). 848—857, ex quibus annum 123 indicant n. 846—848. 851, annum 134 n. 849. 852, annum 141 n. 850. Huius filia videtur fuisse Asinia Quadratilla, quae fortasse hereditatem eius adiit a. 141; cf. etiam sub Asinia Marcella vel Marcellina n. 1259. Gr.
- 1237 C. ASINIVS NICOMACHVS IVLIANVS honoratur titulis Drepanitanis IG 14, 283. 284 = IGR 1, 502 (1. 2), ubi exstatον Νεικόμαχο[v] Ἰουλιανόν t. 1, [N]εικόμ[αχον] Ἰουλιανόν[v] t. 2; nomen gentile probabiliter suppletur ex nominibus Asinnii Amianti procuratoris, qui dedicavit t. 1; idem videtur Γ. Ἀσί(ι)ος Ἰουλιανός, qui honoratur publice t. Blaundi in Phrygia reperto CIG 3866 = IGR 4, 717 (3).
- C. Asinii Protimi Quadrati consularis filius t. 3 (cf. n. 1244). Ὁ κράτιστος t. 3; λαμπρότατος t. 1; consul t. 1. 2 suffectus a. inc.; proconsul Asiae t. 1. Εὐεργέτης καὶ κτίστης Βλαυνδέων Μακεδόνων t. 3. Procuratores iidemque liberti eius t. 1. 2. Praedia videtur habuisse in agro Drepanitano cf. t. 1. 2. — Aetas eius et titulo patris Amorgino IG 12, 7, 267 et inde determinatur, quod Αὐρ. Γλύκων β' τοῦ Νίγρου, qui t. 3 ponendum curavit, pater sine dubio fuit Αὐρ. Γλύκωνος γ' Νίγρ(ου) nomi-

- nati in nummis aetate imperatoris Philippi ab eodem oppido cisis (cf. *Münsterberg Beamtenn.* p. 134 = *Num. Z.* 1912, 70). — Idem potest esses Nicoma[chus co]optatus inter sodales Augustales Claudiales ut videtur, anno fortasse 210 [M'. Acilio Faustino A. Triario] Rufin[o cos.], si recte supplevi *frustulum Not. d. sc.* 1926 p. 306 sq. Gr.
- 1238 [ASIN]IVS POLLIO nominatur in *frustulo t. Tusculani XIV 2599*; cf. sub *Ser. Asinio Celere.* Gr.
- 1239 Asinius Pollio, Trallianus, sophista *Suid.* s. Πωλιων, cf. *FGrHist 2 D 621 sq., 193*; vide sub *C. Asinio Pollione n. 1241.* St.
- 1240 Asinius Pollio, a. 69 praefectus alae in Mauretania, e fidissimis (Lucecio) Albino, interfectus est *Tac. h. 2, 59.* St.
- 1241 C. ASINIVS POLLIO, Cn. f. in *actis triumph. Capit. CIL I² p. 50* (= *Pais fasti triumph. 17, tab. 17*) et in *fastis consular. p. 60* (= *VI 1976, 5 = D. 9338, 3*). 64, et in *senatus consulto VI 32324.* Avum (fortasse Herium Asinium Italicorum ducem *Vell. 2, 16, 1. App. b. c. 1, 40. Eutrop. 5, 3*) cum in *actis triumph. reticeatur nondum civitatem Romanam adeptum esse efficitur, cf. Vell. 2, 128, 3, ubi Asinius Pollio inter homines novos recensetur.*

Natus est a. 76/5 a. C., nam altero et vicensimo anno C. Catonem accusavit *Tac. dial. 34, a. 54 Cic. ad Att. 4, 15, 4; 16, 5, 6, cf. Ascon. p. 22 St.* E gente oriundus Teatina Marrucinatorum *Liv. per. 73. Catull. 12, 1. Sil. Ital. 17, 454 sq.* Consul a. 40, proconsul a. 39 Delmatas vicit Salonas cepit, VIII k. Nov. ex Parthineis triumphavit *acta triumph. Capit. l. l.; Barberin. ib. 77. Hor. c. 2, 1, 15. 16. Porphyrr. Hor. l. c. Dio 48, 41, 7. Flor. 2, 25. Serv. Verg. ecl. 3, 88; 4, 1; 8, 12. Schol. Bern. ecl. 4 praef. ecl. 8, 6. 13 p. 775. 815. 816 H. Hieronym. chron. 195. Ol. p. 170 b H., cf. App. b. c. 5, 75. Sen. contr. 4 pr. 2 'triumphalis senex', cf. Verg. ecl. 8, 6. 7. Ceterum de rebus ab eo ante bellum Actiacum gestis vide *Drumann-Groebe 2², 3—9.* Rogante Caesare, ut secum ad bellum proficisceretur Actiacum, 'mea', inquit, 'in Antonium maiora merita sunt, illius in me beneficia notiora; itaque discrimini vestro me subtraham et ero praeda victoris' *Vell. 2, 86, 3.* In senatu adfuit a. 25 a. C. *IG 12, 2, 35 = IGR 4, 33 col. b 40 sq.* et a. 17 *VI 32324, cf. Suet. Aug. 43, 2.* Mortuo Gaio Caesare (*d. 21 Febr. a. 4 p. C.*) etiamtum in vivis fuit *Sen. contr. 4 pr. 5, decessit octogesimo aetatis suae anno (5 p. C.) in villa Tusculana Hieronym. l. c. (cf. Val. Max. 8, 13 ext. 4);* paene ad extremum Augusti principatum duravit *Tac. dial. 17.**

Pollio primus bibliothecam ex manubiis (*sc. belli Delmatici*) in Atrio Libertatis publicavit, quam imaginibus virorum in litteris clarorum ornavit *Plin. n. h. 7, 115; 35, 10. Suet. Aug. 29, 5. Isidor. orig. 6, 5, 2, cf. Ovid. trist. 3, 1, 71 sq.* Signa marmorea in Pollionis monumentis *Plin. n. h. 36, 23—25. 33 sq.*

Amicus fautorque poetarum et virorum doctorum: Catulli 12, (Helvius) Cinna ei in Graeciam profecturo (a. 56 a. C., cf. *Kiessling Comment. Momms. 352 sq.*) Propempticum misit *Charis. p. 124 K. = p. 158 B. FPL² p. 87 sq. Morel.* Vergilius amissis post pugnam Philippensem agris beneficio Asinii Pollionis, cum legatus agris Transpadanae dividendis praeesset, et aliorum restitutus est (cf. *Bayet Rev. ét. lat. 6, 271—299*), quos ut celebraret Bucolica composuit vitae Verg. *Donat. (Suet.) 19 p. 14 (cf. p. 30) Diehl. Serv. p. 41 D. (= p. 2 Th.). Probus p. 43 D. Serv. ecl. 2, 1; Serv. Dan. ecl. 6, 6, cf. 9, 11. Philargyr. bucol. prooem. p. 6. 7 H.; 4, 3.* Pollionis in laudem scripsit eclogam quartam (v. 12) et eum praedicat *ecl. 3, 84—89, item ecl. 8, 6—13 quamquam non nominat.* Ei Pollio Cebetem et Alexandrum (et Corydona?) pueros dilectos donavit *Donat l. c. 9 (cf. 29. Apul. apol. 10). Serv. ecl. 2, 1, 15.* Horatius ad Pollionem scripsit *c. 2, 1, cf. sat. 1, 10, 85.* L. Ateius Praetextatus C. Salustio defuncto eum familiarissime coluit, historiam componere aggressum praeceptis de ratione scribendi instruxit *Suet. gramm. 10.* Timagenem, rerum scriptorem, quamquam antea ei iratus fuerat et Augustus ei domo sua interdixerat, in contubernium recepit *Sen. de ira 3, 23, 5; in (villa) Tusculana (v. supra) Suid. s. Τιμαγένης. Ab eo igitur Asinium Pollionem sophistam Trallianum, qui Timagenis scholam suscepit (Suid. s. Πωλίων), civitate donatum esse veri non est absimile.* Ad eum Aufustius (*traditur abnesti fusti, corr. Usener Schr. 2, 212*) grammaticus librum dedit *GL 7, 35.* Familiaris (C.) Corneli Galli *Cic. fam. 10, 32, 5.*

Orator celeberrimus *passim laudatur.* Multum ante quaestoriam aetatem gravissima iudicia suscepit *Quintil. 12, 6, 1,* altero et vicensimo anno C. Catonem accusavit *Tac. dial. 34 (v. supra),* ceterum multos defendit, 'insigne maestis praesidium reis' *Hor. c. 2, 1, 13.* Defendit (*aetate triumvirum L. Aelium*) Lamiam, orationem postea edidit *Sen. suas. 6, 15.* (Volcaecium) Moschum rhetorem Pergamenum reum veneficii defendit *ca. annum a. C. 20 Sen. contr. 2, 5, 13. Hor. epist. 1, 5, 9. Porphyr. ad Hor.* Mediis Augusti temporibus apud centumviros causam dixit pro Urbinae heredibus *Tac. dial. 38. Quintil. 4, 1, 11; 7, 2, 26, cf. 7, 2, 4 sq.; 8, 3, 32; 9, 3, 13. Charis. p. 77 K. = 98 B.,* adversante (T.) Labieno *Quintil. 4, 1, 11, cf. 1, 5, 8.* (L.) Nonium Asprenatem, Augusti amicum, reum veneficii defendit contra Cassium Severum *Quintil. 10, 1, 22; 11, 1, 57. Suet. Aug. 56, 3. Plin. n. h. 35, 164, cf. Dio 55, 4, 3 (anno a. C. 9).* Pollio et (M. Valerius) Messalla (Corvinus) defenderunt eosdem *Quintil. 10, 1, 24, Liburniam ib. 9, 2, 34. 35, cf. 9, 2, 9. Fest. 490 L. (359 M.).* Pro Scauro patre dixit, Cicero pro filio (?) *Quintil. 6, 1, 21, cf. 9, 2, 24.* Infestissimus famae Ciceronis permansit *Sen. suas. 6, 14, cf. 6, 15. 24. 27. Quintil. 12, 1, 22.* In (L. Munatium) Plancum orationes parare dicebatur, quae ab ipso aut liberis post mortem Planci ederentur

Plin. n. h. praef. 31. — *Vix eius sed ex posteris eius figlinae commemorantur* 'fig. Asin. Poll.' *in tegulis Tusculanis (cf. etiam XIV 2599), urbanis, aliis XV 2231—2234 (= D. 8649) = XIV 4090, 4—9. Eius sine dubio libertus vel liberti filius Asinius Epicadus ex gente Parthina (v. n. 1227) Suet. Aug. 19. Liberti eius (vel nepotis cognominis) VI 5019. 9902 (= D. 7415). 12523. Nominatur praelerea in titulo Puteolano nepotis X 1682 = D. 933. Num idem fuerit Pollio, apud quem Alexander et Aristobulus Herodis regis Iudaeorum filii Romae habitabant, Ios. ant. 15, 343, est cur dubites.*

Uxor (Quintia), filia L. Quintii qui proscriptus a. 43 a. C. in mare se deiecit *App. b. c. 4, 12, 46; 27, 114.* Filii C. Asinius Gallus a. 41 a. C. natus, alter a. 40 *vel potius a. 39* natus, quem a capta civitate Saloninum vocavit, qui inter ipsa primordia periit *Serv. ecl. 4, 1; 4, 11 (Daniel.). Schol. Bern. ecl. 4 praef. p. 775 H., tertius Herius (Asinius) defunctus ante patrem Sen. contr. 4 pr. 4—6, filia (Asinia), mater M. Claudii Marcelli Aesernini praetoris a. 19 p. C., frater Asinius (Marrucinus) Catull. 12.*

De scriptis eius, iudiciis, sententiis, orationibus v. Teuffel-Kroll 2⁷ § 221. Schanz 2, 1³, 24—32. 551. Mendell, Yale Class. Studies 1, 193—207. Fragmenta historica collegerunt H. Peter Hist. R. rel. p. 67—70. Kornemann Jahrb. f. cl. Phil. 22. Suppl. 672—691, rhetorica Orat. R. fr. p. 58—63 Malcovati. St.

1242 C. ASINIVS POLLIO, consul a. 23 p. C., *honoratur t. Samio IGR 4, 1724 b = SEG 1, 389 (1); memoratur in fastis Arvalium I² p. 70 (2), in titulis libertorum sepulcralibus urbanis VI 9902 = D. 7415 (3). VI 12523 (4). 5019 (5).* — *Nummi civitatis alicuius provinciae Asiae, Pergami ut videtur (Gaebler Ztschr. f. Num. 24, 256. Fritze Münzen v. Perg. p. 80. 94; minus recte Sardianos putaverant Waddington Fast. As. n. 78, Klebs PIR¹ 1 p. 167 alii), in parte adversa cum imaginibus Drusi et Germanici et inscriptione Δροῦσος καὶ Γερμανικὸς Καίσαρες νεοὶ θεοὶ φιλάδελφοι, in aversa exhibentes inscriptionem ἐπὶ ἀρχιερέως Ἀλεξάνδρου Κλέωνος Σαρδιανοῦ, cui altera inscriptio Γαῖω Ἀσιννίω Πωλλίω ἀνθυπάτῳ superindita est, in medio κοινοῦ Ἀσίας Gaebler, Fritze U. U. Br. Mus. Lydia 252, 106—108. Mowat Rev. num. 1902, 286 (minus recte Mionnet 4, 121, 688. 689; suppl. 7, 418, 465).*

In consulatu: Γ. Ἀσίνιος Γ. υἱ. Πωλίων *Dio ind. l. 57. C. Asinius Pollio Plin. n. h. 33, 32 (ex restitutione Frontin. aq. 102). C. Asinius VI 10051 = D. 5283. VI 29681. X 895 = D. 6394. Tac. a. 4, 1. Cassiod. p. 136 Mommsen. [C. Asinius Po]llio I² p. 70 fasti Arv. (min. XIV), ceterum Pollio fasti. — C. Asinius Pollio t. 2. 3. 4. Γάιος Ἀσίνιος Πωλλίων t. 1. Asinius [Po]ll(i)o t. 5. Γάιος Ἀσίνιος Πωλλίων nummi.*

C. Asinii Galli consulis a. 746 = 8 (ex Vipsania Agrippina) filius *cf. Dio ind. l. 57. Tac. a. 6, 23. Vel hic vel pater Γάιος Ἀσίνιος Γαῖω*

υἱὸς στρατηγὸς ἀποδείξιμῆνος (praetor designatus), qui honoratur publice ab Atheniensibus IG 3, 583. Praetor peregrinus a. 20 t. 2. Consul t. 1 a. 23 p. C. cum C. Antistio Vetere v. supra, secundo semestri cum C. Stertino Maximo fasti Arv. (ubi nomen collegae ex t. Samio recte suppletur); his consulibus Samii statuas in Heraco posuerunt beneficii memores, quod iis auctoribus senatus ius asyli Iunonis templo restituerat IGR 4, 1724 a. b (= t. 1) cf. Tac. a. 4, 14 (Schede Ath. Mitth. 1919, 37). Proconsul Asiae nummi; de anno non constat; ad Gai aetatem proconsulatum rettulit Waddington l. l. propter intervallum, quod tum inter consulatum et proconsulatum intercedere solebat; id quoque Waddington recte puto observavit veri simile non videri Tiberium post damnationem Asinii Galli filios eius ad honores promovisse. Quod si recte se habet, Pollio provinciam administravit anno ni fallor 38/39, cum reliqui principatus Gai anni proconsulatibus C. Calpurnii Avioiae, M. Vinicii, C. Cassii Longini occupati videantur; quocum bene convenit, quod Pergameni in nummis imagines Drusi et Germanici representantibus nomen Pollionis huius, fratris sc. uterini Drusi Caesaris, inscripserunt. Quos nummos Pansa Riv. ital. di num. 22, 1909, 365 sq. vix recte post proconsulatum, quem Pollionem inter a. 23 et 30 gessisse errore puto posuit, nomine Pollionis recusos esse coniecit.

Non hic sed Annius Pollio memoratur Sen. de benef. 4, 31 (cf. supra n. 677). — Tegulae Tusculi et Romae in colle hortorum repertae XIV 4090, 4—9 = XV 2231—2234 = D. 8649 a (ex) figlinis Asini Pollionis (A. Poll. 2231 e. C. As. Pol. 2234) utrum ad unum hominem pertineant an ad plures, dubitatur cf. Dressel ad n. 2231, qui antiquissimas (n. 2233. 2234) Pollioni huic adsignandas esse existimavit, si non ad avum eius pertinerent. Sed recentiores quoque consuli a. 23 vindicari possunt, si statuimus hunc ad medium fere primum saeculum vitam protraxisse; nam qui solus Asiniorum aetate posteriore Pollionis cognomine usus est, Asinius Pollio Verrucosus cos. a. 81 hic certe in censum non venit.

Vix recte ad consulem a. 23 refertur t. urbanus admodum mutilus VI 1353 (v. sub Ser. Asinio Celere). [Asini]a Pollionis f[ilia], quae memoratur in fragmento Tusculano XIV 2599 num huius filia fuerit, prorsus incertum (cf. n. 1225). Liberti t. 3. 4. 5 (positus a Vipsania quadam, liberta sc. matris Pollionis).
Gr.

- 1243 L. (?) ASINIVS POLLIO VERRUCOSUS, consul a. 81 p. C. In consulatu: L. Asinius in papyro Aegyptiaca P. Gen. lat. 1 cf. Mommsen Ges. Schr. 6 p. 118. v. Premerstein Klio 3 p. 5 (praenomen Nicole in papyro, Mommsen et Premerstein in imagine photographica agnoscere sibi visi sunt, cum Morel vocabulum et ex papyro excepisset). Asinius Pollio Verrucosus VI 2059 cf. 32363 = D. 5033. 5043 acta Arv. Pollio Verucosus VI 10243. [V]errucosus VI 1495 = 32271, ceterum Pollio fasti (perperam

- Silvano et Vero Prosper Tiro p. 416, fasti Vindob. p. 284, Cassiodor. p. 139 Mommsen). Consul ordinarius a. 81 cum L. Flavio Silva Nonio Basso v. supra, III nonas Ian. VI 2059 v. 36, XVIII k. Febr. ib. v. 17; d. 29 m. Martii iam M. Roscius Coelius et C. Iulius Iuvenalis fasces tenuerunt VI 2060 v. 5. Gr.
- C. ASINIVS PRAETEXTATVS v. supra C. Asinius Lepidus Praetextatus.
- 1244 C. ASINIVS PROTIMVS QVADRATVS dedicavit una cum fratre imperatori Antonino Severi filio *titulum Amorginum* IG 12, 7, 267 = IGR 4, 1013, ubi non [Λικ]ίννιοι sed [Ασ]ίννιοι supplendum esse Klebs PIR¹ 1, 168, 1029 monuit (1); honoratur publice t. Ephesino Forsch. Ephes. 3, 127, 40 (2); commemoratur in t. Blaundi in Phrygia C. Asinio Iuliano filio posito CIG 3866 = IGR 4, 717 (3).
- Γ. Ἀσίννιος Πρότειμος Κοδράτος t. 2. Γ. Ἀσίν. Πρότειμος Κουαδράτος t. 3. Γάιοι [Ασ]ίννιοι Πρότειμος [Κο]υαδράτος καὶ Ροῦφος t. 1. — Ὁ κράπιστος t. 1; ὑπατικός t. 3; ὁ λαμπρότατος ὑπατικός t. 2; consul *suffectus a. inc. aetatis domus Severianae*. Εὐεργέτης Ephesiorum t. 2. Frater C. Asinii Rufi t. 1; pater C. Asinii Iuliani t. 3, qui probabiliter idem putatur atque C. Asinius Nicomachus Iulianus (cf. n. 1237). — Vide num idem sit Asinius Quadratus rerum scriptor. Gr.
- 1245 Asinius Quadratus (sic Steph. Byz. p. 207. 448. Euagr. h. e. 5, 24. Agathias 1, 6, ceterum Asinius), rerum scriptor. Scripsit dialecto Ionica (id confirmatur fragmento ap. Steph. Byz. p. 325 s. Ἰβηρία servato) ἱστορίαν Ῥωμαϊκὴν, cui inscribitur Χιλιετηρίς, XV libros a Roma condita ad Severum Alexandrum Suid. s. Κοδράτος, περὶ τῶν χρόνων τούτων (inter Augustum et Carum) ἓνα Euagr. l. c.; affertur ut Ῥωμαϊκὴ vel Ῥωμαϊκὴ Χιλιάς vel Ῥωμαϊκὴ Χιλιάρχια. Ἄνῆρ Ἰταλιώτης, scripsit eum de rebus Germanorum tum de Alamannis Agathias l. c. (nescio an idem opus significetur), item Παρθικά Steph. passim. Vita Veri 8, 4; Av. Cass. 1, 2, novem libros minimum, cf. Steph. p. 582. 593. 623. Fragmenta collegit Jacoby FGrHist 97. Eiusdem sine dubio epigramma anthol. gr. 7, 312. Idem fortasse qui equitur. St.
- 1246 C. ASINIVS QVADRATVS, proconsul (Achaiae), consul designatus, quem Elei publice honoraverunt *τειμήσαντα τὴν Ὀλυμπίαν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ* t. Olympicus Ditt. Syll.³ 887. Propter verba extrema ad rerum scriptorem Asinium Quadratum eum, qui praecedit, rettulit Dittenberger hunc titulum non sine quadam probabilitate. St.
- 1247 SEX. ASINIVS RVFIVS FABIANVS, M. fil. Hor(atia), honoratur publice t. Abbiritano (Africae proconsularis) Cagnat-Merlin Inscr. lat. d' Afr. 297. Sacerdos Laurentium, quaestor urbanus, ab actis senatus co(n)s(ulum) — haec officii significatio alibi quantum scio non reperitur —, aedilis Cerealis, praetor t. Gr.
- 1248 ASINIVS RVFVS, praetorius (praetor aliquanto ante a. 107), consularium

- propinquus, pater complurium liberorum, socer Saturii Firmi, Plinii et Cornelii Taciti familiaris *Plin. ep. 4, 15*; Asinius Bassus, maximus ex liberis Rufi, quaesturam gessit a. 107, *cf. n. 1224*. — *Potest idem esse L. Asinius Ruf[us] n. 1250.* Gr.
- 1249 C. ASINIVS RVFVS. Γάιοι [Ἀσ]ίνιοι Πρότειμος [Κο]υαδράτος καὶ 'Ρούφος [οἱ] κράτιστοι ἀδελφοί imperatori Antonino Severi filio statuam posuerunt in insula Amorgo *IG 12, 7, 267 = IGR 4, 1013*; v. sub C. *Asinio Protimo Quadrato.* Gr.
- 1250 L. Asinius Ruf[us] XV 7396 *fistula plumbea urbana. Idem fortasse Asinius Rufus praetorius (n. 1248).* Gr.
- 1251 M. ASINIVS SABINIANVS *posuit imperatori Antonino Severi filio t. urbanum VI 1067 (1); memoratur in miliaris provinciae Asiae IGR 4, 1315 (2); 1364 a (3), in t. Hierocaesareae reperto ib. 1313 (4).*
M. Asinius Sabinianus t. 1. Ἀσίνιος(ος) Σαβεινιανός t. 2. Ἀσίν[νιος] Σαβεινιανός t. 4. Ἀσίνιος t. 3.
Vir clarissimus t. 1. Antonino Augusto ob insignem indulgentiam beneficiaeque eius erga se posuit a. 214 t. 1. *Consul suffectus anno incerto fortasse sub Severo Alexandro. Proconsul (Asiae) t. 2. 4 cf. 3 sub Gordiano a. 239 vel 240 (ante alterum Gordiani consulatum) t. 2; idem ni fallor nominatus fuit in t. IGR 4, 1175 eodem tempore posito, ubi restituendum videtur ἐπὶ ἀνθυπάτου Ἀ[σιννίου] Σαβεινιανοῦ] (editores legerunt ἐπὶ ἀνθυπάτου Λ). Non hunc sed M. Iunium Rufinum Sabinianum significari in t. Thyatireno IGR 4, 1283 [ἀνθυπάτω . . . Σαβ]εινιανῶ ex litterarum forma coniecerunt Keil et Premerstein *Denkschr. Wien 54, 2 p. 51. — Huius filia potest fuisse Antonia M. f. Tertulla Valeria Asinia Sabiniana, cui positus est Antii t. X 6704.* Gr.*
- 1252 (ASINIVS) SALONINVS, filius C. Asinii Pollionis natus est post Salonas urbem captam (a. 715 = 39), unde pater Salonini cognomen ei dedit; in partum eius Vergilius ad patrem eclogam quartam scripsit; sed alii Asinium Gallum, fratrem Salonini, qui prius natus est, accipiunt *Serv. Vergil. ecl. 4, 1. 11 cf. ib. 4, 13. 15. 17. Schol. Bern. ecl. 4 p. 775 sq. H. (errore in cod. Bern. saec. X traditur ib. p. 777 n.: Saloninum vero iam ipso (Pollione) consule natum). Ps. Acro ad Hor. carm. 2, 1, 15 (1 p. 139 Keller); inter ipsa primordia periit Serv. ad ecl. 4, 1; schol. Bern. l. l., nescio num recte. Cf. sub C. Asinio Gallo.* Gr.
- 1253 ASINIVS SALONINVS, Marco Agrippa et Pollione Asinio avis, fratre Druso insignis (*filius ergo C. Asinii Galli consulis a. 746 et Vipsaniae Agrippinae; cf. n. 1229*) Caesarique progener destinatus obiit a. 22 p. C. *Tac. a. 3, 75. Cui ex Germanici filiabus maritus destinatus fuerit, ignoratur. Idem fortasse Cn. Asinius X 1682 (n. 1221).* Gr.
- 1254 C. ASINIVS TVCVRIANVS, proconsul (Sardiniae), plateam quae strata non erat stravit X 7516 *cf. p. 995 = D. 5352 t. Sulcitanus.* Gr.

- 1255 [ASINI]A *In t. Tusculano XIV 2599 memorantur [Asini]a Pollionis f[ilia ?], [Asi]nius Celer, [Asin]ius Pollio f[ilius ?]; v. sub Ser. Asinio Celere n. 1225.* Gr.
- 1256 ASINIA AGRIPPINA, (Ser. Asinii) Celeris (cos. a. 38) filia, memoratur in titulo servorum VI 9901; liberta eius Asinia Hos. . . . nutri[x] Agrippi[nae] VI 9901 b; v. supra sub Ser. Asinio Celere n. 1225. Gr.
- 1257 . . . ia Asinnia [Cla]udia Tiberia . . . atia Statilia Paulina Iuliana Philippa memoratur una cum homine quodam, cuius nomen perit, in t. urbano sepulchrali ut videtur CIG 5905 = IG 14, 1423; nomina indicant feminam nobilem. Gr.
- 1258 ASINIA CRISPINA, clarissima femina, Asinae Victoriae nutrici posuit t. sepulchralem urbanum VI 1354. Gr.
- 1259 Asinia Marcell(a) vel Marcellin(a) fortasse nominatur in tegulis urbanis XV 858, ubi impressum est ASINIAE MARCELL, et 859, ubi est . . . AF MARCELLI. Marini legendum esse coniecit (ex praedis) Asinae Marcelli (uxoris), Mommsen proposuit Asinia[e] Marcell(ae) vel Marcell(inae); cf. supra sub Q. Asinio Marcello n. 1236. Gr.
- SEXTIA ASINIA POLLA.
- 1260 Asinia Quadratilla, ut domina figlinarum nominatur in tegulis urbanis XV 860 (a. 141). 861 (a. 142). 863 (a. 150) etiam Carthagine repertis VIII 22 632, 11. Bull. tr. hist. 1917, p. CLXXIX (= XV 861). VIII 22 632, 12. Bull. 1904, 492 (= XV 863); *ib.* 1917, p. CLXXVII; 1927, 434. Filia esse potest Q. Asini Marcelli, cf. XV 846—859. St.
- 1261 Aspasius, Byblius, sophista, aequalis Aristidis et imperatoris Hadriani, scripsit panegyricos in Hadrianum et in alios, praeterea περί Βύβλου, περί στάσεων έσχηματισμένων, μελέτας, τέχνας, ύπομνήματα, λαλίας Suid. A 4203 Adler. Affertur non semel in schol. ad rhet. gr. 5, 517; 6, 94; 7, 951 (cf. 5, 480) Walz; schol. Aeschin. p. 24 Dind.; schol. Demosth. 20, 460 Dind. Syrian. 1, p. 66 Rabe. Phot. bibl. 265 p. 492 B. Cf. W. Schmid RE 2, 1723, 3; Christ-Schmid 2^a, 698. St.
- 1262 Aspasius, Ravennas, filius Demetriani, sophista Philostr. v. soph. 2, 33, 1. Suid. s. v., multas terras peragravit, comes Augusti, cum ab epistulis (Graecis) Augusti factus esset. Philostratus Lemnius contra eum epistulam scripsit (ed. Kayser 2, 257 sqq., cf. 126. 109, 10—13. Proclus Epistologr. gr. p. 7 H.) de litteris imperatoriis conficiendis. Cathedram Romae (cf. Suid.) tenuit diutius quam deceret; senex Romae docebat quo tempore Philostratus (socer Lemnii) vitas sophistarum conscripsit Philostr. l. l. 2, 33. Floruit sub Severo Alexandro Suid. Scripsit προς τους φιλολοιδόρους et in Aristonem. Cf. Muenscher Philol. Suppl. 10, 471 sq. 509 sq. St.
- 1263 ASPASIVS PATERNVS, proconsul Africae a. 257/258 p. C. passio s. Cypriani 1. 2 ed. Hartel 3 p. CX sq. Augustin. serm. 309, 2 cf. Migne Lat. 73, 617.

In proconsulatu ei successit Galerius Maximus *passio Cypr.* 2 p. CXI. *Idem fortasse Paternus consul II a. 268 (v. infra sub Paterno); diversus ...us C. Iulius Adurius (?) ... [Pate]rnius t. urbani VI 3832. Gr.*

- Aemilius Asper.
- ANICIVS ASPER.
- [Gabinus] Asper.
- IVLIVS ASPER.
- C. IVLIVS ASPER.
- C. IVLIVS CAMILIVS GAL[ERIVS ASP]ER C...CIVS.
- C. IVLIVS GALERIVS ASPER.
- Sulpicius Asper.
- CALPVRNIVS ASPRENAS.
- L. NONIVS ASPRENAS.
- P. NONIVS ASPRENAS.
- P. (Nonius) Asprenas.
- (P. ?) (NONIVS) ASPRENAS CAESIANVVS.
- P. NONIVS ASPRENAS CAESIVS CASSIANVVS.
- (NONIVS) ASPRENAS CALPVRNIVS SERRANVVS.
- (NONIVS) ASPRENAS CALPVRNIVS TORQVATVS.
- (NONIVS) TORQVATVS ASPRENAS.
- L. NONIVS CALPVRNIVS TORQVATVS ASPRENAS.
- M. SALVIDENVVS ASPRENAS.
- Fulvius Asprianus.

1264 C. Asprius Sabinianus, procurator (Mauretaniae Caesariensis) imperatoris Antonini Severi filii *t. in k(a)stel(l)o Vartani(ensi) posito Ann. ép.* 1930, 47. St.

1265 Aspurgus, rex Bospori. *Tituli Panticapaenses: ei positus Latyshev Inscr. Ponti 2, 36 (= IGR 1, 879) (1), nominatur ib. 32 (= IGR 1, 876) (2). 37 (3); prope Phanagoriam rep. 364 (= IGR 1, 906) (4); t. mutilus Chersonnesi rep. ib. 4, 147 = Sitz. Ber. Berl. 1895, 515 (5). Nummi eius certi non extant, nam tantum monogrammate, quo nomen Aspurgi significari viri rei nummariae periti putant, inscripti sunt inde ab anno 307 aerae Achae-menidarum = 10/1 p. C., addito B (= βασιλεύς) inde ab a. 13/4 usque ad a. 34/5 vel ideo 37/8, cf. Latyshev l. c. p. XLI sq. Minns Greeks and Scythians 601. Br. Mus. Pontus cet. p. 50. Neque constat ex t. 4 nisi anno aliquo eum regnasse qui significatur ΙΙΤ, quod esse potest ΓΙΤ, ΕΙΤ, ΖΙΤ, ΓΚΤ, ΕΚΤ, ΖΚΤ, inter annos igitur 313 et 327 = 16/17 et 30/1 p. C.*

Nomen perscriptum in nummis Cotyis filii Br. Mus. Pontus cet. 53, 10 tab. 12. Buratschkow Katalog (1884) tab. 27, 112. Koehnq Mus. Kotchoubey (1857), 2, 218. Aspurgus φιλόκαισαρ και φιλορώμαιος, rex Bospori et gentium vicinarum (quae nominantur) ó εκ βασιλέως Ασανδρόχου t. 1 quo non filius Asandrochi intellegitur, sed ex posteris eius, quem, quod

- nonnulli viri docti existimaverunt, eundem esse ac Asandrum minime credere possum. Scythas et Tauros subegit *ib.* Βασιλεὺς Ἀσποῦ . . . t. 5.
 Quomodo cum eo cohaereat Aspurgianorum gens (*cf. tab. Peut. Ptol.* 5, 8, 12. Latyschev l. c. 29 A 17. 431 et 431 bis) illius regionis, a quibus rex Polemo (I.) interfectus est (*Strabo* 11, 495; 12, 556), pro certo affirmari non licet.
 Filii Cotys nummi (*Br. Mus. Pontus cet.* 53, 10) t. 2. 3 et (nam idem est sine dubio qui paullo ante a. 49 regnum Bospori accepit) frater eius Mithridates (*Tac. a.* 12, 15. 18. *Dio exc.* 60, 28, 7). Uxor (eius aut Mithridatis filii?) Gepaepyris. *St.*
- 1266 *Assario (nomen corruptum, si vere est nomen), homo nobilis ab imperatore Claudio occisus *Sen. apocol.* 11. *St.*
- 1267 Asteria, cui positus est t. sepulchralis Campanus aetatis posterioris X 4022, vix fuit c(larissimae) m(emoriae) f(emina). *Gr.*
 — M. VLPIVS ASTIVS.
 — C. Valerius Astraeus.
 — Bassaeus Astur.
 — M. Bassaeus Astur.
- 1268 ASTVRICVS. *Iuv. sat.* 3, 212 sq.: si magna Asturici cecidit domus, horrida mater, pullati proceres, differt vadimonia praetor *cet.*; nobilis senatoris schol. *Videtur idem atque Persicus ib. v. 221; fortasse ad Fabiam gentem pertinet; cf. sub Fabio Persico.* *Gr.*
- 1269 ASTVRIVS (Ἀστυρίος), vir ordinis senatorii aetate Gallieni, christianus *Eus. h. eccl.* 7, 15, 16. 17; martyr *Rufin.* 7, 15, 16; *acta ss. Mart.* 1 p. 224 (errore ut videtur); v. *infra* sub Bassaeo Asture. *Gr.*
 — Maeonius Astyanax.
- 1270 Asudius Curianus, Pomponiae Gallae filius, a matre exheredatus, Plinio legatum reliquit *Plin. epist.* 5, 1. *St.*
- 1271 Asylus, puer formosus, frater gemellus Hieri *Mart.* 9, 103. *Iidem probabiliter Hierus et Asylus, Ti. Iulii. . . . Claudii Liviani praefecti praetorio (Traiani) servi VI 280 (cf. 30728). Not. d. sc.* 1924, 67. *Nota* ἱερὸς καὶ ἄσυλος frequentem esse appellationem multarum urbium graecarum, *cf. Head HN² 927. Ditt. Or. Gr.* 2 p. 636. *St.*
- 1272 Asylus, gladiator *Iuven.* 6, 267, *cf. schol.* *St.*
- 1273 Atanius Secundus, eques Romanus, pro salute imperatoris Gai operam gladiatoriam pollicitus ab imperatore votum persolvere coactus est *Dio* 59, 8, 3. *Suet. Cal.* 24, 2 (nomine non adiecto). *St.*
- 1274 P. Atatinus Flaccus, filius Q. Atatini Modesti (qui sequitur) IX 3610 = D. 2707, frater Q. Atatini Modesti (n. 1276) IX 3609 = D. 2707^a. *St.*
- 1275 [Q.] Atatinus Modestus, P. f., Quirina, tribunus militum legionis X geminae in Hispania (ante Vespasianum), praefectus alae II Gallorum in eadem provincia, praefectus fabrum t. Aveias IX 3610 = D. 2707. Pater P. Atatini Flacci *ib.* et Q. Atatini Modesti (qui sequitur). *St.*

- 1276 Q. Atatinus Modestus, Q. f., Quirina, praefectus fabrum bis, tubicen sacrorum, flamen Romae, praefectus classis Moesicae, frater P. Atatini Flacci (*filius igitur eius qui praecedit*) t. Aveias IX 3609 = D. 2707^a. St.
- 1277 Atedius Melior. *Duo nomina in titulis carminum Statii silv.* 2, 1, 3, ceterum Melior. Amicus Statii, qui ei totum librum II silvarum dedicavit l. 2 *praef.*, eum consolatur de morte Glaucia pueri delicati 2, 1, de eo dicit 2, 3. (in natalem eius) 4, et Martialis, qui item in Glauciam scripsit 6, 28. 29, Meliorem laudat 8, 38; 2, 69, 7, et Blaesi *Mart.* 8, 38. *Stat. silv.* 2, 1, 191 sqq.; 2, 3, 77. St.
- 1278 M. ATEIVS (?) (Aletus *cod. Mediceus*, correxerunt Borghesi et Mommsen; Aletius *Orelli*), praetorius (ἀνήρ ἑστρατηγηκῶς σὺν πέντε ῥαβδούχοις), a. 17 in Asiam missus, qui urbes motu terrae conlapsas spectaret refoveretque *Tac. a.* 2, 47. *Dio* 57, 17, 7 (*nomine non posito*). Gr.
- 1279 C. ATEIVS CAPITO. *Praenomen in consulatu*. L. f. L. n. *fasti Capitol.* I² p. 29, avo centurione Sullano, patre praetorio *Tac. a.* 3, 75. Anno a. C. 17 Ateius Capito, cum Augustus ludos saeculares renovaret, ritum interpretatus est *Zos.* 2, 4, 2. Consul suffectus ex kal. Iul. a. 5 p. C. cum C. Vibio Postumo *fasti Capitolini.* XIV 2963 = I² p. 72. *Not. d. sc.* 1902, 268 = *Bull. com.* 1902, 75. VI 813. XII 2574. *Herzog Tess. num.* 40, 79. 80; Ateius Capito consul fuit *dig.* 1, 2, 2, 47, Ateius Capito consulatu suo *ib.* 23, 2, 29; consulatum ei adceleraverat Augustus *Tac. l. c.* Curator aquarum ab a. 13 ad a. 22 *Frontin. aq.* 102. A. 15 remedium coercendi Tiberis Ateio Capitoni et L. Arruntio mandatum *Tac. a.* 1, 76. 79. Eius sententia in senatu a. 22 *Tac. a.* 3, 70. Obiit eodem anno *Tac. a.* 3, 75. Iuris consultus clarissimus, humani divinique iuris sciens *Tac. a.* 3, 70; principem in civitate locum studiis civilibus adsecutus *ib.* 75; publici privatique iuris peritissimus *Gell.* 10, 20, 2; pontificii iuris inter primos peritus *Macrob.* 7, 13, 11. Comparatur cum Antistio Labeone *Tac. a.* 3, 75. *Pompon. dig.* 1, 2, 2, 47; iudicium eius de Antistio Labeone *Gell.* 13, 12, 1, 2; hi duo diversas sectas fecerunt *Pompon. l. c.* Ateius Capito Ofilium secutus est *ib.* Adulatio eius *Tac. a.* 3, 70. *Suet. gramm.* 22. *Dio* 57, 17, 2. *Eiusdem* C. Ateii Capitonis videtur servus VI 9537 = D. 7392. Nescio quomodo cum eo coniunctus L. Ateius M. f. Capito duumvir quinq. coloniae Castronovi XI 3583 (= D. 5515). 3584. Scripsit Coniectanea, quorum liber octavus inscriptus est de iudiciis publicis *Gell.* 4, 14, 1; 10, 6, 4, liber nonus (*Gell.* 14, 7, 12. 13; 8, 2) fortasse idem est ac liber de officio senatorio *ib.* 4, 10, 7. 8, libros de pontificio iure *ib.* 4, 6, 10, epistulas *ib.* 13, 12. *Auctor Plinii ind.* l. 3. 4. 14 (14, 93). 15. 18 (18, 108), persaepe citatur a Festo, Gellio, Macrobio aliis. *Fragmenta collegerunt Seckel et Kuebler Iurisprudentiae anteiustin.* I⁶,

- p. 62—72, *fragmenta paucula ad ius civile spectantia Lenel Palingenesia* 1, 106. Cf. Jörs *RE* 2, 1904—1910. Schanz 2, 1³, 532. 535. St.
- 1280 Ateius M., amicus Dasumii VI 10 229, 27 in testamento eius. St.
- 1281 Ateius Sanctus, orator, magister Commodi *vita Comm.* 1, 6. St.
- 1282 Atellia Prisca, uxor Ti. Iuli Xanthi VI 33 131 = D. 2816. St.
- 1283 Atestinus, causidicus *Mart.* 3, 38, 5. St.
- Athambelus v. Attambelus.
- 1284 Athenaeus, Seleucia Ciliciae oriundus, peripateticus, aliquamdiu in patria sua muneribus functus, propter amicitiam (A. Terentii Varronis) Murenarum particeps coniurationis eius (a. 23 a. C.) accusatus sed a Caesare absolutus est; paulo post Romae mortuus est *Strabo* 14, 670. *Eundem esse Athenaeum qui περί μηχανημάτων scripsit Cichorius Röm. Stud.* 271—279 cum probabilitate quadam coniecit. St.
- 1285 Athenaeus, sophista Naucratis *Ath.* 3 p. 73 a; 7 p. 301 c; 11 p. 480 d; inde pendet *Suid.* Aetate minor quam Oppianus (qui natus est a. 182) *Ath.* 1, 13 b. Dipnosophistas scripsit certe post Commodum, cf. 12 p. 537 f; (P. Livius) Larensis, apud quem sophistas suos convivantes inducit, quo tempore Commodus occisus est procurator fuit patrimonii *vita Comm.* 20, 1. Sed *Ulpianus grammaticus Tyrius quem fato concedentem* 15 p. 686 c facit, cum iure dubitari possit num idem sit intelligendus ac celeberrimus iuris consultus a praetorianis occisus, minime certum est Athenaei libros (quod voluit *Kaibel praef. p. V sqq.*) scriptos esse a. 228. Athenaeus antequam dipnosophistas ederet, scripserat περί τῶν ἐν Συρίᾳ βασιλευσάντων 5 p. 211 a et περί Θραστῶν 7, 329 c. Cf. *Christ-Schmid* 2⁶, 791 sqq. *Wentzel RE* 2, 2026—2033. St.
- 1286 Athenaeus, Byzantius, quem Gallienus instaurandis urbibus muniendisque (a. 267) contra Scythas (= Gothos, vel ut accuratius dicam, Herulos) praefecit v. *Gall.* 13, 6 (cf. quae exposui *RE* 11, 674). Ad eum *Premenstein Ztschr. f. deutsches Altert.* 60, 77—80 non sine quadam probabilitate titulum Atticum (A. *Wilhelm Beitr. z. griech. Inschriftenk.* 101, 86) versibus conceptum retulit, quo praeses quidam (Achaiae) signo Panathen[i]us restitutor munimentorum laudatur. St.
- L. Caecilius Athenaeus.
- Cl(audius) Athenaeus.
- Ael. Symmachus Athenagoras.
- CARMINIVS ATHENAGORAS.
- Fl(avius) Athenagoras.
- MAR(CVS) FL(AVIVS) CARMINIVS ATHENAGORAS LIVIANVS v. sub *Carminivis*.
- 1287 Athenais, ἄνασσα, cuius mater filia erat Luci cuiusdam Antonii, pater Aeimaries, coniux (idemque frater?) item Aeimaries, qui ei posuit t. sepulcralem versibus graecis compositum rupi incisum loco dicto Wank in Armenia minore. Per matrem ex posteris eam esse Antonii Polemonis

- regis Ponti putat qui ed. inscriptionem Lehmann-Haupt Armenien 1, 489—495 (imago p. 489. 490). St.*
- MARCIA CLAVDIA ALCIA ATHENAIS GAVIDIA LATIARIS.
- CLAVDIA ATHENAIS.
- Octavia Athenais.
- (VIBVLLIA) ATHENAIS.
- Athenasius, v. L. Annius Rufus.
- 1288 Athenodorus, Tarsensis e vico Cana, Sandonis filius, agnomine Calvus *Cic. ad Att. 16, 11, 4, cf. 16, 14, 4*, philosophus stoicus *Strabo 14, 674. Ps. Lucian. macrob. 21. 23. Cic. ad fam. 3, 7, 5*, magister Caesaris (Augusti) *Strabo l. l. Ps. Lucian. l. l. Aelian. var. hist. 12, 25*, magno in honore habitus apud Augustum *Strabo l. l. Dio Prus. 33, 48. Cass. Dio 52, 36, 4, cf. Euseb.-Hieronym. chron. Ol. 196 p. 170 g H.; arm. p. 212 K.; Syncell. 602. Amicus Augusti, qui eius consilio utebatur Plut. apophthegm. reg. p. 207 C. Zos. 1, 6, 2. Suid. A 735 Adler (= Zos. 1, 5, 3. 4)*. Eius libertas in corripiendo Augusto *Cass. Dio 56, 43, 2 (hanc vel similem narratiunculam praeter Zonar. 10, 38 alii complures auctores aetatis Byzantinae exhibent, cf. Boissevain ed. Dionis 2 p. 553 sq.)*. *Iulian. Caes. p. 419 H. Idem videtur dioecetes ab Augusto factus in Sicilia Plut. l. l. (traditur Θεοδώρου et Θεόδωρος ὁ Ταρσεύς, correxit Cichorius Röm. Stud. 281)*. Petrae aliquamdiu commoratus est *Strabo 16, 779. Amicus Strabonis ib. Senex Tarsum reversus statum civitatis correxit Strabo 14, 674. 675; in patria vitam degere quam Augusti consuetudine uti maluit Dio Prus. l. c. (in oratione Tarsi habita). Plut. l. l. Ibi mortuus est annos agens octoginta duo Ps. Lucian. l. c. Enumeratur inter stoicos in epit. Diog. Laert. 7, Martini Leipz. St. 19, 85 (= ed. Breitenbach ul. p. VI)*. Scripsit librum ad Octaviam Augusti sororem *Plut. Public. 17, 8. Affertur Clem. Alex. Protrept. 4, 48, 4. Cf. FHG 3, 486. Hense ind. schol. Freiburg i. B. 1893 p. 20 sqq. Philippson RE Suppl. 5, 47—55. St.*
- 1289 Athenodorus, magister ut videtur et familiaris Claudii, qui postea imperavit, commemoratus in epistula Augusti ap. *Suet. Claud. 4, 5. St.*
- 1290 Athenodorus, procurator (marmorum Numidicorum) a. 199 nota incisa in massa marmoris ex lapicidinibus *Simithensibus VIII 14 589. St.*
- **Claudius Athenodorus.**
- L. IVLIVS AVRELIVS SEPTIMIUS VABALLATHVS ATHENODORVS.
- 1291 Athenodotus, philosophus stoicus et rhetor, discipulus C. Musoni Rufi *Fronto ad Ver. 1, 1 p. 115 N. (2, 50 Haines)*, magister et parens *Frontonis ad M. Caes. 4, 12 p. 73 N. (1, 204 Haines)*. Commemoratur praeterea *Fronto epist. gr. 3 p. 244 N. (1, 170 Haines)*. *M. Antonin. εἰς ἐ. 1, 13. St.*
- **M. Aurelius Atho Marcellus.**
- **C. Aurelius Atilianus.**
- P. CALPVRNIUS ATILIANVS ATTICVS.

— L. Villius Atilianus.

1292 Atilicinus, iuris consultus, aequalis fere Proculi (*dig.* 23, 4, 17); *responsa eius persaepe referuntur in digestis* (vide Krüger *Gesch. d. Quellen u. Lit. d. röm. Rechts* 2 170 sq.), *item instit.* 2, 14 pr. *Fragm. Vat.* 77. St.

1293 Atilius, libertini generis, Fidenis amphitheatrum a. 27 sordidi lucri causa tam negligenter exstruxit, ut cum magna strage hominum concideret; in exilium actus est *Tac. a.* 4, 62. 63. St.

1294 P. Atilius Aebutianus. *Tria nomina D.* 9001 t. *Asseriae in Dalmatia rep.*, Aebutianus (Ebutianus, ebuntianus) *vita Comm.* 6, 12. Praefectus praetorio *tit. vita Comm. l. c.* sub Commodo *vita.* Clarissimus vir, patronus Asseriatium *tit.* Interemptus Cleandro auctore *vita.* St.

— Q. GLITIVS ATILIVS AGRICOLA.

1295 C. ATILIVS BARBARVS, consul (suffectus) cum L. Flavio Fimbria a. 71 p. C. ut videtur *IG* 14, 760 = *IGR* 1, 453 v. 16 ([ἐπί] ὑπάτων Λουκίου Φλαουίου Φιμβρία καὶ Ἀτειλίου Βαρβάρου), *ubi praecedunt* Caesar Domitianus et Valerius Festus *consules suffecti eiusdem anni* (v. 3. 4; 11. 12: ... πρὸ καλ. Ἰουλίων). *I* 773 = *Herzog tess. numm.* 40, 109 XIII k. Aug. L. Flavio Fim. C. Ati.. *Hi consules magistratu juncti esse videntur mensibus Iulio et Augusto* (mense Septembri eiusdem ut videtur *anni iam L. Acilius Strabo et Sex. Neranius Capito fascies tenuerunt IGR* 1, 452 = *D.* 6460). Gr.

— AP. ANNIVS ATILIVS BRADVA.

1296 M. ATILIVS BRADVA, proconsul (Asiae) *CIG* 3189 = *IGR* 4, 1413 t. *publice ei positus a Smyrnaeis*; v. *infra* sub M. Atilio Postumo Bradua. Gr.

1297 M. ATILIVS BRADVA, cos. IX 3152 = *D.* 5676, v. *infra* sub M. Atilio Metilio Bradua. Gr.

1298 M. APPIVS (ATILIVS) BRADVA *honoratur ab Eleis titulo* (hodie mutilo) *posito post mortem ut videtur in exedra ab Herode Attico Olympiae exstructa Inscr. Olymp.* 620 = *D.* 8824 a. — M. Appius Bradua t. (M. Ἀππιον Βραδούαν). *Cum ex Braduae cognomine, quod Atiliorum proprium fuit ab eisque demum ad alias gentes manavit, tum ex nominibus Appiae Anniae Regillae Atiliae Caucidiae Tertullae Herodis uxoris posterorumque eius collegit Dittenberger Index schol. Halens.* 1893 p. VIII sq. Atilium nomen in t. omissum esse; quod si recte positum est, Braduae huic M. Appius Atilius Bradua nomina fuerunt.

Honores in t. breviter enumerantur: quaestor, praetor (tribunatum vel aedilitatem omisit utpote patricius), consul (in t. periit) suffectus a. inc. sub Traiano vel Hadriano; at v. infra. In titulo post lacunam extat θεοῦ Ἀδριανοῦ ὑπατικὸν Γερμανίας καὶ Βρεταννίας: *Dittenberger proposuit legendum* [πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον] θεοῦ Ἀδριανοῦ κτλ., *Brassloff Herm.* 39, 625 [ἐν πάσαις ἀρχαῖς προβεβλημένον vel ἀποδεδειγμένον ὑπὸ θεοῦ Ἀδριανοῦ; neutrum liquet; nescio an fuerit

comes imp. Hadriani atque supplendum [φίλον καὶ συναπόδημον vel simile quid] θεοῦ Ἀδριανοῦ (in titulo ex disiectis fragmentis restituto plus quam unus versus intercidisse potest). Legatus consularis Germaniae, item Britanniae t.; inferiorem Germaniam eum rexisse non sine probabilitate coniecit Ritterling ap. Ernestum Stein D. kaiserl. Beamten u. Truppenkörper im röm. Deutschland. Pontifex, sodalis Hadrianalis (regnante Antonino Pio) t. . Ὁ Ἐπίσκοπος [Ἰλλης πρ]ὸς μητρὸς πάππος τῆς Ἡρώδου γυναικός t.; filia igitur eius, quae praeterea nusquam commemoratur, nupsit Appio Annio Gallo, qui fasces gessit temporibus Antonini Pii (v. supra n. 654). Uxori vel filiae Braduae huius vel utriusque nomina fuisse Caucidae Tertullae ex nominibus Regillae colligendum videtur (cf. Dittenberger l. l. p. X sq.). — Idem videtur Aquilius (sic traditur) Bradua, cui (praesidi scil. provinciae alicuius) Hadrianus rescripsit Ulp. l. 10 de off. procos. dig. 48, 20, 6. Ad hunc vel ad nepotem eius, Regillae fratrem Appium Annum Atilium Braduam consulem a. 160, referenda est tegula urbana inscripta Appi Braduae XV 826.

Braduum hunc cum M. Atilio Metilio Bradua cos. a. 108 arta necessitudine coniunctum, fortasse fratrem eius patrualem fuisse censuit Dittenberger l. l.; sed idem esse potest. Nam avum maternum Regillae Hadriani demum temporibus Germaniam Britanniamque rexisse ex titulo Olympico minime concludere licet (v. supra) neque improbable est consulem anni 108 Hadriano (qui eodem anno consul suffectus fuerat) supervixisse.

Gr.

— TI. CLAUDIVS APPIVS ATILIVS BRADVA REGILLVS ATTICVS.

— P. VIGELLIVS RAIVS PLARIVS SATVRNINVS ATILIVS BRADVAVS CAUCIDIVS TERTVLLVS.

1299 Atilius Cognitus, procurator Augusti in Asia a. 124 t. Smyrnaeus Jahresh. 11, 108 = IGR 4, 1398. St.

1300 Atilius Crescens, amicus et aequalis Plinii, ex oppido unius diei itinere a Novocomo distante Plin. epist. 6, 8; dicta Atilii nostri (eius potius quam Scauri) ib. 1, 9, 8; 2, 14, 2. St.

1301 T. ATILIVS MAXIMVS (T. Ἀτείλιος Μάξιμος t.), proconsul Asiae (ὁ κράτιστος ἀνθύπατος καὶ φίλος ἡμῶν sc. Antonini Augusti et Marci Caesaris t.), commemoratur in epistula Marci Aurelii Caesaris data ad synodum Smyrnaeam mystarum Bacchi Brisaei d. 28 m. Martii a. 147 CIG 3176 = Ditt. Syll.³ 851 = IGR 4, 1399, proconsul igitur a. 146/147; consul (suffectus) sedecim vel septemdecim fere annis ante. — Cf. infra n. 1309. Gr.

1302 M. ATILIVS METILIVS BRADVA, probabiliter filius M. Atilii Postumi Braduae, consul a. 108 cum Appio Annio Trebonio Gallo. In consulatu: M. Atilius Metilius Bradua VI 680. M. Atil. VI 29681. [M. Atilius] Bradua XIV 4539 fasti Ostienses. [M. Atilius Br]adua

BGU 7, 1691, *ceterum Bradua fasti* (cf. supra n. 692). *Eum pontificem fuisse colligi potest ex nomine M. Atilii Eutychi kalatoris, qui nominatur in laterculis kalatorum a. 101/102 VI 32445. 31034.* — *Idem videtur M. Atilius Bradua consul, bonorum possessor Ser. Cornelii Dolabellae Metiliani (cognati scil. eius ut ex altero Dolabellae cognomine apparet), qui una cum altero possessore Manio Acilio Aviola consule (anni 122 ut videtur) post mortem Dolabellae in opus balinei ab eo Corfinii aedificati summam aliquam dedit IX 3152 = D. 5676.*

Consanguineus eius, fortasse (ut suspicatur Dittenberger Index schol. Hal. 1893 p. X) frater patruelis, M. Appius (Atilius) Bradua consularis aetatis Hadriani, avus maternus Regillae Herodis Attici uxoris (cf. n. 720), nisi de uno eodemque homine agitur; v. n. 1298. Gr.

1303 M. ATILIVS POSTVMVS BRADVA (Μάρκου Ἀτ[ε]ιλ[ίου Πο]στο[ύμου] Βραδο[ύα] t.), proconsul Asiae imperante Domitiano (*non ante a. 84, cum Domitiano, cuius nomen in t. consulto deletum est, Germanici cognomen additum fuerit*), nominatur in titulo Ephesio Keil Forsch. Eph. 3, 100, 8. *Idem fortasse M. Atilius Bradua (Μάρκον Ἀττίλιον Βραδοῦα t.), proconsul (Asiae), qui honoratur a Smyrnaeis CIG 3189 = IGR 4, 1413 (de Ti. Claudio Appio Atilio Bradua Regillo Attico Herodis Attici filio consule a. 185 cogitavit Dittenberger ad Syll.² 400 = ³862, vix recte; titulum non ante M. Aurelium positum esse ex nomine Μάρκου Αὐρηλίου Περπέρου τοῦ ἐπὶ τῶν ὄπλων στρατηγού nequaquam concludere licet).* — *Pater probabiliter M. Atilii Metilii Braduae consulis a. 108.* — *Plane incertum num C. Atilio C. f. Braduae, qui posuit t. V 7427 = D. 5354 Libarnae Liguriae, necessitudo fuerit cum gente senatoria.* Gr.

1304 T. ATILIVS RVFVS (*plena nomina exhibent dipl. mil. et miliaris; Atilius Rufus Tac. Agr. 40*), consularis Tac. l. l., consul suffectus anno incerto Vespasiani ut videtur. Legatus Aug. pro pr. Pannoniae a. 80 III p. 854 dipl. mil. datum d. 13 m. Iunii a. 80. Legatus Aug. pro pr. Syriae Palestine Explor. Fund 1924, 94 = Ann. ép. 1925, 95 cippus miliaris. Tac. Agr. 40, a. 83 miliaris; in provincia obiit anno 84 ut videtur Tac. l. l. . Probabiliter avus T. Atilii Rufi Titiani consulis a. 127. Cf. Add. Gr.

1305 T. ATILIVS RVFVS TITIANVS, nepos puto T. Atilii Rufi, consul a. 127 p. C. cum M. Gavio Claudio Squilla Gallicano. *In consulatu: T. Atilius Rufus Titianus tabella professiones liberorum exhibens Transact. Amer. Philol. Assoc. 1923, 189 = Ann. ép. 1926, 151.* Τίτος Ἀ[τ]εῖλιος Ῥοῦφος Τίτιανός Wadd. 3, 1619. T. Atil. Titia. XV 1430, T. Atil. Tit. ib. 1431. 1432 in tegulis, *ceterum Titianus fasti.* — *Nominatur in fistula plumbea Antii reperta X 6688 = XV 7794: T. Atili Rufi Titiani.* — *Idem videtur Atilius Titianus, qui regnante Antonino Pio proscriptus est adfectatae tyrannidis reus senatu puniente, a quo conscios requiri imp. Antoninus vetuit, filio eius ad omnia semper adiuto vita Pii 7, 3; hic*

fortasse memoratur a Modestino in libro singulari de manumissionibus dig. 40, 5, 12, 1: Imperator Antoninus, cum Firmus Titiano tragoedos tres legasset et adiecisset 'quos tibi commendo, ne cui alii serviant', publicatis bonis Titiani rescipsit debere eos publice manumitti. *Diversum puto Titianum, quem ut conscium tyrannidis et argui passus est Hadrianus et proscribi vita Hadr. 15, 6 (biographum quod acciderit sub Antonino, errore Hadriani temporibus adscripsisse non crediderim).*

Gr.

1306 T. ATILIVS SABINVS, quaestor pro praetore L. Helvii Agrippae proconsulis Sardiniae mense Martio a. 69 X 7852 = D. 5947 tabella aenea rep. in Sardinia. Gr.

— L. ARRIVS ATILIVS SABINVS.

1307 Atilius Scaurus, amicus Plinii *epist.* 6, 25. Cf. Atilius Crescens. St.

1308 Atilius Serranus nominatur in titulis servorum IX 3319 a Superaequano, XIV 2735 Tusculano. Nescio quo pacto coniunctus cum Atiliis Serranis, qui liberae rei publicae temporibus floruerunt; ad hos pertinere videtur XI 7597 = I² 2551 t. Caeretanus L. Atili C. f. Serane. St.

1309 M. ATILIVS SEVERVS, T. f. (filius fortasse T. Atilii Maximi), consul (suffectus) anno incerto, VII vir epulorum, patronus sodalium Herculianorum, a quibus honoratur t. suburbano VI 31691. Idem videtur Atilius Severus consul (minus accurate), anno fere 183 in exilium actus a Commodo vita *Comm.* 4, 11 (v. supra sub Aemilio Iunco n. 352). Matrona quaedam, cuius nomen perit, Atili Severi uxor, fortasse huius restituti scil. post mortem Commodi, nominatur in actis ludorum saecularium a. 204 VI 32329 v. 13, sed potest fuisse [St]atili vel [C]atili. Gr.

— ATILIVS TITIANVS v. supra T. Atilius Rufus Titianus.

1310 Atilius Vergilio, vexillarius cohortis praetoriae a. 69 *Tac. h.* 1, 41. *Plut. Galba* 26 (traditur Αἰτῆλλίου δὲ Σερκέλλωνος). St.

1311 (L.) Atilius Verus, centurio legionis V Macedonicae t. Oesci rep. *Ann. ép.* 1912, 188. Primipilus legionis septimae (Galbianae), cecidit fortiter pugnans a. 69 in proelio Cremonensi *Tac. h.* 3, 22. Eius videtur filia Atilia L. f. Vera quae posuit tit. Aesonensem II 4461 = D. 2661 L. Aemilio Paterno centurioni eiusdem legionis VII geminae donis donato ab imperatore Traiano. St.

1312 ATILIA L. F. BALBILLA, uxor M. Accennae Saturnini, cui posuit tit. *Tiburatinum* XIV 3585. Gr.

— APPIA ANNIA ATILIA REGILLA ELPINICE AGRIPPINA ATRIA POLLA.

— APPIA ANNIA REGILLA ATILIA CAUCIDIA TERTVLLA.

1313 ATILIA RVFINA, clarissima femina VI 1355. 1363, una cum Caesonia Victorina Caeciliae Verissimae amicae posuit t. *urbanum* VI 1363. Gr.

1314 Atimetus, Cassii medici servus testamento relictus Tiberio Caesari *Scrib. Larg.* 120. Nescio an idem Atimetus, Pamphili Ti. Caesaris Augusti

liberti libertus, Anterotianus VI 12652 = IG 14, 1892 = Buecheler CLE 995. St.

1315 Atimetus, Domitiae Neronis amitae libertus et concubinus, falsae in Agrippinam accusationis supplicium dedit a. 55 Tac. a. 13, 19. 21. 22. St.

— T. HATERIVS NEPOS ATINAS PROBVS PVBLICIVS MATENIANVS.

1316 T. ATINIVS TYRANVS, T. f. Fabia, testis senatus consulti (Panamarensis) a. 715 = 39 d. 15 m. Aug. loco nono, quaestorius ut videtur Bull. hell. 11, 227 = Viereck Sermo Graecus 41, 20. Incertum num parentela cum hoc coniuncta fuerit Atinia Tyrannis femina de plebe, quae Fortunae (Primi-geniae) donum dedit Praeneste XIV 2850 = D. 3691 (errore 3689). — Ἀτινιανὴ οὐσία memoratur in papyro Aegyptiaca P. Ryl. 2, 427 fr. 21 (cf. Rostovtzeff Gesellsch. u. Wirtsch. im röm. Kaiserreich 2, 295). Gr.

1317 Atinia, uxor Rustici praesidis cuiusdam provinciae ut videtur (ἡγεμονῆα), filia (Atinii) Pudentis et Pompeiae, mater Pompei Pudentis t. eius sepulchralis urbanus versibus conceptus IG 14, 1437. St.

— Aurelia Volussia Quirinia Atos[s]a.

— SEMPRONIA ATRATINA.

1318 ATRATINVS, maritus Anniae VI 11748; v. supra n. 703. Gr.

1319 ATRATINVS, consul a. 89 cum (Aurelio?) Fulvo VI 9326 = D. 7864. Chronogr. a. 354 p. 57 Mommsen. Fasti Hydat. ib. p. 222 (errore Fulvio). Chron. Pasch. ib. (ὑπ. Φουλβίου (sic) τὸ β' καὶ Ἀτρατίνου); perperam Flavio et Traiano Prosper Tiro p. 417 Mommsen, Domitiano VII et Traiano, Flavio et Nerva fasti Vindob. priores ib. p. 284, Flavio et Traianus Cassiod. chron. min. 2, 139. Plane incertum num fuerit e gente Sempronia. Gr.

— L. SEMPRONIVS ATRATINVS.

1320 Atrectus, bibliopola Martial. 1, 117, 13. St.

1321 Atrius (vel Appius quod nonnulli libri praebent), ad quem Plinius ep. 9, 35 (C. Plinius Atrio suo s.; si vere Satrio [Stangl] legendum sit, eundem hunc esse ac Satrium Rufum sumas). St.

1322 Q. ATRIVS CLONIVS. Tituli: ei positus est Tarraconensis II 4111 = D. 1176 (1); nominatur in fastis collegii alicuius sacerdotalis VI 2004 (2), in t. Philippopolitano IGR 1, 717 cf. 1468 (3), in cippo terminali prope Philippopolim reperto Ann. ép. 1929, 14 (4). — Q. Atrius Clonius t. 1. K. Ἀτριος Κλόνιος t. 3. 4. [Q.] Atrius Clonius t. 2. Atrius Clonius dig. 26, 10, 7, 2.

Anno 200 cooptatus in collegium sacerdotum nescio quod ex maioribus (fortasse inter sodales Flaviales) t. 2. Epistula Severi et Antonini ad Atrium Clonium citatur ab Ulpiano l. 1 de omn. tribunal. dig. 26, 10, 7, 2; fortasse tunc fuit praetor tutelaris, ut coniecit Stein Thrac. p. 52. Legatus Aug. pro praetore provinciae Thraciae t. 1. 4, regnante (Severo) Antonino

- t. 3 (cf. Stein l. l.), ὁ λαμπρότατος ὑπατικός ἰβ.; *consul suffectus ut videtur in ipsa legatione*. Legatus Aug. pr. pr. provinciarum Cappadociae, Syriae maioris, Hispaniae citerioris t. 1. Hispaniam rexit sub Severo Alexandro ἰβ. (*titulum dedicavit centurio quidam legionis VII geminae piae fidelis Severianae Alexandrianae*). Gr.
- 1323 ATRIA GALLA (*Tac. a. 15, 59; Satria corr. Nipperdey*), uxor Domitii Sili; C. (Calpurnius) Piso degenerem et sola corporis forma commendatam amici matrimonio abstulit, coniuratione prodita (a. 65) testamentum foedis adversus Neronem adulationibus amoris uxoris dedit *Tac. a. 15, 59, cf. 53*. Gr.
- 1324 ATRIA MOSCHARO (*Atriae Moscharus in fistulis*), clarissima femina, *nominatur in fistulis plumbeis Gabiis et Tusculi repertis XV 7831*. Gr.
- APPIA ANNIA ATILIA REGILLA ELPINICE AGRIPPINA ATRIA POLLA.
- 1325 *ATTALIANA, femina consularis (ὑπάτισσα), in cuius domo imperator Commodus occisus est *chron. Pasch. 492 (ubi pro domo Vectiliana sive Vestiliani legitur οἰκία Βεστιανοῦ)*. *Nomen suspectum*. St.
- M. IVLIVS SVRA MAGNVS ATTALIANVS.
- 1326 Attalus, philosophus stoicus, qui solum vertit a Seiano circumscriptus, magnae vir eloquentiae, ex philosophis illius aetatis longe et subtilissimus et facundissimus *Sen. suas. 2, 12*. Magister Senecae philosophi *Sen. epist. 108, 3, 13*, qui eum magna laude exornat et dicta eius saepe affert *epist. l. c. et 9, 7; 63, 5; 67, 15; 72, 8; 81, 22; 108, 23; 110, 14, 20*, vir egregius, qui Etruscorum disciplinam Graeca subtilitate miscuerat *nat. qu. 2, 50, 1, cf. 48, 2*. St.
- 1327 Attalus, ab Arrio Antonino proconsule Asiae (*occiso postea sub Commodō*) damnatus *vita Comm. 7, 1*. St.
- 1328 Attalus (*vel potius Athala, cf. Schönfeld Wörterb. d. altgerm. Personenn. s. v.*), rex Germanorum (Marcomannorum *epit. de Caes. 33, 1 nomine non posito*), pater Pipae (*Piparae vita Gall. 21, 3*) concubinae Gallieni *Vict. Caes. 33, 6*. St.
- CLAVDIVS ATTALVS.
- L. CLAVDIVS ATTALVS.
- P. Claudius Attalus.
- TI. CLAVDIVS ATTALVS.
- TI. CLAVDIVS AVRELIVS ATTALVS.
- C. CLAVDIVS ATTALVS PATERCVLIANVS.
- MENVLLIVS (?) ATTALVS.
- 1329 Attambelus (Ἀττάμβηλος *in nummis regum cognominium, ἀθάβηλος, ἀθά(μ)βίλος, σάμβηλος codd. Dionis exc.*), rex Characenorum. Traianus bello Parthico contra eum pugnans Mesenen (*cf. Eutrop. 8, 3, 1 Messenios*) insulam in Tigride sitam cepit, regem stipendiarium fecit *Dio exc. 68, 28, 4*. *De nummis coniectura minime certa ei attributis vide Hill Br. Mus. Arabia cet. p. CCIII. Cf. supra Artabazum n. 1160*. St.

- P. ACILIVS ATTIANVS.
- **Ael(ius) Casinus Atianus.**
- MAXIMIVS ATTIANVS.
- NONIVS ATTIANVS.
- P. VE.... ATTIANVS.
- 1330 ATTICA, A. Didi Gallii Fabricii Veientonis consulis III (uxor) t. *Moguntiacensis XIII 7253 = D. 1010.* Gr.
- Atticianus dicitur consul a. 270 vita *Claud. 11, 3, errore pro (Flavio) Antiochiano.*
- TIB. CLAVDIA EVPATORIS MANDANE ATTICILLA.
- Grania Atticilla.
- Marcia Atticilla.
- SEPTICIA ATTICILLA.
- Valeria Atticilla.
- Montanius Atticinus.
- 1331 C. ATTICIVS NORBANVS (?) STRABO memoratur in *miliariis Lycaoniae et Isauriae Stud. in the hist. and art of the eastern prov. ed. Ramsay (1906) 173, 58 = Ann. ép. 1907, 58 (1), Stud. 172, 56 cf. p. 234. 247 = Class. Rev. 1905, 416 = Ann. ép. 1906, 21 (2), inedito quem Ramsay cum Ottone Hirschfeld communicavit a. 1905 (3), Ann. d. scuola arch. di Atene 3, 1916/20 p. 51 = Ann. ép. 1922, 5 (4).*
- C. Atticius Strabo t. 1..... [S]trabonem t. 2.... nicipium (recte ...ticipium) ...banum St[r]a[bo]nem t. 3. T. ATTICIVMNOR. M.... PRAO. NEM legere sibi visi sunt editores in t. 4. — Legatus Aug. pro pr. (Galatiae) t. 1—4 a. 198 t. 2. 3 (ubi Septimius Severus appellatur tribuniciae potestatis VI imp. XI), a. 200 t. 4 (trib. pot. VIII; vix fuit VIII). — Pater probabiliter eius qui sequitur. Gr.
- 1332 T. ATTICIVS STRABO ROMVLVS (T. Attici Strabonis Romuli t.), clarissimus puer t. *sepulchralis Capenas XI 3882.* Atticium non Atticum rectam nominis formam esse ex titulis C. Atticii Strabonis, patris ut videtur Strabonis Romuli, apparet. Gr.
- 1333 Atticus, amicus Ovidii, qui scripsit ad eum *amor. 1, 9; ex Ponto 2, 4. 7.* St.
- 1334..... [A]tticus nominatur in fragmento, quod pertinet ad *commentarios ludorum saecularium Claudii (a. 47) VI 32325.* Gr.
- 1335 Atticus, ad quem scripsit Martialis 7, 32; 9, 99; 'facundae renovas qui nomina gentis nec sinis ingentem conticuisse domum' 7, 32, 1 sq. St.
- 1336 Atticus, Augusti libertus a rationibus a. 85, maritus Claudiae Atticae X 6640 (= D. 3338 t. Antias). VI 8410 a. *Eius antea fuerant servi Augusti Abascantus Augusti a rationibus Attic(ianus) VI 8408 et Fructus Imp. Caesaris Domitiani Aug. Germanici Atticianus tabularius a rationibus VI 8410 a, fortasse etiam Epaphra Augusti libertus Atticianus VI*

8451. *Diversus videtur T. Atticus Domitiae Augustae libertus IX 3432 t. Peluinas.* St.
- 1337 Atticus, quem *Iuvenalis 11, 1* ut exemplum hominis praedivitis profert. *De Tiberio Claudio Attico patre Attici Herodis cogitat Borghesi 5, 533 sq., dubito num iure.* St.
- 1338 ATTICVS, ὑπατικός (consularis scil. legatus Syriae, sed etiam cogitari potest Iudaeae legatum eum fuisse in ipsa legatione ad consulatum evectum) imperante Traiano *Hegesipp. ap. Euseb. hist. eccl. 3, 32 (= Rufin. = chron. Pasch. p. 471 Dind.)*; hunc esse eundem atque *Ti. Claudium Atticum Herodem patrem oratoris homines quidam docti statuerunt (de fide narrationis Hegesippi dubitat Klebs PIR¹ 1, 353 nec tamen est cur nomen legati in suspicionem vocemus).* Gr.
- 1339IVS ATTICVS. *In versu ultimo fragmenti Lanuvini XIV 2103 superestio Attico; fortasse consules a. inc. nominati erant.* Gr.
- 1340 A. Atticus, praefectus cohortis cecidit in pugna ad montem Graupium a. 83 vel 84 *Tac. Agr. 37.* St.
- M. ATTICVS VESTINVS, consul a. 65, v. Vestinus.
- Antonius Atticus.
- **C. Baebius Atticus.**
- P. CALPVRNIVS ATILIANVS ATTICVS.
- TI. CLAVDIVS ATTICVS HERODES.
- L. VIBVLLIVS HIPPARCVS TI. CL(AVDIVS) ATTICVS HERODES.
- TI. CLAVDIVS APPIVS ATILIVS BRADVA REGILLVS ATTICVS.
- Curtius Atticus.
- C. FVFIDIVS ATTICVS.
- C. Fufidius Atticus.
- Q. GAVIVS ATTICVS.
- Iulius Atticus.
- **M. Iulius Atticus.**
- C. NERATIVS FVFIDIVS ATTICVS.
- TORQVATVS NOVELLIVS ATTICVS.
- NVMERIVS ATTICVS.
- C. QVINTIVS ATTICVS.
- (M. QVINTIVS) ATTICVS.
- M. SOLLIVS ATTICVS.
- ...NIVS TINEIVS TARRVT(ENIVS) ATTICVS.
- M. VESTINVS ATTICVS.
- C. VETTIVS GRATVS ATTICVS SABINIANVS.
- **P. Vibidius Atticus.**
- Vipsanius Atticus.
- 1341 L. ATTIDIVS CORNELIANVS. *Tituli: ei positi sunt Geraseni IGR 3, 1369 (1), Journ. Rom. Stud. 18, 160, 20 (2); memoratur in titulis Gerasenis*

Ditt. Or. Gr. 625 (*minus recte CIG 4661 cum add. p. 1183. IGR 3, 1353*) (3), *Journ. Rom. Stud.* l. l. 159, 19 (4), in *t. prope Damascum reperto III 129 corr. 6658* (5), in *diplomate militari III p. 2328*⁷¹ = *D. 9057* (6).

Λ. Ἀττίδιος Κορνηλιανός *t. 3. 1* (Ἀττίλιον *traditur*). 4 (*ubi nomina minus plene extant*). Attidius Cornelianus *t. 5* (*lectionem gentilicii corruptam recte emendavit Borghesi*). 6. Κορνηλιανός *t. 2. Atidius Cornelianus vita Marci 8, 6.*

Legatus Aug. pro pr. (Arabiae) *t. 1—4*, anno 213 (aerae Pompeianae) = a. p. C. 150 *t. 3. 4*, consul designatus eodem anno *t. 3* (Δεῖ[ου] δκ', *qui mensis in Syria Novembri anni Iuliani respondebat, cf. quae adnotavit Dittenberger l. l.*). 4; consularis *t. 1. 2*, consul igitur *suffectus a. 151, etiamtum legatus Arabiae. Legatus Aug. pr. pr. Syriae t. 5. 6. vita Marci 8, 6* (*idem potest esse praeses Syriae vita Pert. 1, 6*), anno 157 *t. 6*, a. 162 *t. 5*; a Parthis fugatus (a. 161/162) *vita Marci l. l. cf. vita Veri 6, 9. Veri ep. ad Front. 3 p. 132 N. = 2, 196 Haines. Fronto princ. hist. p. 206 sq. N. = 2, 208 Haines. — Pater vel avus eius qui sequitur. Gr.*

1342 L. ATTIDIVS CORNELIANVS, *filius vel nepos eius qui praecedit, cooptatus in collegium sacerdotum nescio quod ex amplioribus a. 190, vita functus a. 198 VI 2004 v. 5. 8. Hic fortasse Cornelianus consul (suffectus) cum Aureliano id. Mais a. 180 vel 181 vel 182 VIII 10570 = D. 6870. Gr.*

1343 ATIDIVS GEMINVS, praetor (*i. e. proconsul*) Aethiopiae aetate Augusti *ut videtur Tac. a. 4, 43 (ad a. 25 p. C.). Gr.*

1344 Attidius Praetextatus *memorari videtur in fragmento tituli Althiburitanii VIII 16 474 positi matronae cuidam nobili, cuius nomen perit (supplementa, quae proposuerunt editores [. . . coniugi Attidi. . .] M. f. co(n)-s(ularis) Attidi Praetextatu[s et filii pii]ssimae ac sanctissimae [matri fecerunt], vix probari possunt). Gr.*

1345 ATTIDIVS [T]VSCVS *statua honoratur Ephesi a Stertino Maximo Eutychete eq. Rom., cliente suo Inscr. Br. Mus. 3, 540 = D. 8833 (Tusci cognomen confirmatur t. urbano VI 32 026 posito M. Num[mio] . . . Attidi[o] . . . Tusco, qui vel idem est vel certe parentela cum hoc coniunctus). Πραίτωρ καὶ πρεσβευτῆς i. e. legatus pro praetore (proconsulis Asiae) t. Ephesinus. Saec. II p. C. ut videtur. Gr.*

— M. NVM[MIVS] . . . ATTIDI[VS] . . . TVSCVS.

— AVR. ATTINAS.

1346 Attitianus (*nomen unus Victor servavit*), actuarius, (M. Piavonium) Victorinum imperatorem, qui uxorem eius stupraverat, in colonia Agrippinensium occidit *Vict. Caes. 33, 12. 13. Eutrop. 9, 9, 3. Vit. tyr. trig. 6, 3. St.*

1347 Attius, centurio a. 33 *Tac. a. 6, 24. St.*

1348 P. ATTIVS, P. f. (*tribu*) Κ[οῦρ]ίνα *vel* Κ[ολλ]ίνα, nominatur inter testes senatus consulti (*Panamarensis*) facti d. 15 m. Aug. a. 715 = 39 a. C.

- loco quarto (fortasse tribunicius) *Bull. hell.* 11, 226 = *Viereck Sermo graecus p. 41 n. 20.* Gr.
- 1349 C. Attius Alcimus Felicianus. *Tituli Africani VIII 23 948 (1). 23 963 (2) = D. 1347 (cf. 3 p. CLXXIV sq.), Lugdunensis XIII 1797 (3).*
Tria nomina t. 1. 2, Attius Alcimus t. 3, in t. 1 praemisum est signum, cuius incerta vestigia extant.
- Advocatus fisci provinciarum undecim, procurator alimentorum per Transpadum Histriam Liburniam t. 2, procurator per Flaminiam Umbriam (t. 1. 2) Picenum, item vice procuratoris quadragesimae Galliarum t. 1, procurator privatae per Salarium Tiburtinam Valeriam Tusciam, procurator annonae provinciae Narbonensis t. 1. 2, procurator ferrariarum (t. 1—3; sub Severo Alexandro t. 3, si quidem agnomen legionis erasum fuit Alexandrianae), procurator sacrae monetae, procurator hereditatum Romae, curator operis amphitheatri (sic t. 1, in t. 2 operis . . . tri, sed spatium non capit nisi vocabulum theatri), magister summarum rationum, magister summae privatae t. 1. 2, praefectus vigulum, praefectus annonae vice praefectorum praetorio (in titulis 1. 2 haec munera perturbata, ideo ni fallor, quia ordine inverso enumerantur; archetypus ordine recto compositus videtur: praef. annonae, praef. praet., vice praef. vig. t. 1, vice praef. praet., praef. annonae, vice praef. vigulum t. 2). Vir egregius t. 3, perfectissimus vir t. 1. 2.
- Patronus patriae suae nescio cuius civitatis Africanae t. 2. St.
- 1350 Q. ATTIVS CELER nominatur in titulo Traianae Augustae reperto *IGR 1, 756 (1), in miliaris Thraciis ib. 724 cf. 1477 (2), 725 (3), SEG 3, 508 (4).*
 K. Ἀτίου Κέλερος t. 1. K. Ἀτ[ί]ου Κελέρου t. 4. K. Ἀτίου Κελερ . . . t. 2. Ἀτίου Κέλερος t. 3: ex hoc t. apparet Q. Attii nomen ei fuisse, non Cattii, ut legerunt priores (cf. *PIR¹ 1, 321, 470*), sed dubitat Stein Thracia p. 66, num t. 3 recte descriptus sit, provocans ad Cattium Celerem tituli IX 2778. — Legatus Aug. pro pr. provinciae Thraciae sub Gordiano t. 1—4; cf. Stein l. l. p. 66 sq. Gr.
- 1351 C. Attius Celsus, L. [f.], (tribu) Po[m(]ptina], procurator publici vicesimae hereditatum Italiae t. Faliscus XI 7487. St.
- 1352 Attius Clemens, ad quem dedit Plinius *epist. 1, 10; 4, 2.* St.
- 1353 M. Attius Cornelianus. *Tituli Uchitani maiores VIII 26 270 (= D. 1334) (1). 26 271 (2). Plena nomina t. 1, Attius Cornelianus t. 2. Filius L. Atti E[x]orati t. 2. Praefectus praetorio, eminentissimus vir t. 1 dedicatus a colonia Uchitanorum maiorum civi et patrono imperante Severo Alexandro.* St.
- 1354 P. ATTIVS DECIVS FELIX MATVTINVS, clarissimus vir, nominatur in fistula plumbea urbana saeculi III fere medii XV 7397. Gr.
- 1355 L. Attius E[x]oratus, pater M. Atti Corneliani VIII 26 271 tit. positus ei ab ordine Uchitanorum maiorum. St.

1356 Q. Attius Fronto, idilogus Aegypti anno 13 p. C. P. Oxy. 9, 1188. St.

— M. ATTIVS INSTEIVS TERTVLLVS, vide sub *Insteis*.

1357 TI. ATTIVS IVLIANVS, T[i. f.] Quir(ina), X vir stlitibus iudicandis, sevir equitum Romanorum, tribunus militum legionis X geminae IX 4193 t. *Amiterninus* a M. (?) Fabio Fabiano tribuno militum positus. Attia Q. f. Pia Iuliani (uxor) IX 4456. *Röm. Mitt.* 27, 307 t. *Amiternini publice positi*; eadem fortasse nominata fuit in actis lud. saec. a. 204 VI 32329 v. 15: [Att?]ia Pia Tibe[ri Atti Iuliani?] (uxor). Gr.

— D. CVTIVS BALBINVS M. CORNELIVS POTIVS L. ATTIVS IVNIANVS ROMVLVS.
1358 Attius Labeo. Labeo *Pers.* 1, 4 et schol. Atti *ib.* 50, Attius (*traditur Accius*) Labeo schol. *Pers.* 1, 49. 50. 'Ne mihi Polydamas et Troiades Labeonem praetulerint?' *Pers.* 1, 4 sq. Ilias Atti *ib.* 1, 50. Labeo transulit Iliadem et Odysiam verbum ex verbo ridicule satis schol. *Pers.* 1, 4, cf. 50. Nescio num parentela coniunctus sit cum Q. Licinio Modestino Attio Labeone et cum C. Attio Labeone, cuius libertorum t. sepulcralis rep. in agro Sabino Not. d. sc. 1900, 150, avo fortasse poetae, id quod coniecit Buecheler *Rh. M.* 63, 190, cf. *ib.* 39, 289. St.

— Q. LICINIUS MODESTIVS ATTIVS LABEO.

1359 ATTIVS LACO. *Nummi Nicaeenses Neronis et Agrippinae Br. Mus. Pontus* 154, 16 (tab. XXXII 1). *Bull. hell.* 2, 508. *Waddington Rec. d. monn. gr. As.* 1, 3, 402, tab. 66, 12—14, *Heracleotae ib.* 1, 2, 359 tab. 58, 3. 4. *Ztschr. f. Num.* 7, 23, 6, cf. *Seltman Num. Chron.* 1928, 101. Proconsul (Ponti et Bithyniae) inter a. 54 et 59 nummi. St.

1360 L. ATTIVS MACRO Nymphis dicavit t. *Brigetionensem III* 4356 = 11 077 (1), genio legionis VII [geminae] t. *Legionensem II* 5083 = D. 2289 (2); memoratur in dipl. mil. III p. 878 = X 7855 (3) et III p. 1979 = XIII 6495 (4).

Plena nomina exhibent t. omnes, nisi quod in t. 3. 4 extrinsecus falso scriptum est casu sexto Macro pro Macrone. — Legatus Augusti probabiliter legionis I adiutricis (non Pannoniae superioris, ut statuerant priores, cf. Ritterling *Arch. epigr. Mitt.* 20, 20 sq., RE 12, 1401) t. 1. Legatus Augusti (legionis VII geminae) t. 2, fortasse ante legationem legionis Pannonicae. Consul (suffectus) cum P. Licinio Pansa a. 134 a. d. XVII k. Octobr. t. 3, a. d. XVII k. Nov. t. 4. Gr.

1361 Attius Priscus, pictor, vixit Romae aetate Vespasiani *Plin. n. h.* 35, 120. St.

1362 P. ATTIVS PVDENS, clarissimus vir, *fistula plumbea urbana XV* 7424 a ('saec. II exeuntis vel III ineuntis' Dressel); in eadem fistula nominantur Carminia Liviana Diotima clarissima femina et T. Flavius Valerianus clarissimus iuvenis, officinator quoque Pudentis et Livianae idem fuit. Plane incertum num Liviana Pudentis uxor fuerit. — Ad

eundem pertinere videtur fistula XV 7581: ...udentis c. v. — Vix idem, fortasse filius P. Attius Pudens Rufinus Celsianus qui sequitur.
Gr.

- 1363 P. ATTIVS PVDENS RVFINVS CELSIANVS Claudiae Mariae Maximae Martiae Secundae clarissimae feminae coniugi t. *posuit urbanum (sepulcralem ut videtur) VI 1379. Filius fortasse P. Attii Pudentis qui praecedit.* Gr.
- 1364 ATTIVS RVFINVS, clarissimus vir, patronus ordinis sacerdotum domus Augustae Palatinae aetate Commodi VI 2010. *Huius fortasse uxor ...ia Atti Rufin[i] nominatur in actis lud. saec. a. 204 VI 32329 v. 19. Parentela coniunctus videtur cum P. Attio Pudente Rufino Celsiano.* Gr.
- 1365 (Attius) Suburanus (Suberinus vel Subberimus vel simile libri), victus in causa, quam Plinius in centumvirali iudicio egit pro Attia Viriola exhereditata ab octogenario patre, qui pater alienus (*patruus videtur*) dicitur Suburani *Plin. epist. 6, 33, 6.* St.
- 1366 SEX. ATTIVS SVBVRANVS. *Plena nomina in tit. Ephesio Forsch. Ephes. 2, 27 v. 447 (1). Se...ius Suburanus in actis Arvalium VI 2074 = D. 5035 (2). Atticus Suburanus acta Ignatii c. 1 p. 307 Zahn, ceterum Suburanus (vel Suranus vel alio modo corruptum in fastis). Traianus eum sub initium imperii praefectum praetorio fecit Vict. Caes. 13, 9 (rem narrat nomine praetermisso Dio exe. 68, 16, 1² p. 203 sq. B., significat Plin. paneg. 67, 8). Consul suff. cum Q. Articuleio Paeto a. 101, d. 25 Martii t. 2. Consul II ordinarius cum M. Asinio Marcello a. 104 t. 1; fasti; cf. acta Ignatii 1. Iudex datus (in consulatu opinor, cf. Groag RE 10, 884 sq.) ab imperatore Traiano Plin. epist. 7, 6, 10, 11. Eum pontificem a. 102 fuisse ex nomine Sex. Atti Iusti, qui recensetur in laterculo kalatorum pontificum et flaminum VI 31034. [32445], concludendum est. — Potest fuisse frater Attiae Viriolae (ubi vide), patruus Suburani (traditur 'Suberini') Plin. epist. 6, 33. — Liberta eius Ann. ép. 1912, 183 t. urbanus, e posteris fortasse libertorum VI 12747. 12748.* St.
- ATTIA CERVIDIA VESTINA v. *infra sub Cervidia Vestina.*
- 1367 ATTIA Q. F. PIA, (Ti. Attii) Iuliani (uxor), *honoratur publice ab Amiterninis IX 4456 (1), a vicaniis Forensibus eiusdem municipii Röm. Mitt. 1912, 307 (2); ipsa posuit patri ut videtur [Q.?] Attio P. f. Quir(ina) Tergo, [IIII]IIII viro, quaestori, quinquennali (Amiterni) t. Amiterninum IX 4199 (3). In actis ludorum saecularium a. 204 VI 32329 v. 15 fortasse suppleri potest [Att]ia Pia Tibe[ri Atti Iuliani]; v. supra sub Ti. Attio Iuliano.*
Gr.
- 1368 Attia Procilla, Q. filia, uxor P. Aeli Peregrini t. *Polensis V 33 = D. 853.*
St.
- 1369 Attia Sacrata, c(larissima) f(emina) aut, *id quod praetulerim, C. f(ilia) XIII 5614 t. Germaniae superioris.*
Gr.
- 1370 ATTIA VIRIOLA, femina splendide nata, nupta praetorio viro, ab octo-

genario patre exheredata; eius causam Plinius apud centumviros egit *epist.* 6, 33. *Cum in hac causa Suburanus (traditur Suberinus, restituit Mommsen) victus sit, cuius pater alienus dicitur pater Attiae, veri est simile ei Attio Suburano nomen fuisse parentela coniuncto cum Sex. Attio Suburano, cuius idemque Viriolae pater fuit fortasse ille octogenarius, patruus vero 'Suberini'.* St.

1371 [M.] **Attonius Rufinus**, procurator (Augusti, cuius nomen erasum) provinciae Pannoniae superioris t. *Poetovionensis III 4031 nuper rep. et denuo ed. a Michaele Abramić Časopis za zgodovino in narodopisje 1931, 179.* St.

— **M. Allius At[t]us.**

1372 **ATVLENVS RVFINVS**, quindecimvir sacris faciundis a. 204 VI 32326 v. 51. 32327 v. 9. 12 *acta lud. saec. Eum non diversum esse ab Apuleio (sic traditur) Rufino, consule (suffecto) cum Septimio Severo (vita Sev. 4, 4), coniecit Dessau fortasse recte (v. supra n. 966).* Gr.

1373 **AV...VS.....**, le[gatus Aug?] pr[o] pr[aetore] (?), nominatur in fragmento t. *Galatici Journ. Hell. Stud. 1902, 348; fuit Au[reli]us vel Au[fidius] vel Av[idi]us.* Gr.

— ...IMVS NVMERIVS AV.....

— L. RVPILIVS AV.....

1374 **C. *AVCID[IVS] VICTORINVS**, consul (suffectus) mense Maio a. 155 cum M. Gavio VI 2086 *acta Arv. Errorem lapicidae subesse, qui pro Aufidio incidisset Aucidio, recte puto statuit Klebs PIR¹ 1, 182, 1142; v. infra sub C. Aufidio Victorino n. 1393.* Gr.

— L. Cocceius Auctus.

— Pompeius Auctus.

1375 **L. Audasius**, falsarum tabularum reus, cum Asinio Epicado in Augustum coniuravit, ut Iuliam eiusque filium Agrippam Postumum ex insulis, quibus continebantur, ad exercitus raperent *Suet. Aug. 19.* St.

1376 **AVDIVS BASSVS** (Audioum Bassoum *latine*, 'Οδίου Βάσσου *graece*), proconsul provinciae Cypri anno 198, nominatur in *miliario Cyprio bilingui III 218 = D. 422 = IGR 3, 967.* — C. Numitorius Audius Bassus nominatur in *tab. cer. Pompeiana a. 62 IV 3340, 151 (cf. ib. 138 'fundus Audianus' et X 1063).* Gr.

1377 **Avectius**, tribunus (militum) ex civitate Nerviorum, inter primores Druso duce pugnavit anno 10 a. C. *ut videtur Liv. per. 141.* St.

1378 **Aufidienus Rufus**, diu manipularis, dein centurio, a. 14 p. C. praefectus castrorum in Pannonia *Tac. a. 1, 20.* St.

1379 **Aufidius**, moechus *Iuvenal. 9, 25. Sine iusta causa idem putatur atque Aufidius Chius, v. infra.* St.

1380 **T. Aufidius**, Siculus, medicus graecus (*cf. Marx in ed. Corneli Celsi p. XCII*), sectator Aesclepiadis *Steph. Byz. s. Δυρράχιον. Idem sine*

- dubio (cf. Wellmann *Herm.* 23, 563, 2; *RE* 2, 2290; *Mitt. z. Gesch. d. Mediz.* 16, 269 sqq.) Titus, sectator Asclepiadis *Caes. Aurelian. acut. morb.* 2, 29; *morb. chron.* 1, 5; 3, 5. Praecepta eius ex secundo libro de anima (περὶ ψυχῆς) *affert id. morb. chron.* 1, 5. *St.*
- 1381 Aufidius Bassus, paulum aetate praecedens (M.) Servilium Nonianum (cos. a. 35) *Quintil.* 10, 1, 103. Semper infirmi corporis, subito defecit *Sen. epist.* 30. *Idem igitur esse potest ac* L. Aufidius Bassus, qui Aesculapio et Valetudi[ni] dedicat *t. Atticum III* 7279 = *D.* 3832. Rerum scriptor, historiae auctoritatem egregie, utique in libris belli Germanici, praestitit *Quintil.* l. l. Epicuri praeeptis obsequens *Sen. epist.* 30, 14. Verba eius de morte Ciceronis *Sen. suas.* 6, 18, 23. *Affertur Cassiodor. Chron. min.* 2, 161. *Commemoratur Tac. dial.* 23, 4. Plinius scripsit historiam a fine Aufidi Bassi *n. h. praef.* 20. *Plin. epist.* 3, 5, 6. *Idem videtur Aufidius Plin. n. h.* 6, 27; *haud ita certo origo gentis R.* 18, 4. *Fortasse ex posteris* L. Aufidi L. f. Bassi honorati a *Tennis IG* 12, 5, 860. *St.*
- 1382 Aufidius Chius, procurator mulieris *Mart.* 5, 61, 10. *Idem videtur Aufidius (traditur Anfidius) Chius iuris consultus, qui refert de Atilicino fragm. Vat. 77. Sed non est cur idem habeatur Aufidius moechus Iuvenal.* 9, 25. *St.*
- 1383 AVFIDIVS CORESNIUS MARCELLVS agnomine ZMINTHIVS: *Tituli: ei positi sunt publice Adadensis (Pisidiae) CIG* 4379 d = *IGR* 3, 367 = *D.* 8838 (1), *Sagalassensis IGR* 3, 357 (2); *memoratur in t. Bonnensi XIII* 8035 (3) et *Traianopolitano Iuliae Mamaeae Augustae posito Ann. ép.* 1927, 75 (4).
Plena nomina exhibet t. 1, ubi agnomen quoque praescriptum est. Aufidius Coresnius Marcell(us) t. 3. Κορέσνιος Μάρκελλος t. 2. 4.
Origine probabiliter Sagalassensis; nam cives huius oppidi eum appellant τὸν ἴδιον βουλευτὴν καὶ εὐεργέτην t. 2. Legatus legionis I Minerviae a. 222 (d. 25 m. April.) t. 3. Legatus (proconsulis ut videtur) pr. pr. (Lyciae et Pamphyliae) t. 1 (τὸν λαμπρότατον πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον). 2 ([τὸν] κράτιστον πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον). Legatus Aug. pr. pr. provinciae Thraciae sub Severo Alexandro t. 4. Parentela nescio qua coniunctus videtur cum C. Aufidio Marcello consule II a. 226. Gr.
- 1384 ... Aufidius [Fronto], L. f. (...ον Αὐφίδιον Λε[υκίου] (υἱὸν) [Φρόντω]να titulus; [Λεύκι]ον vel [Μάρκ]ον *suppleri posse adnotat editor*), ab Atheniensibus honoratur *Bull. hell.* 51, 271, 37 (*litteras saeculi primi p. C. medii iudicat Graindor qui edidit*). *Pater fortasse Aufidii Umbri, ex maioribus C. Aufidii Victorini consulis II a. 183, patris Frontonis (n. 1393).* *Gr.*
- 1385 M. AVFIDIVS FRONTO, consul a. 199, filio posuit tit. sepulcralem *Pisauri XI* 6334 = *D.* 1129. — *In consulatu: M. Aufidius Fronto VI* 2270 =

D. 4331. M. Aufidi . . . VI 1982. Aufid. Fronto VI 1352. Αὐφείδι[ος] Φρόντων IGR 1, 1498, *ceterum* Fronto *fasti*. — Αὐφίδιος Φρόντων Dio 78, 22, 4. Fronto *titulus*.

(C.) Aufidi Victorini (consulis II a. 183) filius, M. Corneli Frontonis (ex filia) nepos t. 'Sive Victorinus noster sive Fronto' infans educatus apud avum Frontonem *Fronto ad am.* 1, 12 p. 181 Naber = 2, 172 Haines ('Fronto iste' *ib.*), *de nepote amisso* p. 234 N. = 2, 228 H.; *cf.* p. 102. 106. 111 N. = 2, 122. 128. 218 H.

Consul t. ordinarius a. 199 cum P. Cornelio Anullino II *v. supra*. Ab imp. Maerino a. 217 Frontoni quamquam Africam provinciam sortitus erat, neque haec data est provincialibus eum recusantibus neque Asia, quae a Maerino ei destinata erat; salarium proconsulare a Maerino sibi oblatum repudiavit καὶ διὰ τοῦθ' ὕστερον [παρὰ τοῦ Σαρ]δαναπάλλου τὸ ἔθνος ἀπέλαβεν Dio 78, 22, 4. 5 (*supplementa Falconii et Bekkeri non plane certa*). — Pater M. Aufidii Frontonis *tenera aetate defuncti ut videtur* (*cf. n. 1386*). Gr.

1386 M. AVFIDIVS FRONTO, pronepos M. Corneli Frontonis oratoris, consulis (a. 143), magistri imperatorum Luci et Antonini, nepos Aufidi Victorini praefecti urbi, bis consulis (II a. 183) XI 6334 = D. 1129 t. *Pisaurensensis sepulchralis, quem posuit* (M. Aufidius) Fronto consul (a. 199) filio dulcissimo *in prima adolescentia ut videtur defuncto*. Gr.

1387 Auf(idius?) Gallus *nominatur in t. Salonitano posito a. 179 p. C. III 3157 = 8663, cuius versus quadratarum culpa male confusi sunt; itaque nescio num recte suppleverit Mommsen prae[c(epto)] Auf(idi) Gall(i) c(larissimi) v(iri) leg(ati) su[i]*. Gr.

— P. IVVENTIVS CELSVS T. AVFIDIVS [H]OENIVS SEVERIANVS.

1388 Aufidius Iulianus. *Tituli ei positi Ancyranum IGR 3, 168 (1). 169 (2). 170 (3). Journ. Hell. St. 44, 32 (4). Procurator Augustorum t. 3, trium (inter a. 198 et 211) t. 1. 2. 4, ὁ κρᾶτιστος t. 1—4*. St.

1389 C. AVFIDIVS MARCELLVS, consul I *suffectus a. inc.*, proconsul (Asiae) a. 220 vel 221 *cippus miliaris Thyatiris rep. III 7195 = IGR 4, 1206* (ἐπὶ ἀνθυπάτου Αὐφίδιου Μαρκέλλου), consul II ordinarius a. 226 cum imp. Severo Alexandro II. *In consulatu altero: C. Aufidius Marcellus III p. 1999 dipl. mil. Aufidius Marcellus XIII 1811 = D. 8641. Aufid. Marcellus III 8173 = D. 2377, ceterum Marcellus fasti (errore Μαρκελίνος fasti Theon. Alex. Chron. min. 3, 377); iterationis nota adest III 5575. ib. p. 1999. VI 266 a. b. 1991. XIII 1811, in fastis Heraclianis Chron. min. 3, 392. — Incertum qua parentela coniunctus fuerit cum Aufidio Coresnio Marcello*. Gr.

1390 Aufidius Modestus, grammaticus *affertur (Philarg.) Verg. Georg. 2, 497; Modestus ib. 3, 53. Idem videtur Aufidius Modestus, cuius facete dictum in (Avidium) Quietum proconsulem (Achaiae) Phit. quaest. conv. 2, 1, 5*

- p. 632 A, cf. *Macrob.* 7, 3, 15. *Nec diversus fortasse Modestus grammaticus Mart.* 10, 21. St.
- 1391 L. Aufidius Panthera. *Titulus Britannicus VII 18, melius Eph. ep.* 9, p. 514. *Dipl. mil. III p.* 1978, cf. p. 2328⁶⁴. *Sassina oriundus, praefectus alae primae Ulpiae contariorum miliariae a. 133 dipl., praefectus classis Britannicae tit. Fieri potest, ut originem traxerit ex liberto aliquo illius Cn. Aufidii tribuni plebis (ceteroquin ignoti, nisi forte eundem esse sumas ac Cn. Aufidium tribunum plebis a. 170 a. C., Liv. 43, 8, cf. 44, 18 fin.), cuius plebiscito contra vetus quoddam S^Ctum Africanas (bestias), pantheras nimirum, importari permissum est Plin. n. h. 8, 64, cf. 62. 63.* St.
- 1392 AVFIDIUS SEVERIANVS, *proconsul provinciae nescio cuius sub Severo et Antonino Ulpian. libro primo de off. procos. dig.* 1, 16, 4 pr., 1. Gr.

— L. ARRIVS PLARIANVS AVFIDIUS TVRBO.

- 1393 C. AVFIDIUS VICTORINVS, consul II a. 183 p. C. *Tituli: ipse Iovi o. m. dicavit Moguntiacensem XIII 11 808, cum esset legatus Germaniae superioris (1); memoratur in t. Pisauensi nepotis XI 6334 = D. 1129 (2). — In consulatu altero: C. Aufidius Victorinus VI 2099 acta Arv. C. [Aufidius Vic]torin[us] XIII 11 792. Aufid[ius Victorinus] VI 36874. Aufid. Vic. XV 7362, ceterum Victorinus fasti. Incertum utrum hic an filius eius consul a. 200: Aufidius Victorinus VI 3741 = 31127. 32524. — Idem videtur C. Aucid[ius] (sic traditur) Victorinus, consul (suffectus) a. 155 VI 2086 (v. supra n. 1374). — C. Aufidius Victorinus t. 1. Aufidius Victorinus t. 2. — C. Aufidius Fronto ad M. Caes. 4, 13. Aufidius Victorinus Fronto in inscriptionibus epistularum ad eum datarum ad am. 1, 7 (12. 13. 14 in indice epistularum); ad am. 2, 10 N. (11 Haines). Aufidius id. ad M. Caes. 1, 8, ceterum Victorinus Fronto passim. Aufidius Victorinus vita Marci 3, 8; 8, 8. Βικτωρίνος Dio exc. 72, 4, 2; 11, 1; 12, 1. Aufidius Victorinus dig., cod. Iust.*
- C. Aufidius negat se hominem iustiorum ex Umbria ullum alium Romam venisse *Marcus Caesar apud Front. ad M. Caes.* 4, 13 p. 75 N. = 1, 214 Haines, ex Umbria igitur oriundus (*Aufidiorum domum Pisauero oriundam fuisse et ex t. 2 colligere licet et ex t. item Pisauensi Petroniorum Victorini eiusque filii Aufidii Victorini XI 6335 = D. 7218; cf. t. Pisauensem C. Aufidii C. f. Cam(ilia) Veri summis in patria honoribus functi XI 6360*); ex posteris probabiliter Aufidii Umbri, legati Traiani provinciae Cappadociae (cf. etiam n. 1384). *Senatorii ordinis vita Marci 3, 8. Condiscipulus Marci Caesaris ib., sicut Marcus M. Cornelio Frontone magistro usus Fronto ad M. Caes.* 1, 8 p. 21. 24 N. = 1, 118. 124 H.; 5, 44 (59) p. 90 N. = 1, 246 H.; ad M. Aurelium Aug. 1, 2 p. 96 N. = 2, 36 H.; Marcus eum amavit v. Marci l. l. cf. M. Caes. ad Frontonem

4, 13 p. 75 N. (1, 214 H.). *Fronto ad M. Caes.* 1, 8 p. 24 N. (1, 124 H.); 5, 10 (25) p. 80 N. (1, 194 H.).

Consul I suffectus a. inc., fortasse a. 155 (m. Maio), v. supra n. 1374. Legatus Augustorum (*Marci scil. et Veri*) pr. pr. (Germaniae superioris) t. 1. *Dio exc.* 72, 11, 3, 4, per tres minimum annos, cf. *Fronto p. 137 (ad Verum 2, 9). 234sq. N. (de nep. amisso 6. 10 vol. 2, 228. 232 H.)*; contra Chattos, qui in Germaniam et Raetiam inruperant; missus v. *Marci* 8, 8; eum primis divorum fratrum annis Germaniam superiorem rexisse apparet ex *vita Marci l. l.* Ad eum in provincia morantem Fronto dedit epistulam ad *am.* 1, 7 p. 179 N. (2, 168sq. H.); absentis Victorini mentionem facit ad *Verum imp.* 2, 7 p. 134 N. = 2, 152 H. Proconsul Africae *Dio* 72, 11, 4, sedecim fere annis post consulatum, probabiliter Marco solo imperium tenente. Ὑπὸ τοῦ Μάρκου ἐν τοῖς πάνυ τιμηθεῖς *Dio* 72, 11, 2. Consul II t. 2 (bis consul) ordinarius cum imp. Commodus IIII a. 183 v. supra (iterationis nota extat VI 746 (= D. 4202). 2099. XIV 4505 (= D. 9078). VIII 14588 (= D. 8723 a). XV 7362, omittitur in fastorum laterculis). Praefectus urbi t. 2. *Dio* 72, 11, 1, eodem probabiliter tempore quo iterum fasces gessit. Sed iam ante *Marci Aurelii* mortem praefecturam adeptus esse videtur, nam ad urbis praefectum, non ad proconsulem Africae, data est ni fallor constitutio divorum Marci et Commodi ad Aufidium Victorinum *cod. Iust.* 4, 57, 2 (constitutio divi Marci ad Auf. Vict. *Ulp. dig.* 4, 4, 11, 1; 26, 4, 3, 2; divi Marci litterae ad Auf. Vict. *Papinian. ib.* 40, 1, 20 pr.). Idem videtur Βίκτωρ ὁ Ῥώμης ἑπαρχος, qui memoratur a Galeno in *comm. in librum Hippocratis de acut. morb. victu* 1, 55 vol. 15, 723 K. = 3, 59 p. 265 *Helmreich (Corp. med. Graec.* 5, 9, 1 p. 265), id quod iam coniecit *Borghesi* 9, 316 sq. (commentarium illum ante Marci exitum scriptum, sed addita esse quaedam tempore posteriore statuit *Ilberg Rhein. Mus.* 1889, 232sq.). Incertum num fuerit frater Arvalis ([Auf]idium Vi[ctorinum] supplendum esse in fragmento actorum VI 2091, quod pertinet ad a. 162 vel 163 vel 164, proposuit *Huelsen* VI 32382, sed his annis Victorinum legatum in Germania fuisse putaverim). Insidias ei paravit Commodus iam ante mortem *Perennis* (a. 185) *Dio* 72, 11, 1; paullo post ut videtur fato functus est *Dio* 72, 11, 1, 2, cf. 4, 2. Mortuo statua posita est *ib.* 11, 1.

Inter eos, qui fori principem locum occupant, nominatur *Fronto ad am.* 2, 10 p. 200 N. = 1, 292 H. cf. ad *M. Caes.* 4, 13 p. 75 N. (1, 214sq. H.); eloquentia eius praedicatur *id. ad am.* 1, 7 p. 179 (2, 170 H.). 2, 10 p. 200 N. (1, 292 H.); ad *M. imp.* 1, 2 p. 96 N. (2, 36 H.). *Dio* 72, 11, 2. — Epistulae Frontonis ad eum datae ad *am.* 1, 7. 12. 13. 14 (p. 179. 181—184 N. = 2, 168—174. 98sq. H.). 17 a (cf. *Hauler Wien. St.* 46, 245, minus recte *Naber p.* 185, 6).

Vir sanctus *Fronto de nepote amisso* p. 233 N. (2, 224 H.); pietate, mansuetudine, veritate, innocentia maxima, omnium denique optimarum artium praecipuus vir *ib.* p. 232 cf. p. 234 (2, 224. 228 H.); *ad am.* 2, 10 p. 200 N. = 1, 292 H. *Marcus Caes. ad Front.* p. 75 N. = 1, 214 sq. H.; καὶ τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ καὶ τῇ τῶν λόγων παρασκευῇ οὐδενὸς τῶν καθ' ἑαυτὸν δεύτερος γενόμενος *Dio* 72, 11, 2, *qui ib.* § 3. 4 *exempla affert abstinentiae Victorini.*

Fronto Victorino filiam (Gratiam) despondit *Fronto ad am.* 2, 10 p. 200 N. (1, 292 H.); Frontonis gener *id. passim.* Frontonis nepotes ex Victorino geniti *memorantur Marcus ad Front.* p. 94 N. (2, 32 H.). *Fronto ad am.* 1, 12 p. 181 N. (2, 172 H.). Filius *natu maximus* sive Victorinus sive Fronto apud avum educabatur *ib.*; *de nep. amisso* p. 234 N. (2, 228 H.), cf. *imp. Marci epistulas ad Front.* p. 102. 106. 111 N. (2, 122. 128. 218 H.); *hic videtur* M. Aufidius Fronto consul a. 199, qui filio M. Aufidio Frontoni, nepoti Aufidi Victorini praefecti urbi, bis consulis, *posuit t. sepulcralem Pisauensem XI 6334* (t. 2). Alter filius in Germania natus ibi trimulus decessit *Fronto ad Verum imp.* 2, 9. 10 p. 137 sq. N. (2, 232 sq. H.); *de nepote amisso* p. 232 sq. (2, 222—232 H.); *tertius videtur* C. Aufidius Victorinus consul a. 200, *qui sequitur.* — Aufidii Victorini *inferiorum ordinum* D. 5590. VI 3274. *Class. Stud. in hon. of I. C. Rolfe* 266. Gr.

1394 C. AVFIDIUS VICTORINVS, *filius sine dubio eius qui praecedit, frater minor ut videtur M. Aufidii Frontonis consulis a. 199, consul a. 200 cum Ti. Claudio Severo Proculo. In consulatu: plena nomina exhibent vel exhibuerunt tituli III 8237. VI 1054. 1982. 1991. 2004. Not. d. sc. 1915, 39. XIV 252 (= D. 6176) cf. p. 614. ib. 4560, 1 b. 4562, 2 (cf. praeterea sub C. Aufidio Victorino cos. II a. 183); ceterum Victorinus fasti.*

Ex posteris eius videntur fuisse Petronius Victorinus clarissimus iuvenis eiusque filius Petronius Aufidius Victorinus iunior, qui honorantur t. Pisauensi XI 6335 = D. 7218 a. 256 p. C. Gr.

— PETRONIVS AVFIDIUS VICTORINVS iun(ior).

1395 AVFIDIUS VMBER *nominatur in nummo Neocaesareae metropoleos Ponti Polemoniacy: in adversa cum capite Traiani et inscriptione Αὐτοκράτωρ Νέρ(ουας) Τραιανὸς Σεβ(αστὸς) Γερμ(ανικὸς), in aversa Neokaisareias ἐπὶ Αὐφιδίου Οὐμβερος ἔτους λζ' Imhoof-Blumer Kleinas. Münzen 2, 499; alius nummus quem publici fecit iuris Münsterberg Beamtenn. p. 60 = Num. Ztschr. 1911, 128; 1921, 130, partis adversae inscriptionem adfert ἐπὶ Αὐφιδίου] Οὐμβερος [πρεσβ(ευτοῦ) καὶ] ἀντιστρα(τήγου) τοῦ Σεβαστοῦ.*

Legatus Aug. pro praetore Cappadociae et Galatiae ut videtur, anno aerae Neocaesareae tricesimo septimo i. e. a. p. C. 100/101; successor videtur fuisse T. Pomponii Bassi. Consul suffectus anno incerto paullo

- ante legationem. Ex eius puto posteris C. Aufidius Victorinus consul II a. 183, quem ex Umbria oriundum fuisse constat. Cf. n. 1384. Gr.*
- 1396 Aufidia Cornelia Valentilla nominatur in fistulis plumbeis urbanis XV 7398. *Femina nobilis videtur. Gr.*
- Lebisinia Auge.
- **M. Aur. Augendus.**
- Celerinius Augend[us].
- CN. ARRIVS AVGVR.
- L. CALPVRNIVS PISO AVGVR.
- CN. CORNELIVS LENTVLVS AVGVR.
- Iulia Rufilla Augurina.
- 1397 AVGVRINVS. *Nummi Caligulae Gortynae Svoronos Numism. de la Crète I, 181, 193. Macdonald Hunter. Coll. 2, 187, 23. Br. Mus. 47, 80—83 (tab. XI 15), Polyrhēni ib. 69, 23 (tab. XVII 4). Svoronos 284, 53, Hierapytnae ib. 195, 49. 50, Lato Num. Chron. 1891, 128. Proconsul Cretae Cyrenarum sub imp. Gaio nummi. St.*
- 1398 Augurinus, homo stultus, eodem tempore mortuus est quo imperator Claudius *Sen. apocol. 3. St.*
- Q. GELLIVS SENTIVS AVGVRINVS.
- Iulius Augurinus.
- T. MVSTIVS HOSTILIVS FABRICIVS MEDVLLA AVGVRINVS.
- **A. Pomponius Augurinus T. Prifernius Paetus.**
- C. PRAECELLIVS AVGVRINVS VETTIVS FESTVS CRISPINIANVS VIBIVS VERVS CASSIANVS.
- SENTIVS AVGVRINVS.
- C. SERIVS AVGVRINVS.
- CN. SERIVS OPPIANICVS AVGVRINVS.
- Claudius Augustalis.
- **Tib. Claudius Augustanus.**
-CIVS DEXTER AVGVS[TANVS ALPIN]VS BELLICVS SOLLERS METILIVSVS RVTIILIANVS.
- Q. POMPEIVS SENECIO AVGVS[TANVS ALPINVS BELLICIVS SOLLERS SOSIVS PRISCVS.
- **Augustianus Bellicus v. l. BELLICIVS SOLLERS.**
- Salinatoria Augustina.
- 1399 Avianius Bellicus, procurator portorii publici vectigalis Illyrici a. 182 *t. Nicopolitanus ad Istrum III 7435 (cf. 12345) = D. 1856. St.*
- 1400 AVIDIVS ...ONVS (?), proconsul Asiae a. 125/126 *ut videtur t. Stratonicensis Lydiae Bull. hell. 11, 109 = IGR 4, 1156 b. Idem fortasse atque Avidius Quietus n. 1409, sub quo vide. Gr.*
- 1401 [A]vidius Antiochus, Hieronymi et Laodices filius, φιλομήτωρ κὲ [φ]λοπάτωρ, *stirpe regia Commagenorum oriundus et aliqua necessitudine*

iunctus cum Avidio Cassio videtur, t. sepulcralis rupi incisus loco dicto Semsidia IGR 3, 1530 = Ditt. Or. Gr. 766 = Jalabert et Mousterde Inscr. de la Syrie (1929) n. 45, cf. C. F. Lehmann Festschr. Hirschfeld (1903), 402—407. St.

- 1402 C. AVIDIVS CASSIVS. *Nominatur ut legatus provinciae in titulis Syriae graecis Wadd. 2212 (= Prentice Gr. and Latin inscr. 299, 380 a) (1). 2237 (2). 2331 (3). 2438 (4). 2525 (5). 2528 (6) = IGR 3, 1261. 1270. 1226. 1179. 1113. 1114. Princeton Exped. 3, A 2, 91, 155 = Ann. ép. 1911, 242 (7). Prentice l. c. 299, 381 (+ Wadd. 2214?) (8). Ann. ép. 1930, 140 (9), latino Princeton Exp. l. c. 5, 305, 666 = Ann. ép. 1909, 131 (10), in consulatu dipl. mil. III p. 889 (p. 1992) = IX 2995 (11). Papyri graecae BGU 7, 1584 c (1). Bull. inst. Ég. 7, 123 sq. (2). Ostraca: Thebanum Wilcken Ostr. 939 (1). P. Arch. 6, 213, rep. Elephantinae (2). Quae in vita Avidii Cassii traduntur (cf. quadr. tyr. 1, 1) ut quae magna ex parte ficta vel ad vitae Marci imitationem formata fide minime digna sunt, cf. Klebs Rh. Mus. 1888, 321—346. Lécirivain Ét. sur l'hist. Aug. 93—97. 245—247. O. Th. Schulz Kaiserh. d. Antonine 130—146.*

Nomina Avidii Cassii erasa sunt, sed tam leviter, ut facile legantur in t. 1. 2—5. 7. 8, exciderunt in t. 6. C. Avidius Cassius pap. 1. ostr. 1. 2. (Ἰουλίου Ἀουιδίου Κασσίου pap. 2 male lectum vel scriptum pro Γαίου Ἀουιδίου Κασσίου). Avidius Cassius t. 1—5. 7—10; . . . idius Cassius t. 11; Avid. . . t. 8; Avidius Cassius vel Avidius vel Cassius apud scriptores.

Natione Syrus, Cyrrho oriundus, filius (C. Avidii) Heliodori vita Marci 25, 12. Dio-Xiph. 71, 22, 2; 31, 1. Quod rescriptum imperatoris Antonini ad eum citatur dig. 2, 14, 60, cave putes eum sub Pio praesidem provinciae fuisse, imperator qui rescripsit est Marcus post mortem Veri. Consul (suffectus) cum Celso Planciano die 6. Maii inter a. 161 et 163 (vide infra), vel certe inter 161 et 168 dipl. mil. Bello Parthico a L. Vero exercitui praefectus Vologaesum vicit victumque persecutus Seleuciam captam incendit, Ctesiphonte domum regiam evertit (a. 163 vel 164 ad 165) Dio exc. 71, 2, 2—4. Vita Veri 8, 3. 4; 7, 1, cf. vit. Avid. Cass. 6, 5. Lucian. quom. hist. conscr. 31 (τὸ τρίτον τάγμα videtur esse legio III Gallica, cf. Ritterling RE 12, 1524 sq.). Iussus a Vero commentarios mittere Frontoni ad Ver. 2, 3 (2, 194 Haines = 131 N.), qui ad eum dedit epistulam gratulatoriam ad am. 1, 6 (2, 190. 192 Haines = 178 N.). Legatus Augusti pro praetore (provinciae Syriae) t. 1—5. 7—10 (ὑπατικός t. 1. 4. 7. 9; ὁ λαμπρότατος t. 1. 4. 7; consularis t. 10). Vita 5. 6, ante a. 169 t. 5 (sed nondum a. 163, quo Cn. Iulius Verus Syriam rexit, qui usque ad annum 165 in hac provincia mansisse potest CIL III 199 = D. 5864), a. 169/70 t. 2. 4. 7, a. 170/1 vel postea t. 3, 171/2 t. 1. (Haud recte ex t. 10 eum Arabiae praefuisse putat Ritterling Rh. Mus. 59, 194; RE 12, 1299. 1512). Dum

Syriam administrat, imperator Marcus (solus) ad eum rescripsit dig. 2, 14, 60 v. supra. Ab imperatore Marco rector totius Orientis (τῆς Ἀσίας ἀπάσης) constitutus *Dio exc. 71, 3, 1. Philostr. v. soph. 2, 1, 13* (ὁ τὴν ἑψὼν ἐπιτροπέων, *L. Vero scilicet inde projecto a. 166, cf. Mommsen RG 5, 407 n.*), nomine legati Augusti pro praetore *v. supra.*

A. 172 Bucolorum seditionem in Aegypto compressit *Dio-Xiph. 71, 4. Vita Marci 21, 2; Avid. Cass. 6, 7.* A. 175, dum Marcus contra Sarmatas pugnat, falso rumore de Marci morte allato Faustina, ut quidam dicebant, instigante in Oriente et Aegypto rebellavit atque imperium sumpsit *Dio exc. 71, 17. 22. 23—27. 29, 1. 2; 31, 1. Vita Marci 15, 6; 24, 6—9; 25, 4. 8. 11; 26, 1. 3; vita Avid. 7 sqq.; Clod. Alb. 6, 2; 10, 9. 10; 12, 10; Alex. 1, 7. Philostr. l. l. (qui epistulam Attici Herodis vituperantis eum affert). Epit. de Caes. 16, 11. Amm. Marc. 21, 16, 11.* Eius ab epistulis Latinis Manilius *Dio exc. 72, 7, 4.* Praefectum praetorio sibi fecit *vita Marci 25, 4; Avid. 7, 4.* Agnitum eum esse in Aegypto et inde apparet, quod praefectus Aegypti particeps fuit rebellionis (*Dio 71, 28, 3*), et docent papyri et ostraca, quibus tempus defectionis accuratius definire licet. Nam in ostr. 2 verbis expressis primus annus C. Avidii Cassii Augusti aequatur decimo quinto (Marci), huius igitur anni dies 25 mensis Payni est 19 Iunii 175; pap. 2 est data 3 Maii, pap. 1 6 Maii, ostr. 1 anni primi Avidii Cassii indicatione diei caret. Ex tertia papyro quam Botti *Catal. de monum. au musée d'Alexandrie 332, 498* scriptam esse anno secundo Avidii Cassii dicit, non efficitur post d. 28 Aug. 175 eum cecidisse, sed nondum in omnes Aegypti partes nuntium de morte eius allatum esse; nam aliae papyri iam ante illum diem Marci, non Cassii annum indicant, e. g. *BGU 1, 55. 59. 119. 127*, necdum nominatur Cassius P. *Grenf. 2, 58.* Quocum congruit *Dio-Xiph. 71, 27, 3²:* regnavit tres menses et sex dies. Commodus profectus est in Germaniam XIII kal. Aelias (= 19 Maii, *Dio 72, 15, 3*) 175 *vita Comm. 12, 2*, postquam Cassius rebellavit *Dio 71, 22, 2*, togam virilem sumpsit (nonis Iuliis) eo tempore, quo Cassius a Marco descivit *vita Comm. 2, 2, cf. 12, 3; v. Marci 22, 12.* Romae etiam turbae fuerunt quasi Cassius absente Antonino adventaret *vita Marci 25, 2, cf. tit. Thuburbo maiore rep. Compt. rend. 1919, 356:* 'praeposito vexillationibus ex Illyrico missis ab Imp. divo M. Antonino ad tutelam urbis'. Per senatum hostis est iudicatus bonaque eius proscripta *ib. 24, 9.* Dum Marcus relicto Sarmatico Romanicoque bello contra Cassium proficiscitur, Cassii a suis militibus interfecti caput ad Marcum allatum est *ib. 25, 1—3; 26, 10. 13; Avid. Cass. 7; 8. 9. Dio 71, 27, 2. 3; 28. 30, 1. 4. Amm. Marc. l. c.*

Filii: Heliodorus *vita Marci 26, 11*, Maecianus *ib. 25, 4, cf. v. Avid. Cass. 7, 4 (infra n. 1406; idem videtur filius qui eodem tempore quo pater alibi occisus est Dio 71, 27, 3²), filia Alexandria vita Marci*

- 26, 12; *Avid. Cass.* 9, 3; *de posteris eius Dessau Z. f. Num.* 22, 199—205. Filii ... Cassii et mulieres *vita Marci* 26, 12 (filios ... filias *vita Avid. Cass.* 9, 2). *Memoratur praeterea Tertull. apol.* 35; *ad Scapulam* 2. *Cod. Iust.* 9, 8, 6. *Per eum videtur civitatem nactus esse Avidius Agrippa XIII 2448 = D. 7529. Cf. etiam supra n. 1401.* St.
- 1403 CN. AVIDIVS CELER..... *memoratur in t. mutilo in oppido Araxorum Lyciae reperto CIG 4224 g add. p. 1120 = IGR 3, 506 = TAM 2, 701: [ἀ]φιερῶντος Γναίου Αἰδίου Κέλερος Φ[ι]σκιλλε? ... (Πρισκιλλιανού coniecit Waddington vix recte; Φ[ι]σκιλλε[ίνου] Kalinka TAM l. l.) [τοῦτο τὸ] ἔργον κτλ. Legatus Aug. vel proconsul Lyciae et Pamphyliae fuisse videtur.* Gr.
- 1404 (AVIDIVS) HELIODORVS, filius Avidii Cassii post rebellionem patris deportatus *vita Marci* 26, 11. *Quod eundem esse Heliodorum accusatum apud imperatorem (Commodum ut videtur) in actis quae dicuntur Appiani gymnasiarchae P. Oxy. 1, 33 = Wilcken Chrest. 20 col. I contendit Premerstein Philol. Suppl. 16, 2, 42, id probabilitate non omnino caret.* St.
- 1405 C. Avidius Heliodorus. *Tituli: Syenitae III 6025 (1). 14147³ (2) = D. 2615. 8910. In Oasi Thebarum rep. Ditt. Or. Gr. 702, cf. Lefebvre Ann. serv. Ég. 13, 1, 6 (3). Papyri: BGU 113 (= Wilcken Chrest. 458) (1). 256 (2). 747 (= Wilcken l. c. 35) (3). 1564 (4). P. Catt. col. IV 21, P. Arch. 3, 60 (5). P. Fay. 106 = Wilcken l. c. 395 (6). P. Oxy. 3, 484 (7). PSI 4, 281 (8).*
 C. Avidius Heliodorus t. 1. 2. p. 1. 6, Avidius Heliodorus t. 3. p. 3. 4. 7. *Dio exc. 69, 3, 5 (ex certissima coniectura O. Hirschfeldii), ceterum Heliodorus (..... τοῦδύρωι p. 2).*
 Oriundus Cyrrho Syriae, rhetor *Dio-Xiphil.* 71, 22, 2. Ab epistulis Hadriani, aemulus Dionysii Milesii *ib.* 69, 3, 5. Praefectus Aegypti *tituli et papyri. Dio 71, 22, 2. Aristid. or. 50, 75 p. 444 K., anno 138 d. 28. Ian. (Hadriano etiamtum imperante) p. 7, d. 9. Sept. (sub Pio) p. 4, 139 p. 3, 140 t. 3. p. 1, sub Pio t. 1. 2. p. 6, ὁ κράτιστος p. 3—5. 7. 8.*
 Pater Avidii Cassii *Dio 71, 22, 2, avus Heliodori (qui praecedit). (Avidius Severus pater Avidii Cassii, vita Avid. Cass. 1, 1. 2; sed biographo fides deneganda est quippe qui cum tota illa vita harioletur, tum nomina propria arbitrio ludibundus mutet.) Idem videtur Heliodorus philosophus, quem Hadrianus in summa familiaritate habuit vita Hadr. 16, 10, quamquam postea famosissimis litteris eum lacesivit ib. 15, 5. St.*
- 1406 (AVIDIVS) MAECIANVS, filius (Avidi) Cassii *vita Marci* 25, 4, cui Alexandria (*significari videtur soror vel sororis filia*) erat commissa *ib.*; *Avid. Cass.* 7, 4; consenserat spe participatus Cassio *vita Avid. l. c. (fide minus digna), occisus ab exercitu vita Marci; Avid. l. c. Avidii Cassii filium eum fuisse eo confirmatur quod Cassii filiae Alexandriae filiae nomen fuit Maecianae*

Alexandr(i)ae. Filius Cassii alibi quam pater occisus *Dio exc. 71, 27, 3² (nomine omisso).* St.

- 1407 AVIDIVS NIGRINVS, proconsul (*Achaiae ut videtur*); Domitiani ad eum epistula de liberis expositis memoratur *Plin. ad Traian. 65. 66. Ad consulatum num pervenerit, incertum. Frater ni fallor maior T. Avidii Quietii (n. 1410): Nigrino et Quietio Plutarchus librum dedicavit de fraterno amore 1 p. 478 B; v. sub fratre.*

Avidius Nigrinus, qui memoratur ut legatus Aug. pr. pr. (*Achaiae*) in titulis Delphicis sub finem ut videtur imperii Traiani positus *Ditt. Syll.³ 827, non potest fuisse, ut viri docti omnes ad unum statuerunt, frater natus maior illius Avidii Quietii, qui quinquaginta fere annis ante iam adulta fuerat aetate (cf. n. 1410); immo Nigrini senioris filium eum fuisse paene certum est. Eiusdem nominis atque aetatis vir, cuius equitum singularium exercitator posuit t. Sarmizegetusensem III 7904, idem fuerit necesse est atque Nigrinus iunior (v. sub hoc).*

Avidios Faventia oriundos fuisse inde collegeris, quod et Avidius Nigrinus iunior Faventiae occisus est (cf. n. 1408) et originem maternam Veri Augusti, cuius pater Nigrini (minoris) gener dicitur (*vita Hadr. 23, 10*), ex Faventia fuisse biographus refert (*vita Veri 1, 9*); cf. v. Aelii 2, 8: quorum (maiorum sc. Aelii Caesaris) origo pleraque ex Etruria fuit vel ex Faventia. Cf. etiam XI 639. 660 (p. 1237). Gr.


- 1408 C. AVIDIVS NIGRINVS, filius probabiliter eius qui praecedit (v. sub hoc). Ad eum pertinere videntur: monumentum Delphicum continens decreta bilingua ex parte tantum servata [C.] Avidii Nigrini de finibus terrae sacrae Delphorum (1—6) et principium epistolae graecae ab eodem Nigrino ad Delphos datae (7) *Ditt. Syll.³ 827 A—G, pars latina III 567 = 7303 cf. p. 987 (nova fragmenta adhuc inedita commemorat Bourguet De rebus Delph. p. 69); ara posita Sarmizegetusae a centurione legionis IIII F(laviae) f(elicis) exerc(itatore) eq(uitum) sing(ularium) C. Avidi Nigrini leg. Aug. pr. pr. III 7904 = D. 2417 (8) (errore editores hunc titulum propter litterarum formam saeculo p. C. tertio attribuerunt; v. infra). Nominatur praeterea in t. Antiatino sepulchrali C. Avidii Laconis Avidiae Plautiae Nigrini filiae liberti X 6706 = D. 8217 (9). — Nigrinus vita *Hadr. 7, 1. 2; 23, 10. Dio exc. 69, 2, 5.**

Hic fortasse Nigrinus tribunus plebis a. 105, qui saepius memoratur in epistulis Plinii (5, 13, 6; 20, 6; 7, 6, 2. 4; 'Nigrinum optimum virum' 7, 6, 2). Legatus Aug. pr. pr. ([C. Avi]dio Nigrino leg. Aug. pro pr. t. 1 cf. t. 5; 'Αουίδιος Νιγρί[νος, πρεσβ.] Σεβ. ἀντιστράτηγος t. 7) sententias tulit ex iussu optimi principis de finium controversiis inter Delphos et civitates finitimas t. 1—6 [X?] k. Octobr. t. 1 cf. t. 2, X k. Octobres Elatiae t. 3 cf. t. 4, [VI] idu[s] Octobr. Eleusi]ne t. 5. Neque quo tempore neque quo iure has sententias tulerit, ex titulis apparet,

sed id factum esse aetate Traiani inde effici videtur, quod qui dicitur in decretis legati optimus princeps (col. II 2. IV 2. 6. 13) sive ὁ ἀριστος αὐτοκράτωρ (col. V 1, ὁ μέγιστος αὐτοκράτωρ col. III 2. V 4) vix alius est ac Traianus; accedit quod qui legati in consilio fuit Q. Eppius Fl(avius) Arrianus (t. 1), eum non diversum esse a celeberrimo auctore recte puto coniecit Dessau (apud Ditt. l. l.); sed non est cur titulos ad a. 116/117 referamus. Nigrinum missum esse legatum in Achaïam ad ordinandum vel corrigendum statum rerum publicarum censuit Mommsen CIL III p. 107 nescio num recte; fortasse Traiani Hadrianique aetate aliquamdiu legati Aug. pro praetore extra ordinem Achaïam provinciam proconsulis loco regebant (cf. supra sub L. Aemilio Iunco n. 355). Consul successus a. inc. sub Traiano. Consularis vita Hadr. 7, 3. Dio 69, 2, 5. Legatus Aug. pr. pr. t. 8 Moesiae superioris potius quam Daciae (quod statuerunt Dessau aliique); nam etsi titulus positus est Sarmizegetusae, ex mentione legionis IIII Flaviae, quae in Moesia superiore tendebat, apparere videtur Nigrinum huius provinciae legatum fuisse (cf. quae exposuerunt v. Premerstein Klio Bhft. 8 p. 10 sq., Ritterling RE 12, 1544). Tempus legationis inde fere efficitur quod qui posuit t. 8 M. Calventius Viator nominatur inter equites singulares Hadriani Augusti in t. Gerasae posito a. vel 129/130 vel 131/132 Journ. Rom. St. 1914, 13 (cf. Ritterling l. l.). Premerstein (l. l. p. 13 sq. 79) demonstrare studuit Nigrinum a. 117/118 ab Hadriano e provincia avocatum et inter comites imperatoris Asiam minorem quae dicitur peragrans adlectum esse.

Hadrianus eum successorem sibimet destinavit vita Hadr. 7, 1 (cuius loci interpretationes, quas Weber Untersuch. z. Geschichte d. Kaisers Hadrian p. 78 et Premerstein p. 14 sq. protulerunt, mihi non probantur). Potentia gloria divitiisque excellens Dio exc. 69, 2, 5. Sacrificanti Hadriano insidias paravit conscio sibi Lusio (Quieto) et multis aliis vita Hadr. 7, 1; 23, 10 cf. Dio l. l. Faventiae occisus a. 118 'senatu iubente, invito Hadriano' vita Hadr. 7, 2. 3. Dio 69, 2, 5. 6; quattuor consularium occisorum necem Hadrianus in (Acilii) Attiani consilia refundebat vita Hadr. 9, 3; cf. v. Premerstein Klio Bhft. 8.

Avidia Plautia Nigrini filia, [Imp. Caes.] L. Aureli Veri Aug. amita t. 9. (L.) Ceionius Commodus (qui postea L. Aelius Caesar nuncupatus est), Veri Augusti pater, gener Nigrini insidiatoris quondam Hadriani dicitur vita Hadr. 23, 10, cf. v. Veri 1, 9. Ex t. 9 concludere licet Avidiam Plautiam sororem uterinam Aelii Caesaris fuisse, qua ex re statuendum est matrem utriusque, cui probabiliter nomen fuit Plautia, primum L. Ceionio Commodo cos. a. 106, deinde Nigrino nupsisse; quorum ex altero Aelium Caesarem, Avidiam Plautiam ex altero peperisse. Quod biographus Aelium Caesarem recte generum Nigrini appellat, ponendum est filiam huius ex matrimonio priore ortam illi nupsisse (auctorem erravisse generum dicentem pro privigno vix crediderim). Stemma fortasse fuit tale:



1409 AVIDIVS QUIETVS ('Αουίδιος Κουιήτος v. 1, Quietus v. 22. 32. 43) nominatur in titulo Aezanítico III 355 cf. 7003. 14 191¹ = CIG 3835 = Ditt. Or. Gr. 502 = IGR 4, 571, qui continet epistulam graecam Quieti ad Aezanenses datam, exempla epistularum latinarum Caesaris ad Quietum, Quietum ad Hesperum procuratorem Augusti, Hesperum ad Quietum scriptarum (epistulae Hesperum pars extrema deest). Ad eundem pertinent nummi Hyrcanorum

Macedonum Lydiae, in adversa exhibentes caput Hadriani et inscriptionem nominis, in aversa ἀνθυ(πάτω) Κυήτω Ὑρκανῶν Wadd. Fast. As. n. 130 cf. Münsterberg Num. Ztschr. 1912, 76 (= Beamtenn. p. 140). Babelon Coll. Wadd. n. 5043 (Κυίντω perperam) vel ἀνθυ(πάτω) Κυή[τω Ὑ]ρκανῶν Μακε(δόνων) Imhoof-Blumer Num. Ztschr. 16, 1884, 286, 132.

Proconsul Asiae sub Hadriano *titulus, nummi*, aliquot annis post Mettium Modestum *t.* Ab Avidio hoc fortasse non diversus proconsul Asiae, qui memoratur in epistula Hadriani ad Hadrianopolitanos Stratonicensis data d. 11 m. Febr. a. 127 Bull. hell. 11, 109 = IGR 4, 1156 b. Nam etsi in hoc *t.* editores legerunt ΑΟΥΙΔΙΩΙΟΥ . ΩΝΩΙ Κ. . ΤΙΣΤΩΙ vel ΑΟΥΙΔΙΟΝ . ΩΝΩΙ κτλ. (cf. Radet Bull. hell. l. l., Mommsen, qui ectypum a Schuchhardto sumptum vidit, ad III 7003), tamen duos Avidios Hadriano regnante *Asiam rexisse vix credibile est; accedit quod cognomen in . . . onum terminans haud facile reperitur. Itaque in t. Stratonicensi pro Avidio . . . ono potius opinor legendum Ἀουιδίω[ι Κυήτ]ω[ι] τῶι κ[ρα]τίστωι. Quod si recte positum est, Quietus paullo ante a. 126/127, probabiliter anno proconsulari 125/126, Asiae praefuit; consul (suffectus) more illorum temporum sedecim fere annis ante fuisse videtur.*

Filius probabiliter T. Avidii Quieti qui sequitur.

Gr.

- 1410 T. AVIDIVS QUIETVS. *Tituli: Delphicus ei positus ab Amphictyonibus Ditt. Syll.³ 822 (1); memoratur in tabula patronatus VI 3828 = 31 692 = D. 6105 (2), in fistulis plumbeis urbanis XV 7400 (3), in tegulis, quarum duo exempla in Sardinia, unum Ostiae prodierunt X 8046, 11 (4). XIV 4089, 8 = XV 2397 (5). Hic significari videtur in tabula honestae missionis III p. 1969 = XIII 3606 (6).*

Τί(τος) Ἀβίδιος Κυήτος *t.* 1. T. Avidius Quietus *t.* 3. T. Avidius *t.* 6. [. . . Av]idius Quietus *t.* 2. Avidius Quietus *t.* 4. 5. — Avidius Quietus *Plin. ep.* 6, 29, 1; 9, 13, 15. *Idem sine dubio designatur apud Plutarchum quaest. conv.* 2, 1, 5 p. 632 A, ubi Κυήτος amicus Plutarchi laudatur (L. Quintus male *Macrobius sat.* 7, 3, 15, qui hunc locum exscripsit), cf. Patzig *Quaest. Plut.* p. 48 sq.; vix recte de T. Aurelio Quietio cogitavit Benndorf *Wien. Stud.* 24, 251. In dedicatione libelli Plutarchei de fraterno amore 1 p. 478 B ὡ Νιγρίνε καὶ Κύντε scribendum esse Κύντε et intellegendos Avidios Nigrinum et Quietum probabiliter coniecit Patzig l. l., item in principio libelli de sera numinis vindicta p. 548 B Κύντε mutandum in Κύντε. Plutarchum hunc Quietum (aequalem sc. suum et Sosii Senecionis) adloqui, non Quietum minorem (n. 1409), id quod statuerunt Brokate *De aliquot Plut. libellis* 1913, 179 sq. et Pohlenz in ed. *Plut. vol.* 3 p. 221, elucet e *quaest. conv.* 2, 1, 5; de frat. am. p. 487 E.

Familiaris Thraseae Paeti (*defuncti a.* 66) *Plin. ep.* 6, 29, 1. Legatus Aug. *t.* 2 patrociniū suscepit coloniae Flaviae Pacis Deultensium Thraciae delatum sibi a. 82 a veteranis legionis VIII Augustae in coloniam illam

deductis t. 2; videtur circa hoc tempus fuisse legatus legionis VIII Augustae (Thraciae eum praefuisse legatum imp. Domitiani errore statuerunt priores, cf. quae exposuerunt Stein Thracia p. 5. Ritterling RE 12, 1651 sq.). Proconsul Achaiae t. 1 sub Domitiano, cuius aetate qui statuam Quietii dedicavit Cyllus Eubioti filius epimeletae Amphictyonum munere fungebatur (quod Pomtow apud Ditt. l. l. proconsulatum ad a. 95 rettulit, id haud satis firmis constitutum est fundamentis). Ad hunc proconsulatum spectat narratiuncula, quam legimus apud Plutarchum quaest. conv. 2, 1, 5 p. 632 A; Macrob. 7, 3, 15, qui Plutarchum compilavit, Quietum recte Domitiani temporibus adiudicavit. Si vere Nigrinus quoque frater Quietii proconsulatum Achaiae gessit (cf. n. 1407), licet concludas fratres in proconsulatu alterius utrius officio legati functos esse. A. 97 in senatu sententiam dixit Plin. ep. 9, 13, 15. Quo ex loco haud plane apparet utrum consularis an praetorius tunc censuerit; fortasse eo ipso anno fasces gessit, nam vix credibile est Domitianum ultimis principatus temporibus viro, qui Paetum Thraseam coluerat, consulatum impertiisse (Pomtow l. l. in eo fallit, quod Quietum anno 94 ante proconsulatum Achaiae consulatu functum esse contendit). Legatus Aug. pr. pr. Britanniae a. 98 (vel 99) t. 6, si recte ut videtur editores in dipl. mil. cognomen Quietii suppleverunt. Defunctus erat, cum Plinius scripsit epistulam 6, 29 (circa a. 107).

Frater (Avidii) Nigrini Plut. de frat. amore v. supra, natu minor ut videtur, cum Nigrinus a Plutarcho prior nominetur. Familiaris Thraseae v. supra, Aufidii Modesti Plut. quaest. conv. 2, 1, 5 (inde Macrob. 7, 3, 15), Sosii Senecionis Plut. l. l., Arriae et Fanniae Plin. ep. 9, 13, 15. 17. Plinium unice dilexit et probavit Plin. ep. 6, 29, 1. Amicus Plutarchi, qui quaest. conv. l. l. in sermone cum (Q.) Sosio Senecione (cos. a. 98) habito eius mentionem facit his verbis Κυήτου τοῦ ἡμετέρου (μέμνησαι γάρ) κτλ.. Plutarchus ei libellum dedicavit de sera numinis vindicta p. 548 B, fratribus Nigrino et Quietio librum de fraterno amore p. 478 B (cf. p. 487 E ὑμεῖς οἱ συνήθεις). — Huius puto filius Avidius Quietus, proconsul Asiae temporibus Hadriani (n. 1409).

Quietus domos videtur habuisse Romae in Esquilis, ubi tabula aenea 'in domu sua' posita reperta est (t. 2), et in Quirinali, cum in regione sexta eruderatae sint fistulae aquariae eius nomine inscriptae (t. 3). Fundos possedit in Sardinia cf. t. 4. Huius vel filii libertus T. Avidius T. l. Gam[us] sexvir nominatur in t. Farentino XI 660 (cf. p. 1237).

Avidii, qui in titulis Achaiae aliarumque provinciarum orientalium nominantur (cf. e. g. IG 5, 1 ind.; supra n. 1401. 1405), videntur civitatem accepisse ab uno ex duobus fratribus vel a filiis eorum; notabile est inter hos Graecae originis homines fuisse philosophos (cf. Bull. hell. 1926 p. 433). Gr.

1411 Avidius Severus, pater Avidii Cassi v. Avid. Cass. 1, 1 (nomen fictum, vide supra n. 1405). St.

- (AVIDIA CASSIA) ALEXANDRIA v. Alexandria.
- 1412 AVIDIA PLAVTIA, (C. Avidii) Nigrini filia, L. Aurelii Veri Aug. amita memoratur in t. liberti Anlatino posito a. 167 X 6706 = D. 8217; v. in patre (n. 1408). Gr.
- 1413 CN. AVILLIVS FIRMVS honoratur t. Lydensi IGR 3, 521, melius TAM 2, 132 (1); idem nominari videtur in fragmento Myreo ib. 725 (2). — [Γ]v[α]ῖος Ἀυίλ[ιος] Φίρμος t. 1. . . . ἰλίου Φίρμου t. 2. — Legatus Vespasiani Aug. (potius quam Titi, cum supplementum Τίτου Καίσαρος spatii rationibus vix conveniat) pr. pr. (prov. Lyciae et Pamphyliae) t. 1. — Idem fortasse [Cn.] vel [T]i. f. Pom(ptina) Firmus, cuius honorum cursum usque ad praeturam exhibet t. Arretinus XI 1834 = D. 1000. Gr.
- 1414 A. Avillius Flaccus. Titulus Tentyrites ab eo dedicatus CIG 4716 = Ditt. Or. Gr. 661 (1). Memoratur in edicto Tib. Alexandri CIG 4957 add. p. 1236 = Ditt. l. c. 669 v. 27 (2) et in ostraco Thebano Wilcken 1372. Edictum eius in papyro Wilcken Chrest. 13 (1). Agentem et loquentem eum inducunt acta quae dicuntur martyrum Alexandrinorum P. Oxy. 8, 1089 = Premierstein Philol. Suppl. 16, 2, 8 sq. (2).

Tria nomina tit. 1. Pap. 1, Φλάκκος Ἀουίλλιος Philo in Flacc. 1, 1 p. 120 R. (inde Euseb.-Hieronym. chron. Ol. 204 p. 177 e H. Flaccus Avilius; arm. p. 214 K. Phlavos Avulios; Syncell. 615 Φλάκκος Ἀσύλαιος, 626 Φλάκκος Ἀβίλιος), ceterum Flaccus.

Romae natus et educatus συμφοιτητής δὲ καὶ συμβιωτής γενόμενος τῶν θυγατρῶν τοῦ Σεβαστοῦ (significantur Gaius et Lucius Caesares) Philo 19, 158 p. 149. Inter delatores Agrippinae Germanici habebatur, inde C. Caesari filio eius invisus Philo 3, 9, p. 122. Amicus (Sertorii) Macronis ib. 3, 11, inter primores amicos Tiberii ib. 19, 158 p. 149; 1, 2, 120, cf. 3, 9, 122. Ab imperatore Tiberio a. 32 (vel 33 ineunte) post mortem Hiberi praefectus Aegypti factus provinciam Tiberio imperante summa cum laude administravit ib. c. 1—3. Postquam Gaius imperium adeptus Macronem occidit, Flaccus officia negligere coepit et falsis amicis se dedit, Iudaeis inprimis crudeliter se gessit ib. c. 3 sqq. Idem intellegitur ὁ ἐπίτροπος τῆς χώρας Philo leg. ad Gai. 20, 132 p. 180 R. (τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου ἐπίτροπος Syncell. 615). Praefectus Aegypti tituli, ostr., papyri. Hieronym. l. c. Syncell. 626 a. 34 ostr., 34/5 p. 1, sub Tiberio t. 1. A. 38 autumno (cum Iudaei dies festos σκηνῶν agerent Philo in Flacc. 14, 116, p. 141, cf. ib. 3, 8, 121 sq.; 19, 158, 149: ἔξαετία) imperatoris Gaii iussu Bassus centurio comprehensum eum Romam abduxit (hieme 38/9 Philo 15, 125, 143), ibi a Lampone et Isidoro inimicis apud principem accusatus est Philo in Flacc. c. 13 sqq. In Andrum insulam relegatus est bonis eius publicatis frustra eum defendente (M.) Aemilio (Lepido) ib. 18, 148—151; 21, 181. A. 39 iussu imperatoris ibi interfectus est ib. c. 21.

- Eundem intellegi praefectum Aegypti apud Philonem de somniis 2, 18, 123 p. 278 W. (ἄνδρα τινὰ τῶν ἡγεμονικῶν, ὃς τὴν προστασίαν καὶ ἐπιμέλειαν εἶχεν Αἰγύπτου) haud inepte coniecit Lumbroso P. Arch. 1, 291. Plane incertum num eius nomen legendum sit in inscriptione Nilometri insulae Elephantinae IGR 1, 1290, C 10. St.*
- 1415 AVILLIVS PASTOR, praetor aerarii a. 28 p. C. VI 37 144 *fasti scribarum quaestoriorum.* Gr.
- 1416 AVILLIVS QVADRATVS, frater Arvalis, magister collegii a. 155 VI 2086, *promagister ut videtur a. inc. Marci VI 2091 (Avil[lius Quadratus]), commemoratur in fragmento actorum anni incerti Not. d. sc. 1919, 102: [Qua]dratus [magister vel promagister]. Incertum utrum hic an is qui sequitur [Qua]dratus promagister a. inc. Pii VI 2087 et Avilli[us] , qui collegio adfuit paulo ante a. 177 Bull. com. 55, 279. Gr.*
- 1417 A. AVILLIVS VRINATIVS QVADRATVS, consul (suffectus) cum Strabone Aemiliano nonis(?) Martiis, pridie idus(?) Martias a. 156 VI 2086 *acta Arv.*; frater Arvalis a. inc. *Not. d. sc. 1919, 102: [Urina]tius Avilli[us Quadratus]. Diversus ab eo qui praecedit, cum in fragmento actorum modo laudato inter Arvales commemoretur una cum [Avillio] Quadrato. Gr.*
- 1418 Avinius Octavianus, cui imperatores Valerianus et Gallienus a. 259 rescripserunt, pater Avinia *cod. Gregor. 2, 1, 1. St.*
- 1419 Avinia, filia Avinii Octaviani, desponsa Iulio Agrippino viro clarissimo *cod. Gregor. 2, 1, 1. St.*
- ACILIVS AVIOLA.
- M'. ACILIVS AVIOLA.
- M. (?) ACILIVS AVIOLA.
- C. CALPVRNIVS AVIOLA.
- . . . lia Q. f. Avita II 113 v. Caecilia Avita.
- ANNIA MALECA (?) AVITA.
- IVLIA AVITA MAMAEA AVGVSTA.
- L. ALFENVVS AVITIANVS.
- L. Alfenus Avitianus.
- L. ALF(ENIVS) VIR(IVS) AVIT(VS) AVITIAN[VS].
- L. IVLIVS APRONIVS MAENIVS AVITIANVS.
- 1420 AVITVS, consul a. 209 cum (Claudio?) Pompeiano *fasti. Videtur idem atque Q. Lollianus Plautius Avitus, sub quo vide. Gr.*
- 1421 R. AVITVS, *legatus Aug. pr. pr. Germaniae superioris ut videtur a. 213, memoratur in t. Mogontiacensi XIII 6762. Gr.*
- Avitus v. Aurelius Zoticus.
- L. ALF(ENIVS) VIR(IVS) AVIT(VS) AVITIAN[VS].
- Alfius Avitus.
- P. ALFIVS AVITVS NVMER(IVS) MATERNVS.
- L. BAEBIVS AVITVS.

- Cornelius Avitus.
 — L. DVVIVS AVITVS.
 — GALLONIVS AVITVS.
 — L. HEDIVS RVFVS LOLLIANVS AVITVS *v. sub Lollianis*.
 — IVLIVS AVITVS.
 — IVNIVS AVITVS.
 — L. LOLLIANVS AVITVS.
 — Q. LOLLIANVS PLAVTIVS AVITVS.
 — M. MACRINIVS AVITVS CATONIVS VINDEX.
 — MARCIVS AVITVS.
 — OCTAVIVS AVITVS.
 — Q. Octavius Avitus.
 — Pannonius Avitus.
 — L. Seius Avitus.
 — [Ser]vaeus Avitus.
 — L. STERTINIUS AVITVS.
 — (VARIUS) AVITVS = IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVG. (ELAGABALVS).
- 1422 **Sex. Aulienus**, Sex. f., Aniensis, primus pilus bis, tribunus militum, praefectus levis armaturae, praefectus castrorum imperatoris Caesaris Augusti et Ti. Caesaris Augusti, praefectus classis, praefectus fabrum; IIvir Venafri et Foro Iuli, flamen Augustalis *t. Venafranus X 4868 = D. 2688. Oriundus, ut ex tribu concludere possis Foro Iuli provinciae Narbonensis.* St.
- TIB. CLAVDIA AVRELIANA ARCHELAIS.
 — DANACIA QVARTILLA AVRELIANA.
 — MARIA AVREL(IANA) *vel* AVREL(IA) VIOLENTILLA.
- 1423 AVRELIANVS, vir clarissimus, Domitiae Victorinae coniugi *t. posuit sepulcralem Brixiae V 4331.* Gr.
- 1424 AVRELIANVS, consul (suffectus) cum Corneliano idibus Mais *unius ex annis 180—182 VIII 10 570 = D. 6870.* Gr.
- 1425 AVRELIANVS, vir consularis, qui unus e patribus Antoninum Severi filium tempore mortis eius comitatus est (τὸν Αὐρηλιανὸν τὸν καὶ μόνον οὐχ ὅπως τῶν ὑπατευκότων ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλως βουλευόντων τότε) παρόντα *Dio 78, 12, 4, cf. Boissevain vol. 3 p. 415*; paulo post Antonini caedem postulabatur a militibus mors eius, quam imp. Macrinus primum deprecatus deinde concessit *Dio 78, 12, 2 sq. (locus admodum mutilus).* 19, 1. Gr.
- 1426 Aurelianus, tribunus militum, cum imperatore Valeriano captus est *vita Aurel. 6, 2.* St.
- 1427 T. Aurelianus [N]icostratus, sophista, filius Nicostrati, Am[iu]s (Peraeae Rhodiae), honoribus affectus ab imperatore (*nescio quo*), *honoratus publice*

- t. Rhodio IG 12, 1, 83 = IGR 4, 1134. Idem sine dubio Nicostratus rhetor et sophista clarissimus. Μακεδών Suid. s. Νικόστρατος b, quod nihil obstat quin Amius fuerit, cf. IGR 4, 1160. Magister Aquilii Reguli usum cenaculi tamquam mercedem accepit; defuncto Regulo expulsus Papinianum consuluit dig. 39, 5, 27. Inter decem rhetores vel sophistas posteriores eminens schol. Lucian. de salt. 69 ed. Jac. 4, 144 (= p. 189 Rabe). Suid. Floruit M. Antonino imperante, scripsit Δεκαμυθίαν, Εικόνας, Πολυμυθίαν, Θαλαττουργούς, encomium in imperatorem Marcum, alia Suid. De genere eius scripsit Metrophanes Corneliani Suid. s. Μητροφάνης, item Hermogen. περί ιδεών 2, 3. 12, 3 (Rhet. gr. 2, 356. 420 sq. 6, 329. 407. 409 Rabe). Philostr. v. soph. 2, 31, 1. Menand. περί ἐπιδεικτ. Rhet. gr. 3, 390 Sp. Ps. Dionys. Halic. ars rhet. 2, 9, 242 Reiske. Commemoratur Liban. or. 1, 42. Synes. epist. 129, 716 Hercher. Syncell. 666, alibi. Cf. Christ-Schmid 2^a, 817. St.*
- IMP. CAESAR L. DOMITIVS AVRELIANVS AVG.
- L. MARIVS MAXIMVS PERPETVVS AVRELIANVS.
- Pescennius Aurelianus.
- Ulp. Valerius Aurelianus.
- 1428 .. [AVRELIVS], M. Aurelii Papirii Socratis filius VI 1357; v. sub Papiriis. Gr.
- 1429 AVRELIVS, senator clarissimus, cuius colonus inter Daciam et Macedoniam imperatoris Aureliani pater fuisse dicitur epit. de Caes. 35, 1. Gr.
- AVR[ELIVS], legatus (Arabiae), Rev. bibl. 1905, 94, v. M. Aelius Aurelius Theo (n. 150).
- 1430 AVRELIVS, proconsul (Africae) in fragmento VIII 1795, fortasse Aurelius Antiochus vel Aurelius Aristobulus. Gr.
- 1431 Aureli[us], ὁ κράτιστος διοικ[ητ]ῆς Aegypti pap. gr. saec. III BGU 3, 925 = Wilcken Chrest. 37. St.
- 1432 M. Aurelius, [συγκλητ]ικός (?), cuius uxor τεινα honoratur t. permutilo Aphrodisiensi Rev. ét. gr. 1906, 218, 111. Gr.
- 1433 M. AVRELIVS honoratur titulo admodum mutilo Cirtensi VIII 7033: totius [bonitatis viro?] M. Aureli[o, tri]buno la[ti]clavio]o, [seviro] equitum [Romanorum],, [quaest.] provinc[iae]]rum in s., [pr(aetori)?] urb(ano?),, legato provinciae, [curatori via]rum Salaria[e], [iuridico per] Liguriam, legato legio[nis] et?] Volumniae Modes[tae vel Modestinae uxori eius? et] e[larissimis] p[ueris] filiis eorum P. Porcius Rufus eq[uo] publico ornatus]. Saec. III. Gr.
- 1434 M. Aurelius, architectus una cum Vitruvio et aliis ab Augusto tormentis apparandis et reficiendis praefectus Vitruv. 1 praef. 2. St.
- 1435 M. Aur(elius) (cognomen erasum), procurator summarum rationum,

- maritus Gaviae Fabiae Rufinae, aetate fere Commodiana X 1785 (= D. 6533), cf. 1784 (= D. 6534) tituli Puteolani. St.
- 1436 Q. A[ur(elius)], pater Aureliae virginis Vestalis IG 3, 877. I ut videtur p. C. saec. St.
- 1437 T. AVRE[LIVS]... (Τίτος Αὐρήλιος ...) υἱός: cognomine fortasse caruit), pater (τὸν πατέρα) recte supplevit Benndorf) T. Aurelii Quieti legati Lyciae Pamphyliae (a. 80/81), honoratur t. Termessensi IGR 3, 1510; v. sub filio. Gr.
- Ulpus Aurelius.
- 1438 Aur(elius) Ael(ius) Phoebus (et Aur. Phoebus), eques Romanus, adfinis senatorum (ἰππικός, συγγενῆς συγκλητικῶν), aetate Valeriani et Gallieni archon civitatis Gordi Iuliae nummi Br. Mus. Lydia p. 98, cf. Münsterberg Num. Ztschr. 1912, 73. Imhoof-Blumer ib. 1915, 95. St.
- 1439 Aurelius Aetherius, vir egregius, ducenarius (ὁ κράτιστος δουκηνάριος) P. Oxy. 14, 1711 (saec. III exeunte). St.
- L. Aurelius Agaelytus, vide Agaelytus.
- L. Aelius Aurelius Agrippus Memphius Apolaustus.
- 1440 M. Aur(elius) Alexander, Augusti libertus, ab epistulis Graecis VI 8606 = D. 1668. St.
- 1441 M. Aurel(ius) Alexander, primipil(aris) et vir egregius, maritus Aureliae Antiochianae VI 3554 = D. 8233. St.
- 1442 Aur(elius) Alfius, vir egregius (ὁ κράτιστος), procurator Augustorum honoratus t. Lacedaemonio IG 5, 1, 546, aetate Septimi Severi. St.
- 1443 Aurelius Antinous, ὁ κράτιστος, διαδεξάμενος τῆν ἡγεμονίαν] a. 215/6, Stud. Pal. 2, 28, 16 sq. Eiusdem nomen supplendum est P. Rein. 49, 6 sq. = Wilcken Chrest. 207: Aure[lius Anti]nous ὁ κρά[τισ]τος, διαδεξάμενος τὴν [ἡ]γ[ε]μ[ονί]αν item a. 215/6. Propter aoristi formam (διαδεξάμενος) ante id tempus, quo scripta est utraque papyrus, vice praef. Aegypti fuerit necesse est, tamen non ante a. 215. Vide quae de eo exposuimus P. M. Meyer Klio 7, 126—129, ego P. Arch. 4, 148 sq. 150 sq. Cum vices ageret praefecti Aegypti, eum iuridicum fuisse putes, sicut fuerunt C. Caecilius Salvianus et C. Iulius Priscus. St.
- 1444 AVRELIVS ANTIOCHVS, proconsul Africae Diocletiano et Maximiano imperantibus (intra a. 285/290) VIII 1488. 15507 = 26574 a, plenius rep. novis fragmentis Cagnat-Merlin Inscr. lat. d' Afr. 513 (anno procons. II Aur. Antiochi); cf. Poinssot Nouv. Arch. d. miss. scient. 21, 1913, 166. Gr.
- 1445 Aur. Antiochus, κράτιστος πρεμιπιλάριος (vir egregius, primipilaris), maritus Aur(eliae) Lucianae t. Cadienus IGR 4, 595. St.
- 1446 AVR(ELIVS) ANTIS[TIVS] . . .] vel Antis[tianus], clarissimus vir, patronus Taegianensium, a quibus honoratur t. X 1794 Puteolano. Gr.
- 1447 Aurelius Antoninus, ὁ κράτιστος) πρὸς ταῖς ἐπισκ(έψεις) P. Oxy. 6, 970. St.

- 1448 **Aurelius Antoninus** signo Pelagius. *Tituli Philippopolitani Arabiae, quos dedicavit Philippis Augustis, Iulio Marino, [Iulio Prisco] Wadd. 2074. 2075 = IGR 3, 1197. 1199 (1. 2). Prentice Greek and Latin inscr. 399 (3). Aurel. Antoninus Πελαγίσι (sic) t. 1; Aurel. Anto... t. 2; ...nus Πελάγης t. 3. Ducenarius (procurator ut videtur) t. 2. 3. St.*
 — IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVG. = M. ANNIVS VERVS.
 — IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVG. (Caracalla) = (SEPTIMIUS) BASSIANVS.
 — IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS AVG. (Elagabalus) = (VARIUS) AVITVS.
- 1449 **M. Aurelius Antoninus**, vir egregius (ὁ κράτιστος), primipilaris et procurator Augusti *titulus positus ei Prusiade IGR 3, 55. St.*
- 1450 T. AVRELIVS ANTONINVS, M. Aurelii Caesaris filius, Imperatoris Antonini Augusti Pii nepos *t. sepulchralis in mausoleo Hadriani VI 993 = D. 383, defunctus igitur ante Pium; fortasse idem ac T. Aelius Antoninus, ubi vide. St.*
 — M. GALERIVS AVRELIVS ANTONINVS.
- 1451 T. Aurelius Aphrodisius, Augusti (sc. Pii) libertus, procurator Augusti a rationibus *XIV 2104 = D. 1475 t. Lanuvinus. St.*
- 1452 Aurelius Apollinaris (sic Dio, Apollinaris vita Carac.), frater Aurelii Nemesiani, tribunus praetorianorum, conscius caedis Caracallae *vita Carac. 6, 7. Dio 78, 5, 2. St.*
- 1453 Aurelius Apollinaris, iamborum scriptor, qui Cari gesta in litteras rettulit, a Numeriano superatus *vita Cari 11, 2. Nomen fictum esse suspicari possis ad exemplum Aureliorum Apollinaris et Nemesiani tribunorum praetorianorum (vita Carac. 6, 7), nam cum (Aurelio) Nemesiano biographus eodem loco Numerianum item contendisse narrat. Alia de causa Domaszewski Sitz.-Ber. Heidelb. 1918, 13, 19 nomen in dubium vocat. St.*
- 1454 **Aurelius Apollonius**. *Tituli Apollonienses Pisidiae Wadd. 3, 747 = IGR 3, 317 (1). Sterrett The Wolfe Expedition 517 (accuratius G. Hirschfeld Monatsber. Berl. Akad. 1879, 317) = IGR 3, 318 (male CIG 3970 et add. p. 1107. Wadd. 748 = 1195) (2). Vir egregius (ὁ κράτιστος) t. 2, procurator Augusti t. 1. 2. Maritus Aeliae Antoninae t. 2. Nescio an idem sit Aur. Apollonius, ὁ κράτιστος, procurator Augustorum (Thraciae) IGR 1, 673 t. Paulaliae rep. St.*
- 1455 AVRELIVS APPIVS SABINVS. *Tituli ei positi graeci Milesius Abh. Berl. Ak. 1911, 70 = D. 9467 (1). Olympicus Inscr. Olymp. 355 (2), nisi de C. Appio Sabino (n. 952) cogitandum est. Papyri graecae CPR 1, 20 = Wilcken Chrest. 402 (1). P. Oxy. 17, 2132 (2). Graecolatina, quam ed. O. Eger Sav. Z. 32, 378 sq. = Preisigke SB 1010 (3). Aurelius Appius Sabinus p. 1 (col. II); ...relius Appius Sabinus p. 3; Appius Sabinus*

t. 1. 2 et p. 1 (col. I). 2; Sabinus Euseb. Praefectus Aegypti t. 1 et p. 1—3. Euseb., ὁ κρ[άτιστος] p. 2, vir perfectissimus p. 3, ὁ λαμπρότατος p. 1 et t. 1. 2, anno 249 (sub Philippis) d. 14 m. Sept. p. 3, a. 250 d. 17 m. Iul. p. 1. Persecutionem Christianorum a Decio iussam peregit Euseb. h. e. 6, 40, 2; 7, 11, 18. Corrector Asiae t. 1. Consularis t. 2. St.

1456 **Aurelius Aristaenetus**, *honoratus publice Synnadis Rev. arch. 31 (1876), 198 (1). Bull. hell. 17, 282 (2) = IGR 4, 702. 703. Procurator Augusti t. 2; procurator Phrygiae t. 1. St.*

— T. CL(AVDIVS) M. AVRELIVS ARISTOVLVS.

1457 AV[RE]LIVS ARTEMIDORVS, clarissimus vir, curator alvei et riparum Tiberis et cloacarum urbis a. 244 VI 863 = 30841; *idem videtur Aurelius A... VI 1224 t. pos. in statione al[vei Tiberis et] cloacaru[m ...]. Gr.*

1458 **M. Aurelius Artemo**. *Tituli Philadelphii Lydiae. Ath. Mitt. 1900, 124 (= Bull. hell. 1, 85 = IGR 4, 1624) (Wadd. 651 mancus) (1); ib. 1895, 243 sq. (2). Rev. ét. gr. 4, 297 = IGR 4, 1642 (3). Tria nomina t. 1. Filius Iucundi, nepos Iucundi t. 1—3. Advocatus fisci Alexandreae et Aegypti et Libyae Marmaricae t. 1. Curator (in illa civitate) operum publicorum (ὁ ἐπὶ τῶν ἔργων) t. 3. Ἱεροφάντης τοῦ καθηγεμόνος Διονύσου καὶ γραμματεὺς τῶν μεγάλων ἱερῶν ἀγώνων Δείων Ἀλείων Φιλαδελφείων t. 2. Non ante saec. III. Filia Aur(elia) Menogenis t. 1. St.*

1459 M. AVRELIVS ASCLEPIODOTIANVS ASCLEPIADES, archon Prusiadis, qui et alia munera in patria administravit, lato clavo exornatus (τεμμηθεὶς τῷ τῆς πορφύρας σχήματι, αἰτήσας τὴν πορφύραν καὶ λαβῶν) ab imperatore M. Aurelio [Antonino], *Elagabalo opinor, honoratus a phylarchis Prusiadis Bull. hell. 25, 62 sq. = IGR 3, 1422. St.*

1460 **M. Aurelius Atho Marcellus**. *Tituli Caesariensis Mauretaniae ei positus Bull. ant. Fr. 1907, 210 = Ann. ép. 1908, 30 (1). Lemellefensis VIII 8809 = D. 5785. Vir egregius t. 1. 2. Procurator Augusti nostri praeses Mauretaniae Caesariensis t. 1; procurator Augustorum (= Philipporum), praeses (Mauretaniae Caesariensis) t. 2. Maritus Mani[]i[ae] Septimiae [C]rispinae t. 1. St.*

1461 **C. Aurelius Atilianus**, procurator Augusti III 853 t. *Napocensis. Idem videtur Aurelius Atilianus, cui imperator Antoninus rescripsit Paulus dig. 48, 19, 43. St.*

— TI. CLAUDIVS AVRELIVS ATTALVS.

1462 AVR(ELIVS) ATTINAS (Ἀττινᾶν t.), ὁ λαμπρότατος, σεμνῶς καὶ ἀδι-αβλήτως ἡγεμονεύσας καὶ μαρτυρηθεὶς ὑπὸ τῆς ἐπαρχείας, honoratur ab Aur(elio) Pontio Nicia t. *Thessalonicensi edito in ephemeride Ἀλήθεια (d. 22 m. Sept. a. 1906, d. 22 m. Apr. 1907), cuius mentionem fecit Ziebarth Jahresh. 189, 1921, 28; videtur fuisse proconsul provinciae Mace-*

- domiae saec. III. Probabiliter ex posteris Aur(elii) Attinae, ἀρχιερέως, ἀρχοντος Σαυτηνηῶν, qui nominatur in nummis cisis aetate Elagabali Br. Mus. Lydia 222, 52. 55. Gr.*
- 1463 **M. Aur(elius) Augendus**, procurator s(altuum?) A(pulorum?); filius M. Aur. Montanus *t. Lucerinus IX 784. St.*
- IVLIVS AVR(ELIVS) AVXON LEONIDAS.
- **L. Aurelius Baebius Iuncinus** *v. L. Baebius Aurelius Iuncinus.*
- 1464 (Aurelius) Balbinus, filius (Aurelii) Carpi *VI 727. St.*
- 1465 [A]VR(ELIVS) BASILEVS, legatus Augusti pro praetore (provinciae Galatiae) imperante Severo Alexandro *miliarius viae Tavo Amaseam III 14184⁴². Nescio an idem is qui sequitur. St.*
- 1466 **M. Aurelius Basileus**, ducenarius procurator rationis castrensis *honoratus publice t. Interamnate Lirenate X 5336 = D. 1445. Idem fortasse aut is qui praecedit aut qui sequitur. St.*
- 1467 **Aurel(ius) Basileus**. *P. Flor. 4 = Wilcken Chrest. 206 (1). P. Oxy. 10, 1277 verso (2). P. Michig. 1804, Class. Stud. in honour of Rolfe (1931) p. 266 (3). Aurel. Basileus p. 1; Basileus p. 2. 3 v. 5. 8. 11. [14]. Praefectus Aegypti p. 1—3, ὁ λαμπρότατος p. 1; vir perfectissimus p. 3 v. 11, a. 242 p. 2 (cf. P. Oxy. 12, 1466 adn.). 3 v. 5 (II non. April.), a. 244 p. 1. St.*
- **Cn. Munatius Aurelius Bassus**.
- 1468 Aur(elius) Bonon... [Aurelii] Honorati et Aur(eliae) Iul(iae) Heracliae filius *III 6034, melius lectus 14157¹ t. Gerasenus. St.*
- 1469 L. Aurelius Buranus, Augustorum libertus, procurator vicesimae [libertatis] (*potius quam hereditatium propter inferiorem gradum, cf. Hirschfeld Kais. Verw.² 109, 1 et propter litteras traditas III = [I]i[b.]*) *t. Virunensis III 4827. St.*
- 1470 Aurelius Ca[e]ilianus, praepositus vectigalium *XIII 1799 = D. 1444 t. Lugdunensis. St.*
- 1471 **T. Aurelius Calpurnianus Apollonides**. *Titulus eius sepulchralis in Aegypto inferiore prope Mendetem rep. Journ. Hell. Stud. 21, 291 = D. 8850 = IGR 1, 1107 (1). Eidem positus titulus acephalus Nicaenus CIG 3751 = IGR 3, 41 (2). Tribunus legionis quartae decimae geminae, item tertiae decimae geminae, procurator (Augustorum t. 2) Galliae Aquitanicae a censibus, procurator provinciae Moesiae inferioris, item provinciae Thraciae, procurator (ducenarius t. 2) provinciae Dalmatiae (et Histriae t. 3), procurator (ducenarius t. 2) idiu logu Alexandriae et Aegypti t. 1. 2. Vixit annos quinquaginta quinque t. 1. St.*
- 1472 Aurelius Canartha, princeps gentium Baquatium *VI 1800 = D. 855, ubi v. 2 sq. MEMORIS | EILI legendi potius sunt Memoris, fili quam memoriae Aeli, quod praefert Dessau l. c. Non ipse igitur, sed filius eius Memor annorum sedecim in urbe defunctus est. St.*

1473 IMP. CAESAR M. AVRELIVS CARINVS AVG. *Plena nomina exhibent tituli (quamquam plerumque erasa) et nummi et P. Oxy. 1, 55 = Wilcken Chrest. 196; scriptores Carinus. Filius natu maior M. Aureli Cari vita Cari 10. Vict. Caes. 38, 2. A patre imperium adepto Caesar nuncupatus est vita 7, 1; 16, 1. Eutrop. 9, 18, 1. Vict. Caes. 38, 1. Epit. de Caes. 38, 2. Ei, cum pater contra Persas profectus esset, relictum est imperium Caesareanum per Gallias atque Italiam, Illyricum, Hispanias ac Britannias et Africam 'ea lege, ut omnia faceret quae Augusti faciunt' vita 16, 2; 7, 1. 2; in Illyrico Gallia Italia Eutrop. 9, 19, 1; ad munimentum Galliae Vict. Caes. 38, 2. M. Aurelius Carinus nobilissimus Caesar, princeps iuventutis in titulis (princeps iuventutis II 4103. 4761. VIII 22431. 5332 = D. 606. Cohen 6², p. 392—395) et nummis, vel ideo Imp. Caesar M. Aurelius Carinus nobilissimus Caesar (nummi Cohen 6², 398, 145; 399, 155; 402, 182. 186. 188); additur saepenumero (minus accurate, cf. Mommsen St. R. 2³ 1164 sq., 5; at contra O. Th. Schulz Vom Prinzipat zum Dominat 214—219) Augustus appellationi nobilissimi Caesaris. Anno 283 (cum etiam in consulatu Caesar, nondum Augustus dicatur, e. g. II 4103 et in titulo Thuburbo maiore rep., Bull. tr. hist. 1923 p. CXXVII), sed iam ante mortem Cari Augustus factus est, cf. Vogt Alex. Münzen 1, 221.*

Invito patre consul processit vita 16, 6. Consul I cum patre a. 283, II cum Numeriano fratre a. 284 *fasti (VI 36954 = D. 726 dominis nostris Carino Aug. et Numeriano Aug. consulibus). A. 285 consul processerat cum Aristobulo consularia Const., Chron. min. 1, 229. Honoratus titulis Germanici maximi, Britannici maximi, Persici maximi XIV 126 (= D. 608). 127; Germ. max. VIII 7002 = D. 607. Eph. ep. 8, 740. Pap., cf. VIII 2717.*

Primum cum Numeriano, deinde solus Augustus; apud Margum proelio commisso Diocletianum vicit, sed suorum ictu interiit *Vict. Caes. 39, 11; haud ita accurate: contra Diocletianum multis proeliis confligit, sed ultima pugna apud Margum facta victus occubuit vita 18, 2, cf. 10 et Petr. Patr. exc. de sent. 269, 181 B. Syncell. 725 (Zonar. 12, 30); Diocletianus eum apud Margum vicit, proditum ab exercitu suo Eutrop. 9, 20, 2 (cf. etiam chronogr. a. 354 p. 148 M. Itin. Hierosolym. 564 W.); trucidatus est tribuni dextera epit. 38, 8; post pugnam contra Sabinum Iulianum commissam tribuni manu occisus Zos. 1, 73, 3 errore.*

Imperavit annos duo, menses undecim, dies duo *chronogr. a. 354 (qui huius regnum falso praeter Cari imperii spatium computat; ceteri scriptores imperia Cari et filiorum complectuntur); biennium Euseb. chron. (Hieronym. 224 H.; arm. 227 K.; Syncell. 723). Cassiodor. Chron. min. 2, 149. Nicephor. p. 95. Vict. Caes. 39, 12. Epit. de Caes. 38, 1; paulo minus*

- triennio *Euseb. h. e.* 7, 30, 22 (*inde Zonar. 12, 30*; tres annos *chron. Pasch. 509*). Mortuus est a. 285 (*consularia Const. l. c.* Vixit annos triginta sex *chron. Pasch. 510*, *haud dignum fide*), ante autumnum, *cf. quae disputavi P. Arch. 7, 48 sq.* Uxores ducendo ac reiciendo novem duxit *vita 16, 7 (fict.)*; *novimus unam Magniam Urbicam*. Soror (Aurelia) Paulina *t. Tentyrites, quem ed. J. Maspéro Rec. de trav. rel. à la philol. assyr. et ég. 37, 95 = Preisigke SB 7028.* St.
- 1474 (Aurelius) Carpus, proc(urator) k(astrensis) sub Commodus VI 727. St.
- 1475 IMP. CAESAR M. AVRELIVS CARVS AVG. *Plena nomina exhibent tituli et nummi et P. Oxy. 1, 55 (= Wilcken Chrest. 196) (1). P. Cornell 12 (2).* Carus scriptores. Patria ambigue proditur, sive Romae eum natum esse, sive in Illyrico, sive Mediolani *vita Cari 4, 5*; Narbone natus *Eutrop. 9, 18, 1. Vict. Caes. 39, 12. Epit. de Caes. 38, 1. Apoll. Sidon. c. 23, 88 sqq.*; ἀνήρ Γαλάτης *SynceLL. 724 (Zonar. 12, 30)*. Dux ex disciplina Probi *vita Probi 22, 3.* (Proconsul Ciliciae *inepte in epistula ficta vita Cari 4, 6.*) Praefectus praetorio a Probo factus *vita Cari 5, 4. Vict. 38, 1.* Cum ab exercitu Raetiae et Norici imperator invitatus factus esset et copiae a Probo contra eum missae ad eum defecissent, Probus a suis interemptus est *Zos. 1, 71, 4. 5. Zonar. 12, 29. Petr. Patr. exc. de sent. 269, 179 B., a. 282.*
- Consul II cum M. Aurelio Carino filio a. 283 *fasti.* (*Consul I non fuit, opinor, umquam, sed consulem iterum idcirco se habuit, quod praefectus praetorio ornamentis consularibus ornatus erat, cf. quae dixi „Ritterstand“ 249 sq.*) In expeditione Persica interiit sive fulmine sive morbo *vita 8, 9. Eutrop. l. c. Vict. 38, 4—6. Epit. 38, 2. Ruf. Fest. 24. SynceLL. 724 (= Zonar. 12, 30). Apoll. Sidon. c. 23, 95. Claudian. epithalam. Palladii v. 74, a. 283 aestate fere (cf. quae exposui P. Arch. 7, 48 sq.), certe ante d. 15. Sept. (BGU 7, 1611). Imperavit menses decem, dies quinque *chronogr. a. 354 (cf. n. 1473).**
- Trib. pot. II a. 283 (*vel inde ab 10. Dec. 282*). Honoratus est appellationibus Germanici (*Eph. ep. 8, 740*) *vel Germanici maximi (VIII 12522 = D. 600. Pap. 1) et Persici maximi (VIII 12522 et t. Antinoupolites P. Arch. 2, 451, 91 = IGR 1, 1144 (ubi nomen consulto deletum est, item VIII 5332 = D. 606 et II 4102 = D. 599 et in miliario graeco a Thyatirensis posito, Keil-Premmerstein Denkschr. 53, 2, 59, 121). Vita 8, 1. In nummis Persicus et Parthicus perhibetur, cf. Voetter Num. Ztschr. 31, 18 sq.*
- Filii M. Aurelius Carinus, M. Aurelius Numerius Numerianus, filia (Aurelia) Paulina, nepos Nigrinianus. St.
- 1476 M. Aurel(ius) Cassianus, vir egregius, praeses provinciae Daciae Maluensis, pater M. Aurelii Philippi et M. Aurelii Cassiani *t. Thessalonicensis III 13704 = D. 9009.* St.

- 1477 M. Aurelius Cassianus, filius M. Aureli Cassiani, tribunus cohortis primae Flaviae miliariae Bryttonum Maluensis, *t. Thessalonicensis III 13704* = *D. 9009*. *St.*
- 1478 Au[r(elius)] Ceionus (*sic traditur, fuerit Ceionius*), vir egregius *III 4033 t. Poetovionensis*. *St.*
- 1479 [Au]relius Cel..., centurio missus ab Elagabalo Macrinum fugientem Chalcedone comprehendit *Dio 78, 39, 6*. *St.*
- IMP. CAESAR M. AVRELIVS CLAVDIVS AVGVSTVS = IMP. CAESAR M. AVRELIVS VALERIVS CLAVDIVS AVGVSTVS.
- 1480 IMP. CAESAR M. AVRELIVS CLAVDIVS QVINTILLVS AVGVSTVS. *Plena nomina exhibent nummi (Cohen 6² p. 163—172. Webb ap. Mattingly-Sydenham 5, 1, 239—247. Alexandrini Vogt 1, 212; 2, 160) et inscriptio miliarii Mauretaniae VIII 22598 = D. 573, ubi Quintilus dicitur. Ceterum Quintillus.*
- Frater M. Aureli (Valeri) Claudii Augusti, post cuius mortem (*a. 270*), cum in praesidio Italico esset, imperium adeptus (consul *Cohen n. 54 = Webb 239, 5*) paulo post occisus est *vita Claud. 12; 10, 6; 13, 2. 9; Aurel. 2, 1; 16, 1; 17, 3; 37, 5. Eutrop. 9, 12. Epit. de Caes. 34, 5, Aquileiae Hieronym. chron. p. 222 H.; venas solvit vita Aurel. 37, 6. Zos. 1, 47. Zonar. 12, 26. 'Dexippus Claudium non dicit occisum, sed tantum mortuum, nec tamen addit morbo, ut dubium sentire videatur' vita Claud. 12, 6.*
- Imperavit dies septemdecim *Eutrop. l. c. Euseb.-Hieron. chron. p. 222 H. (Synzell. 720). Vita Claud. 12, 5. Zonar. l. c.; dies viginti vita Aurel. 37, 6; paucis diebus Epit. l. c.; contra dies LXXVII chronogr. a. 354; ὀλίγους μῆνας Zos. l. c. Hoc, non illud recte traditum esse existimavit Eckhel 7, 478, confirmavit Markl Numism. Ztschr. 21, 417 ob tantam nummorum copiam, sed vide quam exiguum imperii eius spatium computandum sit, ut ostendi P. Arch. 7, 46.* *St.*
- 1481 M. Aurelius Cleander. *Tria nomina XV 8021 = D. 1737, ceterum Cleander.*
- Origine Phryx, servus Romam venum datus ad aulam imperatoriam venit, una cum Commodo nutritus ab eo inter primos libertorum Augusti (*manumissus videtur ab imperatore Marco*) habitus et Saotero interfecto a cubiculo imperatoris factus est *Dio exc. 72, 10, 2; 12, 1. 2. Herodian. 1, 12, 3. Titulus, cf. vita Comm. 6, 3. Commodo auctor fuit, ut perverteret Perennem praefectum praetorio, quem adversantem sibi acerbissime oderat Dio-Xiph. 72, 9, 3. Quo sublato summam potentiam superbe et corrupte egit Dio 72, 10, 2; 12, 3—5, cf. 16, 2. Herod. l. c. Vita Comm. 6. Amm. Marc. 26, 6, 8. Cum Aebutianum praefectum praetorio occidisset, in eius locum cum aliis duobus, quos ipse delegerat, praefectus est factus vita Comm. 6, 12. 13; praefectus praetorio sub Commodo Amm. Marc. l. c. Herodian. Praefectum Aegypti*

(M. Aurelium Papirium Dionysium) submovit *Aelian. ap. Suid. s. ἐλοι-
δόρησε* E 916 *Adler*. Cum inde Papirius Dionysius praefectus annonae
ira in eum incensus gravitate annonae allata in odium Cleandri plebem vo-
casset, seditione exorta Commodi iussu necatus est *Dio* 72, 13. *Herodian.*
1, 12, 13. *Vita Comm.* 7, 1, cf. 14, 1, non ante a. 189, nam eo suffragante
Septimius Severus consul designatus est *Dio* 72, 12, 4, cf. *vita Comm.* 6, 9.
Triennium praefecturae non implevit *ib.* 14, 8.

Damostratiam Commodi concubinam uxorem duxit *Dio* 72, 12, 1.
Constupravit alias quoque Commodi concubinas, de quibus filios sus-
cepit, qui post eius interitum cum matribus interempti sunt *vita Comm.*
7, 3, cf. *Dio* 72, 12, 5; filii duo cum patre occisi *Herod.* 1, 13, 6; filiulus
Dio 72, 13, 6. Thermas ab ipso extractas nomine Commodi dedicavit
vita Comm. 17, 5. *Herodian.* 1, 12, 4, cf. *Dio* 72, 12, 5. *Commemoratur*
praeterea Dio-Xiph. 75, 4, 3. St.

— M. AVRELIVS COMINIVS CASSIANVS v. *infra sub Cominiis.*

1482 IMP. CAESAR M. AVRELIVS COMMODVS ANTONINVS AVG. = IMP. CAESAR L.
AELIVS AVRELIVS COMMODVS AVG. Filius imperatoris M. Antonini et Anniae
Galeriae Faustinae Augustae (de adulterio Faustinae cum gladiatore quodam
eum natum esse vulgari sermone prodebatur *vita Marci* 19) natus est apud
Lanuvium (cf. *vita Pii* 1, 8) cum fratre Antonino gemino d. 31 mensis Augusti
a. 161 *vita Comm.* 1, 2; eundem diem natalem habuit quem Caligula *vita*
10, 2 (pridie kal. Sept. *Suet. Cal.* 8, 1); annos undeviginti natus patrem
amisit *Dio-Xiph.* 72, 1, 2; mortuus est annos agens triginta unum et
menses quattuor *ib.* 22, 6; dies natalis confirmatur t. *Gortynio Mon. ant.*
18, 335 = *IGR* 1, 1509. *Huius et fratris natorum meminerunt nummi*
Faustinae inscripti 'saeculi felicit(as)' gemellos repraesentantes *Mattingly-*
Sydenham 3, 95, 509; 271, 709—712; 346, 1665 sq. *Cohen* 3² 152,
189—194. Eum Marcus et suis praeceptis et magnorum atque opti-
morum virorum erudire conatus est *vita* 1, 5. *Herod.* 1, 2, 1, cf. *Dio exc.*
71, 36, 4. Habuit litteratorem Graecum Onesicraten, Latinum Antistium
Capellam, rhetorem Ateium Sanctum *vita* 1, 6; Pitholaus puero paedago-
gus datus est *Galen.* 14, 650 sqq.

Caesar appellatus est cum fratre (M. Annio) Vero d. 12 Oct. 166,
L. Vero petente *vita* 1, 10; 11, 13; *vita Marci* 12, 8; 17, 3, cf. 16, 1.
L. Aurelius Commodus Caesar vel Commodus Caesar in titulis et nummis
(de *Alexandrinis* cf. *Vogt* 1, 134 sq.; *nummi patris* *Cohen* 3², 132—134.
Mattingly-Sydenham 3, 239, 335 sq.). Dum pater in bello Marcomanico
moratur, Commodus aegrotans a Galeno curatur *Gal.* 14, 651 sqq.; *huc*
pertinere videtur inscriptio gemmae litteris graecis exarata 'salvo Commodo felix
Faustina' *Rev. arch.* 39, 1901, 121. Adhuc in praetexta puerili congiarium
dedit atque ipse in basilica Traiani praesedit *vita* 2, 1; eius rei mentio fieri
videtur in nummis *Cohen* 3², 266 sq., 291—294. *Mattingly-Sydenham* 3, 262.

Die 20 Jan. 175 (XIII Kal. Invictas, cf. Dio 72, 15, 3, *quamquam vita 11, 8* Invictum pro Octobri dictum esse contendit) in omnia collegia sacerdotum adscitus est *vita 1, 10; 12, 1, cf. vit. Marci 16, 1. Cohen 3² 311, 599 = Mattingly-Sydenham 3, 334, 1514*: pontifex. Profectus in Germaniam d. 19 Maii 175 *vita 12, 2, cf. vit. Marci 22, 12. Dio exc. 71, 22, 2*. Togam virilem sumpsit d. 7 Iulii a. 175 *vita 2, 2; 12, 3; vita Marci 22, 12; eum diem celebrari XIV 4378 Wickert observavit*. Princeps iuventutis *vita 2, 1. Tituli urbani Compt. rend. 1908, 525. Bull. com. 55, 278 (acta Arv.). Tarentinus Not. d. se. 1896, 111. Uzappensis VIII 11 928. Faleriensis IX 5430. Nummi Vogt 2, 134, 730. Cohen 3², 240, 104. 105. Mattingly-Sydenham 3, 336, 1534—1536*. Profectus est (a. 175) commendatus militibus cum patre in Syriam (*utrumque Smyrnae degentem alloqui videtur Aristides or. 21, 2 p. 23 K.*) et Aegyptum et cum eo Romam rediit (a. 176) *vita 2, 3*. Cum patre imperator est appellatus d. 27 Nov. 176 *vita 2, 4; 12, 4, cf. vita Marci 16, 1* et triumphavit cum patre 23 Dec. 176 *vita 2, 4; 12, 5; vita Marci 16, 1; 17, 3. Eutrop. 8, 13, 1*. Consul factus est ante tempus *vita 2, 4; vita Marci 22, 12; 16, 1*. Consul designatus *Bull. com. 55, 278 (acta Arv.)*. Consul I ordinarius a. 177 *fasti*. Post triumphum pater sibi Commodum collegam in tribuniciam potestatem iunxit *vita Marci 27, 5 (cf. vit. Avid. Cass. 13, 4)*, anno igitur 177 (*in Aegypto mense Ianuario 177 Commodum consortem imperii factum esse nondum innotuerat, P. Lond. 2, 85, 206*), sed postea tribuniciam potestatem inde ab 27 Nov. 176 numeravit, cf. Mommsen *St. R. 2³, 801, 2. Heer Philol. Suppl. 9, 26—31 et dipl. mil. III p. 1993; certe iam ante finem anni 177, cum Marcus nuncupetur imperator VIII, Commodus tribunicia potestas II data est, tit. Milet 1, 7, 344, 273*.

Ab eo tempore (*aestate fere a. 177 cf. Vogt l. l. 135*) Augustus et pater patriae appellatus est: Imperator L. Aurelius Commodus Augustus *passim in nummis titulis pagyris, plene Imp. Caesar L. Aelius Aurelius Commodus Aug. dipl. 76. XIV 2856 = D. 376. (Miro quodam errore vicani Histrianorum in consulibus anni 177 notandis nomina eius Imp. Vero Caesa. indicant, Párvan Histria 7, 1923, 79, 53 tab. 8, 1)*. Pontifex maximus *in titulis inde ab a. 177, in nummis ab a. 183 (Eckhel 7, 111 sq. 137)*. A. 178 pater priusquam ad bellum Germanicum (secundum) proficisceretur Bruttiam Crispinam ei in matrimonium dedit *Dio-Xiph. 71, 33, 1. Vita Marci 27, 8. Nummi*. In eum scripsit epithalamium Iulius Pollux *Suid. s. Πολυδεύκης*. Die 3 mens. Aug. 178 cum patre profectus est iterum in Germaniam *vita 2, 5; 12, 6. Dio 71, 33, 1*. Pater moribundus amicis et militibus eum commendavit *Dio 71, 34, 1 (cf. 72, 1, 2). Herod. 1, 4, aliter vita Marci 27, 11*.

Patre mortuo (Commodi gratia a medicis perempto *Dio 71, 33, 4²; 34, 1*) die 17 mens. Martii 180 (*Dio 71, 33, 4², cf. 72, 22, 6. Tertull.*

apol. 25) Commodus solus imperium iniit. *Inde ab a. 180* (cf. *Vogt Alex. Münzen 147*) *nomi nibus mutatis usque ad a. 191* (*Wessely Catal. pap. Rain. ser. Gr. 2, 127, 145*) *nuncupatur* M. Aurelius Commodus Antoninus (*plus minus plene in titulis nummis papyris*); Luc. Aurelius Antoninus Aug. C[ommodus] III 14 370² = D. 5338 *errore*. Commodum Marcus Antoninum appellavit atque ita in publicos edidit die natalis sui *vita Diad. 6, 7, cf. Alex. 10, 5* (*in t. Sitifensi VII 8468, cf. p. 1920 mirum in modum vivo patre Aurel. . . . Antoninus Caesar nominatur*). Anno 191 (ante d. 30 Aug. *Vogt l. c. 1, 147*) L. Aelius Aurelius Commodus (*adiecto rarissime Antonino, cf. Cohen 3², 325, 726*) Dio 72, 15, 3. 5. Amazonius et Exsuperatorius (Ἐπεραίρων) nominari voluit *vita 11, 9* (cf. 11, 8; 17, 10; *Clod. Alb. 2, 4*). Dio 72, 15, 4; 20, 2 (cf. XIV 3449 = D. 400 omnium virtutum exsuperant(issimus)). Consul II a. 179, III a. 181, IIII a. 183, V a. 186, VI a. 190, VII a. 192. Imperator II a. 177, III a. 179, IIII a. 180, V a. 182 ex., VI a. 183, VII a. 184, VIII a. 186—192 (*D. 72, 15, 5. Dipl. mil. Compt. rend. 1913, 490 sq. XIV 3449. VI 992 = D. 401. Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr. 68. Mattingly-Sydenham 3, 394, 243. Num. Chron. 1929, 317*); at X a. 187 (*Kalinka Antike Denkm. in Bulg. 26, 31 = IGR 1, 745, cf. 1493*). XV a. 191 D. 9131, cf. *quae adnotavi 'Thracia' 36 sq., 3*). Germanicus maximus a. 172, Sarmaticus maximus a. 175, Britannicus maximus a. 184. *Interdum Armeniacus, Medicus, Parthicus maximus t. graecus Aegypti IGR 1, 1145 et in papyris* (cf. *Mommsen Ges. Schr. 1, 444*) P. Amh. 2, 71. P. Arch. 6, 106 *cet.* Armen. Parth. *in titulo ad limitem Raetiae rep. imperite concepto III 14 370²*. Pius, 'cum adulterum matris (L. Tullium Pontianum Gentianum consulem suff. mense Febr. a. 183, cf. *vita Marci 29, 1*) consulem designasset' *vita 8, 1, a. 182 ex. vel 183 in., cum in nummis tribuniciam potestatem VII exhibentibus nondum ita appelletur, appelletur iam d. 7 Ian. 183* (VI 2099, 12, cf. 32 386). Felix Perenne occiso (*vita 8, 1*) a. 185. Sub finem vitae a. 192 Romanus Hercules *vita 8, 5. 9. Dio 72, 15, 3. 5* (cf. *Herodian. 1, 14, 8. XIV 3449. Compt. rend. 1919, 443. Nummi. PSI 9, 1036*), Invictus (Ἄνικτος) XIV 3449. *Compt. rend. l. c. Dio 72, 15, 3. 5. PSI l. c. Pacator orbis* (Εἰρηνοποιὸς τῆς οἰκουμένης) XIV 3449. Dio 72, 15, 5. PSI l. c.

Occisus est Romae d. 31 mensis Dec. a. 192 *vita 15, 2; 17, 1. 2; vita Pert. 4, 4—8; 5, 1; Sev. 5, 1; 14, 1; Pesc. Nig. 1, 5; 2, 1; Clod. Alb. 14, 2. Dio exc. 72, 22. Herod. 1, 17, 8—11; 2, 5, 7. Eutrop. 8, 15. Vict. Caes. 17, 7—9. Epit. de Caes. 17, 5. 6. (Tertull. apol. 35 iisdem ferme verbis nomine omisso.) Zos. 1, 7, 1.*

Uxor Bruttia Crispina, concubinae Damostratia et Marcia. St.

— L. AELIVS AVRELIVS COMMODVS = IMP. CAESAR L. AVRELIVS VERVS AVGVSTVS v. L. CEIONIVS COMMODVS.

- 1483 [A]ur(elius) Concordiu[s], praefectus vigilum VI 1226 (sub duobus Augustis).
St.
- 1484 Aur(elius) Con[stantin]us, ex pro[c(uratore)] . . . t. Pannoniae inferioris III 10 275.
St.
- 1485 AVRELIVS COTTA adoptavit M. Valerii Messallae Corvini filium, qui post adoptionem dictus est M. Aurelius Cotta Maximus (Messalinus) *schol. Pers. 2, 72 cf. Ovid. ex P. 3, 2, 107 sq., fortasse frater uxoris Messallae Corvini. Idem potest esse M. Cotta, qui a. 705 = 49 a. C. Sardiniam obtinebat Caes. b. c. 1, 30, 2. 3 cf. Cic. ad Att. 10, 16, 3.* Gr.
- 1486 AVRELIVS COTTA, filius fortasse M. Aurelii Cottae consulis a. 20. Nero ei annuam pecuniam statuit a. 58, quamvis per luxum avitas opes dissipasset *Tac. a. 13, 34. Idem videtur significari Iuvenal. 5, 108 sq. 'nemo petit, modicis quae mittebantur amicis a Seneca, quae Piso bonus, quae Cotta solebat largiri', ubi praedicantur patroni liberales aetatis Claudiorum. — Hic fortasse Cotta, quem Lucanus poeta lascivo versu adlocutus est Martial. 10, 64, 6.* Gr.
- 1487 M. AVRELIVS COTTA, consul a. 20 p. C. In consulatu: M. Αὐρήλιος Μ. υἱ. Κόττας *Dio ind. l. 57. M. Aurelius Cotta I² p. 70 fasti Arv. (min. XIV). M. Aurelius VI 10 051 = D. 5283. Cassiodor. p. 136 M. M. Aur. . . . XIV 244 = 4534 fasti Ostienses. C. (errore ut videtur) Aurelius Tac. a. 3, 2. Aurelius Cotta ib. 3, 17. Cotta dig. 1, 16, 4, 2; 48, 2, 12, 3. coll. leg. Mos. 8, 7, 1. Fasti (perperam Grato fasti Hydat. Chron. min. 1, 219 cf. chron. Pasch., Epiphan. ib.)*
Consul a. 20 cum M. Valerio Messalla v. supra per integrum annum fasti Arv., fasti Ost.; in causa Cn. Pisonis sententiam tulit in senatu *Tac. a. 3, 17. Sive idem ac M. Aurelius Cotta Maximus Messalinus sive filius eius (v. sub hoc).* Gr.
- 1488 M. AVRELIVS COTTA MAXIMVS MESSALINVS honoratur t. Ephesio *Forsch. in Ephesos 3, 112, 22 (1); recte ad eum rettulit Keil l. l. titulum in agro Sardoniano repertum mutilum et male descriptum CIG 3465 = IGR 4, 1508 (2); memoratur in t. liberti sepulchrali versibus concepto XIV 2298 = D. 1949 (3).*
Μάρκος Αὐρήλιος Κόττας (Κότταν t.) Μάξιμος Μεσσαλείνος t. 1. [M.] Αὐρηλίω Κόττα [Μαξι]μ[ω Μεσ]σαλλείνω t. 2 (supplevit Keil). (M. Aurelius) Cotta Maximus t. 3.
Cottam Messalinum dicit . . . hic ab Aurelio Cotta adoptatus Marcus Aurelius Maximus vocabatur *schol. Pers. 2, 72. (Valerius) Messalinus cognomen suum Cottae fratri reliquit Vell. 2, 112, 2. Cotta Messalinus sive Messalinus Cotta Tac. a. 2, 32; 4, 20; 5, 3; 6, 5; 12, 22. Plin. n. h. 10, 52; ind. l. 14. 15. Cotta Tac. a. 6, 7. In Ovidii epistulis ex Ponto appellatur sive Cotta 3, 2, 1; 4, 16, 41 (cf. infra) sive Maximus 2, 3, 1*

(fortasse etiam 1, 9, 16. 32. 50) sive Maximus Cotta 2, 8, 2; 3, 5, 6. Cotta Iuvenal. 7, 95.

M. Valerii Messallae Corvini oratoris (consulis a. 723) filius ex femina quadam e stirpe Cottarum (num ex loco infra allato Ovid. ex P. 3, 2, 106 recte collegerit Dessau PIR¹ 3 p. 367 matrem Cottae Calpurniam fuisse, dubitari potest) Plin. n. h. 10, 52. Vell. 2, 112, 2. Schol. Pers. 2, 72. Ovid. ex P. 4, 16, 43 sq.: 'maternos Cottas cui Messalasque paternos maxima nobilitas ingeminata dedit' cf. 2, 2, 99 (vel 95) sq. 2, 3, 75 sq. 3, 2, 103 sq.: 'adde quod ... altae indicium mores nobilitatis habent, quos Volesus patrii cognoscat nominis auctor, quos Numa maternus non neget esse suos adiectique probent genetiva ad nomina Cottae, si tu non esses, interitura domus'. Magni Messallae propago Pers. sat. 2, 72, ubi schol.: hic ab Aurelio Cotta adoptatus, fortasse avunculo suo. Mater etiamtum in vivis a. c. 12/13 p. C. cf. Ovid. l. l. 2, 3, 97 sq. Frater M. Valerii Messallae Messalini (consulis a. 751 = 3 a. C.) Vell. 2, 112, 2 cf. Ovid. l. l. 1, 7, 31. 60; 2, 2, 101 (vel 97); 2, 3, 80.

Eundem fuisse M. Aurelium Cottam consulem a. 20 coniecit Klebs PIR¹ 1, p. 203 sq., diversum sc. filium Cottae Messalini Nipperdey-Andresen ad Tac. a. 2, 32. Klebs monuit vix fieri potuisse, ut Cotta Messalinus a. 20 haberet filium aetatis consularis, quippe qui ipse diceretur iuvenis ab Ovidio in epistulis ex Ponto intra a. 12—17 scriptis 2, 3, 55; 3, 5, 7. 37 (adde quod legimus apud Ovidium 2, 3, 71 sq.: et quod eras aliis factus, mihi natus amicus quodque tibi in cunis oscula prima dedi). Aliter iudicaverunt Nipperdey et Andresen non ideo, ut opinatus est Klebs, quod Tacitus a. 3, 2 consulem anni 20 C. (errore pro M.) Aurelium, 3, 17 Aurelium Cottam dicit, cum alias semper utatur nomine Cottae Messalini, sed propter nimium spatium viginti trium annorum, quod, si hanc opinionem sequimur, inter fratrum consulatus intercessisse statuendum est. Sane ex t. 1. 2 elucet Cottam Messalinum cum Asiae praeesset iam altero cognomine praeditum fuisse, qua ex re apparet fratrem eius, qui a. 21 etiamtum in vivis erat (Tac. a. 3, 34), eo tempore iam mortuum fuisse; ex intervallo inter consulatum et proconsulatum Asiae vel Africae tunc temporis usitato concludere licet inter consulatus Valerii Messalini fratrisque eius minoris spatium satis magnum fuisse. At tamen si Cottam Messalinum a. 20 fasces gessisse statuimus, mirum est quod fratris eius filius priorem inter consules locum ante patrum obtinuit, neque probabile mihi videtur Cottam Messalinum a. 16 sententiam dixisse inter praetorios (Tac. a. 2, 32), nam ceteri hoc loco a Tacito nominati praeter Pomponium Flaccum consulem designatum consulares fuerunt. Vide an consul a. 20 non naturalis filius fuerit Cottae Messalini sed adoptivus. Sed res pro certo diiudicari non potest.

Proconsul (Asiae) t. 1 cf. 2 post a. 21 v. supra; cum Romae fuerit a. 24

(*Tac. a. 4, 20*) et annis 26/27, 28/29—33/34 alii proconsules *Asiam obtinuerint, fortasse a. 22/23 vel 25/26 vel 27/28 provinciam rexit. Sacerdotio aliquo ex maioribus ornatus Tac. a. 6, 5.*

A. 16 in senatu censuit ne imago Scribonii Libonis exsequias posterorum comitaretur *Tac. a. 2, 32*. A. 24 Messalinus Cotta haud minus claris maioribus (quam M. Lepidus), sed animo diversus censuit cavendum senatus consulto ut quamquam insontes magistratus et culpae alienae nescii provincialibus uxoribus criminibus proinde quam suis plecerentur *ib. 4, 20 (notabile senatus consultum huius argumenti a. 20 Messalla et Cotta consulibus factum esse teste Ulpiano dig. 1, 16, 4, 2; cf. n. 1487)*. A. 29 cum a Tiberio in Agrippinam et Neronem litterae ad senatum missae essent, pauci ut referretur postulavere promptissimo Cotta Messalino cum atroci sententia *Tac. a. 5, 3*. A. 32 Cotta Messalinus, saevissimae cuiusque sententiae auctor eoque inveterata invidia, arguitur pleraque [in] C. Caesarem et cum die natali Augustae inter sacerdotes epularetur novendialem eam cenam dixisse; querensque de potentia M. Lepidi ac L. Arruntii, cum quibus ob rem pecuniariam disceptabat, addidisse 'illos quidem senatus, me autem tuebitur Tiberiolus meus'. quae (neque *cod.*) cuncta a primoribus civitatis revincebatur, iisque instantibus ad imperatorem provocavit. nec multo post litterae (Tiberii) adferuntur, quibus repetito inter se atque Cottam amicitiae principio crebrisque eius officiis commemoratis, ne verba prave detorta neu convivalium fabularum simplicitas in crimen duceretur, postulavit *Tac. a. 6, 5*. Tum facta patribus potestate statuendi de Caesiliano (Caeciliano *em. Lipsius*) senatore, qui plurima adversum Cottam prompserat, placitum eandem poenam inrogari quam in accusatores L. Arruntii *ib. 6, 7*.

'Maxime, qui claris nomen virtutibus aequas, nec sinis ingenium nobilitate premi' *Ovid. ex P. 2, 3, 1 sq.*; 'adde quod est animus semper tibi mitis et altae indicium mores nobilitatis habent' *Ovid. ex P. 3, 2, 103 sq.* — Nobilis quidem, set egens ob luxum, per flagitia infamis *Tac. a. 6, 7*. — Magni Messalae lippa propago *Pers. sat. 2, 72*; 'tam vitiosos oculos in senectute habuit, ut palpebrae eius in exteriorem partem verterentur; fuit enim multis praeditus divitiis' *schol. Pers. l. l. (cf. etiam Plin. n. h. 10, 52)*. — *Hic fortasse Messalinus e consularibus patriciis, hircinibus, cum ad genu admisisset, interemptus Plin. n. h. 32, 123.*

'Quis tibi Maecenas, . . . quis Cotta iterum, quis Lentulus alter?' *Iuvenal. 7, 94 sq. (ib. 5, 109 potius de posteriore quodam Cotta cogitandum est)*. *Liberalitas eius praedicatur in t. 3: 'qui mihi saepe libens census donavit equestris' cet.*

Amicus Ovidii *Ovid. ex P. 1, 7, 33. 60; 2, 2, 101 (vel 97); 2, 3, 5. 31. 37. 69 sq. 81 sq. 93; 3, 2, 7. 25 sq. 109; 3, 5, 43 sq.* Cum Ovidio a. 8 in insula Ilva fuit *ib. 2, 3, 83 sq.* Poeta ad eum scripsit epistulas ex

Ponto 2, 3. 8; 3, 2. 5; *de epistulis* 1, 5. 9; 3, 8, *quae Maximo inscriptae sunt, dubitari potest, utrum Paullus Fabius Maximus an Aurelius hic intellegendus sit, sed de hoc magis cogitaverim. In Tristium quoque libris poetam alludere ad Cottam (nomine non adposito) viri docti coniecerunt; certe adloquitur vel Cottam vel fratrem eius in c. 4, 4 (cf. Borghesi 1, 409). Cf. praeterea G. Graeber Quaest. Ovid. Progr. Elberfeld 1881 p. XIX—XXIII.*

'Pieridum lumen praesidiumque fori' Ovid. *ex P.* 4, 16, 42. 'Iuvenis patrii non degener oris' *ib.* 3, 5, 7 *cf.* 2, 2, 49. Orationem ab eo in iudicio centumvirali habitam legit Ovidius Tomis *ib.* 3, 5, 7 *sqq.*; carmina fecit *ib.* 3, 5, 37 *sqq.* *cf.* 4, 16, 41 *sq.* Auctor Plinii *n. h. ind. l.* 14. 15. Patina ab eo inventa *ib.* 10, 52.

Patruus maior Lolliae Paulinae *Tac. a.* 12, 22. — M. Aurelius Cottae Maximi l. Zosimus accensus patroni *t.* 3; Zosimi filium Cottanum 'produxit honore tribuni, quem fortis castris Caesaris emeruit' *ib.* — Alexander Memnonis f. (Ephesius) amicus *t.* 1. *Gr.*

1489 M. Aurelius Crescens, libertus Augustorum, procurator Lugduni (ἐπίτροπος Λουγδούνου Γαλλίας), procurator (patrimoni) Phrygiae (*cf. Hirschfeld K. V.* 58, 1; 362. 381, 4; *Kl. Schr.* 378 *sq.*, 2; 564), procurator castrensis *t. prope Stectorium rep. D.* 8856 = *IGR* 4, 749 = *Journ. Rom. Stud.* 16, 55 (*imago*). *St.*

1490 M. Aurelius Decimus. *Tituli Lambaesisitani VIII* 2529, *cf.* 18 040 (= *D.* 2291) (1). 2530 (*cf.* 18 041) (2). 2643 (3). 2663 (4). 2678 (*cf.* 18 108) (?) (5). 2717 (6). 18 288 (7). *Bull. tr. hist.* 1915, p. CLXVIII (8); 1918, 140 (9). 141 (10. 11). 143 (12); 1919, p. CCXIII, 7 (13); 1921, p. CCXLVII (14). *Verecundenses VIII* 4221 (= *D.* 609) (15). 4222 (16). *Zaraitensis VIII* 4516 (?) (17). *Dianensis VIII* 4578 = *D.* 3091 (18). *Cirtensis VIII* 7002 = *D.* 607 (19).

Tria nomina t. 1—3. 8. 10. 12. 18. 19; Aurel. Decimus 9. M. Aurel. Dec... *t.* 7. M. Aureliu... *t.* 4. M. Au... *t.* 13.ius De... *t.* 6; Decimus *t.* 15; ..ecimus *t.* 14.mus *t.* 5. 16. Ex principe peregrinorum *t.* 1. 2. 4. 7. 9. 11. 17 (?). 18. 19, vir perfectissimus *t.* 1—3. 8—12. 14—16. 18. 19, praeses provinciae Numidiae *t.* 1—3. 8—15. 18. 19, a. 283-284 *t.* 1. 6. 12. 15. 16. 19. In *t.* 2 nomina non Carini et Numeriani, sed Diocletiani et Maximiani explenda esse existimat Cagnat *Bull. tr. hist.* 1918, 143 (*haud ita certa coniectura*). *St.*

1491 M. Aurelius Diogenes. *Tituli Lambaesisitani VIII* 2573 (1). 2574 (2). 2575 (3), *loco dicto Ain Kerma rep. Ann. ép.* 1903, 243 (4). *Papyri Cair.* 10531 (1). *Oxy.* 12, 1456 (2). *Nomen plenum t.* 1. P. 2. Aurelius Diogenes *t.* 2. 3. 4. Aure... Diogenes *p.* 1. Vir perfectissimus (ὁ διασημότατος) *passim*. Praefectus (Aegypti) a. 285 *p.* 2. Praeses provinciae Numidiae *t.* 1—4, a. 286 vel paulo post *t.* 1—3; ex rescripto dei Probi ... dignatus e[st] *t.* 4. *St.*

- 1492 **Aur. Dionysius**, procurator Augusti *t. Corinthius III 535.* *St.*
- 1493 **M. Aurel(ius) Dom[nus]** honoratur a provincia Arabia; **M. Aur. Fl. Rufus** centurio legionis III C(yrenaicae) A. (*vel Antoniniana vel Alexandrianae vel Aurelianae*) et **Capitolinus** equites Romani [faciendum curaverunt] *Journ. Rom. Stud. 18, 150 n. 10 t. Gerasenus; praeses provinciae fuisse videtur.* *Gr.*
- 1494 **M. AVR(ELIVS) DVBITATVS**, vir clarissimus, plurimis militiae honoribus functus, pater eius qui sequitur *V 4870 t. Benacensis; quarti potius quam tertii saeculi.* *Gr.*
- 1495 **M. AVR(ELIVS) DVBITATVS**, vir clarissimus, **M. Aur. Dubitato** v. c. patri et **C. Centullio Fortunato** adulescenti clarissimo filio titulum posuit *V 4870 Benacensem.* *Gr.*
- 1496 **T. Aurelius Egatheus**, Imp. Antonini Augusti libertus a codicillis *VI 8440 = D. 1529. Idem Egatheus Fronto ad M. Caes. 2, 16 p. 37 N. (2, 94 Haines), cf. ad am. 1, 14 p. 183 N. (2, 98 Haines), v. Hirschfeld K. V.² 118, 3 (Friedländer SG 1^s, 193, 1).* *St.*
- 1497 **Aurelius Elpidephorus**, procurator Augustorum (*Marci et Veri, ut videtur*) honoratus publice *t. Lacedaemonio IG 5, 1, 501. Eiusdem fortasse Αὐρ. Ἐλπίδηφόρου τοῦ κρατίστου uxor Cl(audia) Septimia Nicarete t. Synnadis rep. Rev. arch. 31 (1876), 200 = IGR 4, 705.* *St.*
- **T. AELIVS AVRELIVS EPIANVS.**
- 1498 **Aur(eliu)s Epimachus**, Hermopolitanus, pater **M. Aurelii Plutionis** *CPHerm 77 et 78 (cf. Wilcken P. Arch. 3, 544 sq.).* *St.*
- 1499 **Aurelius Eubulus**, Emesenus, procurator a rationibus (τοὺς καθόλου λόγους ἐπιτετραμμένος), a. 222 una cum **Elagabalo** trucidatus est *Dio exc. 79, 21, 1.* *St.*
- 1500 **Aur. Euphrates**, vir egregius (ὁ κράτιστος), procurator Augusti honoratus titulo *Milesio Rev. arch. 28 (1874) 110 sq. Idem fortasse Euphrates a rationibus sub Marco contra Germanos ad Histrum pugnante Galen. 14, 4 et Euphrates M. Antonin. εἰς ἐ. 10, 31 et ... Euphrates procurator m[etallorum] VIII 28031.* *St.*
- 1501 **Aur(eliu)s Felicianus**, vir perfectissimus, maritus **Aur(eliae) Tigridis**, clarissimae feminae *VI 31956.* *St.*
- 1502 **Aurelius Felicissimus**, egregius vir, pro[c(urator)], patronus municipii **Trebulanorum Mutuescanorum**, maritus **Aureliae Cre[s]centiae**, cui a. 243 positus est *IX 4894 = D. 6554.* *St.*
- 1503 **Aurelius Felix**, a tribus militiis, procurator centenarius, procurator ducenarius, procurator a rationibus; pater **Aureli Iusti t. eius sepulchralis urbanus IG 14, 1480 = D. 8854.** **Aurelius Felix**, vir egregius (ὁ κράτιστος), procurator in Aegypto a. 200/1 *BGU 156 (emendatior Wilcken Chrest. a. 175, cf. ad P. Oxy. 12, 1473) num idem sit, incertum est neque magis certum, qui sit ... elius Felix, vir egregius, procurator Gordiani*

- (non provinciae sed fortasse rationis privatae) tituli Mauretaniae Sitifensis VIII 20487 (cf. 20602). *Mél. Perrot 37 = Ann. ép. 1903, 94. St.*
- 1504 Aurelius Festivus, libertus Aureliani, quasi scriptor rerum laudatur *quadr. tyr. 6, 2 (plane fictus). St.*
- 1505 M. Aurelius Fidelis, procurator, maritus Luciliae Terentiae t. *Cirtensis VIII 19510. St.*
- 1506 Aurelius Flaccus, pro[c(urator) prov(inciae), potius quam proconsul] t. *Arelatensis XII 671. St.*
- 1507 L. AVRELIVS FLACCVS, consul *suffectus a. inc. cum Q. Antonio I[sal]u[r]ico?] VI 2017 = XIV 2244 fasti fer. Lat. (cf. n. 840). Gr.*
- 1508 M. Aurel. Fortunatus, vir egregius, praefectus legionis III Augustae sub Aureliano, maritus Aeliae Optatae, clarissimae feminae t. *Lambaesitanus VIII 2665 = D. 584. St.*
- 1509 AVRELIVS FVLVVS, consul, filius T. Aurelii Fulvi *qui sequitur*, maritus Arriae Fadillae, quae post eius mortem nupsit P. Iulio Lupo, gener Arrii Antonini et Boioniae Procillae, pater T. Aurelii Fulvi Boionii Arrii Antonini, qui imperavit *vita Pii 1, 3. 4. Homo tristis et integer ib. 1, 3. A plerisque idem putatur Fulvus consul ordinarius a. 89 cum Atratino, nescio num recte. Mortuo cum filius imperium iniisset, statua decreta est vita Pii 5, 2. — Titulum urbanum VI 9355 = D. 7383 posuit Boionia Antul[la] mater Narcisso filio, qui moratus est in dispensatione Boioniae Procillae et Aureli Fulvi. Gr.*
- 1510 T. AVRELIVS FVLVVS memoratur in titulis gemellis Ziatae Armeniae maioris repertis III 6741 = D. 232 (1), III 6742 (2); in tertio eiusdem tituli exemplo III 6742 a (3) nomina eius perierunt praeter [Fu]lvo.
T. Aurelius Fulvus t. 1. 2. *vita Pii 1, 2. Fulvus (Fulvius traditur) Aurelius Tac. h. 1, 79. — Origine Nemausensis vita Pii l. l. Legatus Aug. legionis III Gallicae sub Cn. Domitio Corbulone in Armenia a. 64 t. 1—3; a. 69 legatus legionis eiusdem ob res adversus Rhoxolanos prospere gestas ab imp. Othone consularibus ornamentis donatus Tac. l. l.; eodem anno in eius locum successit C. Dillius Aponianus cf. Tac. h. 3, 10. Per honores diversos ad secundum consulatum et praefecturam urbis pervenit vita Pii l. l. Num idem fuerit Fulvus consul ordinarius a. 85 cum imp. Domitiano XI, plane incertum.*
- Pater Aurelii Fulvi *qui praecedit*, avus Antonini Pii (*nati a. 86*) *vita Pii 1, 2. 3, qui pueritiam egit cum avo paterno mox cum materno ib. 1, 9. Sub imperio nepotis statua ei decreta est ib. 5, 2. — Quae de Aurelio Fulvo disputavit Domaszewski Sitz. Ber. Heidelberg. 1918, 13, 38—47, mihi minus probantur. Gr.*
- 1511 M. AVRELIVS FVLVVS ANTONINVS, filius Imp. Caesaris T. Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii t. *sepulchralis in mausoleo Hadriani VI 988 = D. 350, et Anniae Galeriae Faustinae, ex qua Pius tulerat filios mares duos*

vita Pii 1, 7, qui adoptionis eius tempore (a. 138) non iam vixerunt
Dio-Xiph. 69, 21, 1. St.

1512 T. AVRELIVS FVLVVS ANTONINVS (T. Fulvius (*sic*) Aurelius Antoninus *t. Lilybaei positus* *Not. d. sc. 1905, 216 = D. 8911*, Antoninus *apud scriptores*), imperatoris Marci filius *t.*, frater gemellus Commodi qui postea imperavit, natus apud Lanuvium d. 31 Aug. (*cf. vit. Comm. 10, 2. Suet. Cal. 8*) a. 161 *vita Comm. 1, 2. Gemini repraesentantur in nummis Faustinae inscriptis 'saeculi felicitas' Cohen 3², 152, 189—194. Mattingly-Sydenham 3, 95. 271. 346. Quadrimus elatus est vita Comm. 1, 4. Commemoratur Fronto ad M. Antonin. 1, 1—4 p. 94 sq. 99. 101 N. = 1, 32. 42. 118. 120 Haines 'pullus noster Antoninus', 'pullus noster' et cum fratre 'pullulos meos' 'pullulos tuos'.* St.

1513 T. AVRELIVS FVLVVS BOIONIVS ARRIVS ANTONINVS = IMP. CAESAR T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVG. PIVS. *Privatus memoratur in titulo Ephesio CIG 2965 = Wadd. 146 (1) et, ut videtur, in tegulis anni 134 XV 92 (2). 93 (3). 94 (4). 95 (5). Post adoptionem, sed ante mortem Hadriani ei positi sunt tituli urbanus VI 998 = D. 331 (6), Dacicus III 13795 = D. 8909 (7), Histrianus Pârvan Histria 4, n. 20 (8), Cyrenaicus Notiz. archeol. 2, 197 = Ann. ép. 1919, 96 (9).*

Natus est d. 19 mensis Septembris a. 86 in villa Lanuvina *vita Pii 1, 8; Comm. 1, 2. Vict. Caes. 15, 2; diem natalem confirmant fasti Philocali I² p. 255. 272 et VI 10234. II 5232 (= D. 7213. 6898), cf. XIV 4553. Filius Aureli Fulvi consulis et Arriae Fadillae (VI 2120 = D. 8380), nepos T. Aureli Fulvi bis consulis et praefecti urbis, per matrem nepos Arrii Antonini bis consulis, frater uterinus Iuliae Fadillae, privignus Iulii Lupi consularis, gener Annii Veri *vita 1 (cf. stemma quod subieci).**

T. Aurelius Fulvus Boionius Antoninus *vita 1, 1; T. Aurelius Fulvus Antoninus tit. 1; T. Aurelius Antoninus Fulvius Eutr. 8, 7, 3; T. Antoninus Fulvius Boionius id. 8, 8, 1; T. Aurelius Fulvus saepius in consulatu primo VI 2080, 8 (acta Arv.). 9100 (= D. 1850). 27041; T. Aurelius F. . . Antoninus VIII 8239. Ful. Antoninus t. 5. Aurelius Antoninus Dio-Xiph. 69, 20, 5. Vict. Caes. 15, 1. Antoninus Fulvius seu Boionius epit. de Caes. 15, 1; Arrius Antoninus vita 4, 2; vita Hadr. 24, 1. t. [2.] 3. 4; ceterum Antoninus.*

Educatus Lorii in Aurelia (via), pueritiam egit cum avo paterno, mox cum materno *vita 1, 8. 9.* Fuit quaestor liberalis, praetor splendidus (*omisit tribunatum vel aedilitatem utpote patricius*), consul (I) cum (L.) Catilio Severo (II) *ib. 2, 9, a. 120 fasti.* Ab Hadriano inter quattuor consulares, quibus Italia committebatur, electus est ad eam partem Italiae regendam, in qua plurimum possidebat *vita 2, 11; 3, 1.* Proconsul Asiae *vita 3, 2—4. 6 (cf. 4, 3). Dig. 48, 3, 6. Tit. 1; res eius cum Polemone sophista Philostr. v. soph. 1, 25, 3 et Herode Attico ib.*

2, 1, 8, anno 134/5 opinor. Proconsulatus Asiae videtur memorari in decreto Ephesiorum *Ditt. Or. Gr.* 493 = *Forsch. Ephes.* 2, 108 [καθ' ὃν τῆς Ἀσίας] ἡγεμόνευον χρόνον. Post proconsulatum in consiliis Hadriani Romae frequens dixit *vita* 3, 8. Cursum honorum solitum transeurrit *Dio exc.* 69, 20, 4.


Post mortem L. Aelii Caesaris (kal. Ianuariis a. 138) Hadrianus eum ea lege adoptavit, ut Antoninus M. Annium Verum et L. Ceionium Commodum, filium L. Aelii Caesaris, sibi adoptaret *vita* 4; *vita Marci* 5, 1 (ubi errore L. Commodus a Marco adoptatus dicitur, cf. *vit. Ael.* 5, 12); *vita Hadr.* 24, 1, 5; *Ael.* 2, 9; 6, 9; 7, 2; *Marci* 5, 5; *Veri* 2, 2; 3, 6; *Sev.* 20, 1; *Alex.* 10, 5; *Aurel.* 14, 6. *Dio* 69, 21, 1 (cf. 69, 20; 70, 1, 1); 71, 1, 1; 35, 3, die 25 Febr. 138 *vita* 4, 6, cf. *I² p.* 310, factusque est patri et in imperio proconsulari et in tribunicia potestate collega *vita* 4, 7. Post adoptionem Imperator T. Aelius Caesar Antoninus, tribunicia potestate, consul t. 6. 7. 9. *Nummi*: *Cohen* 2², 283 sq., 128—133; 329, 597—606; 336, 662—664; 372 sq., 1057—1068. *Mattingly-Sydenham* 2, 394—396. Imp. T. Ael. Caes. Hadrianus Antoninus *Mattingly-Sydenham* 2, 394, 446. *Cohen* 2², 373, 1064. 1067. 1069.

Hadriano mortuo (d. 10 Iul. a. 138) solus imperium suscepit, Pii appellationem recepit *vita* 2, 3; 5, 2; *vita Hadr.* 24, 3; 27, 4; *Avid. Cass.* 11, 6; *Nig.* 8, 5; *Get.* 2, 3; *Diad.* 6, 5; *Elag.* 7, 9. *Dio-Xiph.* 70, 2, 1. *Pausan.* 8, 43, 5. *Eutrop.* 8, 8, 1. *IG* 14, 1392 = *IGR* 1, 196, quam appellationem nummi inde ab initio fere imperii praebent. Tribunicia potestate II d. 10 Dec. 138—9 Dec. 139 *cet.*, XXIV 10 Dec. 160—7 Mart. 161. Consul II a. 139 (*Cagnat-Merlin Inscr. d.'Afr.* 556 *cos. des.* II), III a. 140, IV a. 145 *fasti*. Imperator II a. 142 X 515 = *D.* 340 (*VIII* 23824 imp. III errore). *Cognomina* Germanici Dacici errore ei tribuuntur *VIII* 12513 (= *D.* 345). 20424. Delphorum archontis dignitatem accepit *Bourquet De rebus Delphicis* 36. Mortuus est die 7 Martii (is dies scilicet est dies imperii imperatoris Marci, ubi vide) a. 161 apud Lorium *vita* 12, 4—6. *Eutr.* 8, 8. *Epit. de Caes.* 15, 7.


Uxor Annia Galeria Faustina (I). Filii mares duo, duae feminae *vita* 1, 7: M. Aurelius Fulvus Antoninus, M. Galerius Aurelius Antoninus, Aurelia Fadilla, Annia Galeria Faustina (II). Ἄπαις ἀρρένων παίδων tempore adoptionis *Dio-Xiph.* 69, 21, 1, cum pueri antea obiissent, quamquam corpora mausoleo Hadriani (non ante a. 139 perfecto) illata sunt *VI* 988. 989 = *D.* 350. 351. *Stemma subieci.* *St.*

1514 AVRELIVS G....., curator aedium sacrarum locorumque publicorum *VI* 31133 fragmentum t. urbani; fortasse idem atque L. Aurelius Gallus *cos.* a. 198. *Gr.*

1515 L. AVRELIVS GALLVS honoratur a M. Aemilio Alcima amico t. urbano *VI* 1356 cf. 31637 = *D.* 1109.



St.



- L. Aurelius L. fil. Quir(ina) Gallus t. *Fortasse ex posteris Aureli Galli, qui nominatur inter signatores decreti a. 69 ab Helvio Agrippa proconsule Sardiniae facti X 7852 = D. 5947. — Cursum honorum usque ad consulatum exhibet t. ordine inverso. Quaestor provinciae Asiae, tribunus plebis, praetor, legatus (proconsulis) provinciae Africae, curator viae Clodiae Anniae Cassiae Ciminiae et novae Traianae, legatus Aug. legionis III Gallicae, proconsul provinciae Narbonensis, praefectus frumenti dandi, praefectus aerarii Saturni, consul. Vulgo putatur consul ord. a. 174 qui sequitur, sed nescio num recte; nam ex cursu honorum supra allato apparere videtur Gallum hunc non ortum fuisse genere nobili; vix ergo ad consulatum ordinarium pervenire potuit (cf. quae exposui Wien. Stud. 47, 143 sq.). Consulem a. 174 filium huius fuisse potius statuerim. Gr.*
- 1516 L. AVRELIVS GALLVS, consul a. 174 cum Q. Volusio Flacco Corneliano. *In consulatu: L. Aurelius Gallus XI 7556 = D. 6584, ceterum Gallus fasti. — Vix idem atque L. Aurelius L. f. Quir. Gallus t. urbani VI 1356, quem magis crediderim patrem eius fuisse (cf. n. 1515). — Vide num idem fuerit L. A., qui memoratur in fragmento t. urbani positi a. 179 VI 36872 fortasse ut curator vel aedium sacrarum vel operum publicorum. Incertum num ad unum ex his Aureliis Gallis pertineat tegula incertae lectionis XI 6689, 294, ubi nominari videtur L. Aur. Gal. — Probabiliter pater eius qui sequitur. Hic (potius quam filius eius) L. Aurelius Gallus, legatus Augusti (legionis I adiutricis) t. Brigetionensis ineditus, quem Nymphis dicavit, communicatus mecum ab Arturo Stein (descriptus in museo comitatus Komárnensis a Josepho Dobiáš). Gr.*
- 1517 L. AVRELIVS GALLVS, consul a. 198, memoratur in titulis a Nicopolitanis ad Istrum dedicatis imp. Severo *Ath. Mitt. 48, 104, 10 (1), Antonino Aug. Severi filio ib. 105, 11 (2), [Iuliae Domnae] Augustae ib. 12 (3), [Getae Caesari] ib. 13 (4). — Nummi I Marcianopolitanorum a) in adversa cum capite Severi et inscriptione Αὐ. Κ. Α. Σεπ. Σευήρος Π., in aversa inscripti ὑ(πατεύοντος) Αὐ(ρηλίου) Γάλλου Μαρκανοπολιτῶν Ant. Münzen Nordgriechenlands 1 n. 554—559. Ruzicka Num. Ztschr. 50, 1917, 111; Vjesnik hrv. arch. društva N. S. 15, 231 sq. b) cum capite Caracallae et inscriptione Αὐ. Μάρ. Αὐρή. Ἀντωνίνος, in adversa cum eadem inscriptione atque in a Ant. Münz. l. l. n. 608. 609. c) exhibentes ab altera parte caput Getae cum inscriptione Λού. Σεπ. Γέτας Κ., eadem adversa ib. n. 696. d) cum capite Plautillae et inscr. Φουλ. Πλαυτίλλα (sic) Σεβ., eadem adversa Mušmov Rev. num. 1929, 154. II Nicopolitanorum cum capitibus Severi (Ant. Münz. n. 1284—1331. Num. Z. l. l. p. 136 sq.; Vjesnik p. 240. Grose Cat. McClean Coll. 2, 171 n. 4390 sq.), Iuliae Domnae Aug. (Ant. Münz. n. 1453—1464. Ruzicka p. 138 sq.), Antonini Aug. (Ant. Münz. n. 1535—1563. Ruzicka Num. Z. p. 140; Vjesnik p. 241), Fulviae Plautillae Aug. (Ant. Münzen n. 1626—1636.*

Ruzicka Num. Z. p. 141 sq. Grose l. l. 2, 173 n. 4398), Getae Caesaris (Ant. Münz. n. 1654—1659. Ruzicka p. 142. Macdonald Hunter. Coll. I p. 414, 9. Cesano Annuario di Atene 3, 174), in adversa inscripti ὑπ. Αὐρ. Γάλλου (vel ὑπ. Αὐ. Γάλλου vel ὑπ. Αὐ. Γάλλ. vel ὑπα. Αὐρ. Γάλλου) Νικοπολεϊῶν πρὸς Ἰστρον (vel similiter). Partem adversam nummorum Nicopolitanorum Ant. Münz. n. 1536. 1632 (cf. etiam 1463. Ruzicka p. 142 n. 1635 a) dubitanter descripsit Pick ὑπ. Α. vel Λ. Αὐρ. Γάλλου cet., sed praenomen legati in nummis scriptum fuisse mihi non probabile videtur; immo interpunctionem inter ὑπ et α errore positam esse crediderim.*

In consulatu: L. Aur[elius Gal]lus XIV 4562, 2. Gallus alibi (cf. infra), fasti. — Αὐρή(λιος) Γάλλος t. 1. 2. 4. Αὐρ. Γάλλος t. 3. Αὐρ. Γάλλος vel Αὐ. Γάλλος nummi.

Filius videtur L. Aurelii Galli consulis a. 174. Consul ordinarius a. 198 cum P. Martio Saturnino XIV 4562, 2, v. supra; itaque supplementum t. Ciliciensis IGR 3, 848 propositum ab editoribus [ἐπι] ὑπά[των ... Γά]λλο[υ κ]αὶ Οὐ [Σατορνείνου] corrigendum est, item refellitur coniectura Sa[llus]t[ium?] Verginium Ga[llum] cos., qui Antonino Caesari a. 197/198 posuit t. urbanum VI 36936, consulem ordinarium anni 198 fuisse. — Hic fortasse Aurelius G. . . . , qui memoratur ut curator aedium sacrarum vel operum publicorum in fragmento t. urbani VI 31133. — Legatus Aug. pro pr. consularis (provinciae Moesiae inferioris) Severo et Antonino regnantibus t. 1—4, nummi, intra a. 202—205 cusi, id quod inde colligitur, quod in nummis comparet Fulvia Plautilla (perperam Severus dicitur in t. 1, cf. t. 4, Βρεταν(ν)ικὸς . . . αὐτοκράτωρ τὸ ἰ, cf. M. Britschkoff Ath. Mitt. l. l. p. 118). — Parentela cum his Aureliis Gallis coniunctus fuisse videtur L. Iunius L. f. Gal(eria) Aurelius Neratius Gallus Fulvius Macer VI 1433.

Gr.

1518 AVRELIVS GERMA[N....], c(larissimus) p(uer?) III 8913 t. Salonitanus mutilus semel descriptus. Cf. VI 31951 = Diehl ILChr 291 Aur. Germanus v(ir) p(erfectissimus), christianus.

Gr.

1519 AVRELIVS GORDIANVS, consul die III non. Febr. a. 275 vita Aureliani 41, 3 in actis senatus fictis.

Gr.

— (AVRELIVS) HADRIANVS v. HADRIANVS.

1520 Aurelius Helix (sic Dio, Helix Philostr.), athleta Phoenix Philostr. gymn. 46 p. 174 J. Olympiae ἀνὴρ ἐκ παίδων lucta vicit, sed ne iterum lucta simul et pancratio certaret ab Eleis prohibitus Dio-Xiph. 79, 10, 2 (= Cramer Anecd. Paris. 2, 155, nisi quod sub Severo id factum esse traditur). Philostr. heroic. p. 147 K., sub Elagabalo (a. 219) Romae certamine Capitolino bis vicit Dio l. l., cf. Jüthner Philostratus über Gymnastik 87 sq. 284; de tempore accuratius disseruit Münscher Philol. Suppl. 10, 497 sq. Diversus ab eo Aur. Eutyches cognomento Helix, athleta christianus, civis et buleuta Eumeneticorum Phrygiae, qui

- heroum sibi et Marcellae uxori et liberis posuit *titulus Eumeniae rep. Ramsay Cities and Bishoprics 522, 364, iam plenius lectus, cf. Class. Rev. 1926, 147.* St.
- 1521 **Aurelius Heraclides**, vir egregius, epistrategus (Heptanomia a. 280/1), *P. Theod. 15 (melius lecta a Victore Martin P. Arch. 6, 218). Idem fortasse ὁ κρᾶτιστος [ἐπιστράτηγος] circa annum 280 P. Ryl. 2, 114, 35 sq., idemque esse potest M. Aurelius Hera... , proc. Augustorum, praeses provinciae Mauretaniae Caesariensis tituli Caesarienses Bull. tr. hist. 1927, 41.* St.
- 1522 **M. Aurelius He[r]a[clides?]** (HIAN *traditur casu quarto*), primipilus legionis VII geminae, tribunus cohortium, procurator *t. Coptites Ann. serv. Eg. 11, 211 = Preisigke SB 5731.* St.
- 1523 **Aurelius Herapio**, vir egregius, epistrategus (Heptanomia) a. 212 *ut videtur, P. Oxy. 1, 70.* St.
- 1524 Aurelius Herculanus, vir egregius, ducenarius, pater Ulpiae Aureliae Valeriae, *gener ut videtur Ulpii Valerii Aureliani et Titinae Mansuetae t. Tomitanus III 6155.* St.
- 1525 Aurelius Hermes, perfectissimae memoriae vir, pater M. Aurelii Hermodenis *t. Ostiensis XIV 5340.* St.
- 1526 (Aurelius) Hermioneus, filius (Aurelii) Carpi *VI 727.* St.
- 1527 AVRELIVS HERMOGENES, proconsul [Asiae] *per initia ut videtur imperii Diocletiani III 7069; praefectus urbi a. 309/310 chronogr. a. 354 p. 67 M.; fortasse ex posteris L. Iulii Aurelii Hermogenis, qui memoratur in t. urbano aetatis Elagabali VI 31776 = D. 1329.* Gr.
- 1528 **M. Aurelius Hermogenes**, vir egregius, filius Aurelii Hermetis perfectissimae memoriae viri, gener Fl(avi) Prisci perfectissimi viri, tribunus legionis XXX Ulpiae, praefectus alae primae Thracum, procurator a studiis Augusti nostri ad sestertium sexagena, provectus ad sestertium centum; patronus coloniae Ostiensium *t. Ostiensis XIV 5340 (cf. 4523). Pater videtur (vel avus) eius qui praecedit.* St.
- L. Iul. Aur. [He]rmogenes.
- 1529 **Aurelius Hermophilus**, procurator Augusti *t. Ephesius Wood, Discoveries at Ephesus, inscriptions from the site of the temple of Diana n. 1.* St.
- 1530 [Aureliu]s Honoratus, vir egregius, procurator Augusti *t. Gerasenus III 14157¹ (= 6034). Uxor Aur(elia) Iul(ia) Heraclia, filius Aur. Bonon.....* St.
- 1531 **Aurelius Hymen[ae]us**, vir egregius, procurator Augustorum (*divorum fratrum puto*) honoratus publice Megaris *IG 7, 92.* St.
- 1532 **Aurelius Ianuarius**, vir egregius imperantibus Valeriano et Gallieno, praeses *ni fallor provinciae Alpium maritimarum t. Cemenelensis V 7879 = D. 551. Cf. M. Aur. Zeno Ianuarius.* St.

- 1533 **Aurelius Iaso**, epistrategus Aegypti inferioris a. 181 *Ditt. Or. Gr.* 708 t. *Xoites*. St.
- 1534 **M. Aurelius Inventus**, Augusti libertus, procurator diocoesis (sic) Leptitanae t. *Sufetulae rep. Cagnat-Merlin Inscr. d'Afr.* 135 = D. 9026. St.
- 1535 **Aurelius Isidorus**, amicus Aemili Sullectini (n. 408) t. *Thessalonicensis ed. in ephemeride Ἀλήθεια d. 7. Oct. a. 1906*. St.
- 1536 **Aurelius Italicus**, vir egregius, procurator usiacus vice archiereos Aegypti (ὁ κράτιστος ἐπίτροπος τῶν οὐσιακῶν διαδεχόμενος τὴν ἀρχιερωσύνην) a. 215 *BGU 362* (= *Wilcken Chrest.* 96) 5, 9; 7, 25. St.
- 1537 **M. Aurelius Iulianus**. *Tituli XIV 2463* (= *VI 1596*) (1). *V 4323* = D. 1333 (2) *Brixianus publice ei positus; commemoratur in fistula aquaria XV 7403* (3). *Tria nomina t. 1. 3. Aurelius Iulianus t. 2. — A rationibus et a memoria t. 1, a memoria t. 3. Praefectus praetorio, eminentissimus vir t. 2. Patronus Brixianorum t. 2. Socer Sex. Pedii Iusti t. 1.* St.
- 1538 **IMP. CAESAR M. AVRELIVS IVLIANVS SABINVS AVG.** *Nummos* (*Eckhel* 7, 521. *Cohen* 6², 410 sq.) *cusos esse Sisciae temporibus Carini ostendit Voetter Num. Ztschr.* 1899, 18—21.
 Imp. Caesar M. Aurelius Iulianus pius felix Augustus *nummi*; Sabinus Iulianus *epit. de Caes.* 38, 6. *Polem. Silv.* 521 *M. Zos.* 1, 73 (= *Ioann. Antioch. exc. de insid.* 3, 112 sq., 71); Iulianus *Vict. Caes.* 39, 10. Corrector Venetiae (et Histriae) *Vict.*; praefectus praetorio (τὴν ὑπαρχὸν ἀρχὴν ἔχων) Carini *Zos.* (*vix recte*). In Italia purpuram sumpsit a. 283 vel 284 *Zos.*, Cari morte nuntiata *Vict.*; sub Numeriano *Polem. Silv.* (*minus accurate*). A Carino, qui contra Diocletianum profectus erat, victus et interfectus est *Vict. Zos.*, in Campis Veronensibus *epit. Pannonias ei paruisse docent nummi in aversa inscripti Pannoniae Aug.* St.
- 1539 **Aurelius Iulius**, vir perfectissimus, agens vices praesidis (provinciae Baeticae) *tituli Italicenses II 1115* (= D. 593) dedicatus imperatori Floriano, 1116 Probo. St.
- 1540 **M. AVRELIVS IVLIVS** (*potius quam Iulus; Marci Aureli Iuli t.*), vir clarissimus, augur, praeses provinciae (Dalmatiae) *III 1938* = 8568 = D. 3710 t. *Salonitanus* Fortunae conservatrici pro eius salute a notario quodam dedicatus. *Provinciae praefuit vix ante Diocletianum. Eundem esse Maurelium praesidem Dalmatiae sub Diocletiano ut videtur, qui nominatur in actis Domnii primi Salonitanorum episcopi (AA. SS. 11 April. II p. 7 sq.) et in martyrologio Usuardi monaci (Migne Lat. 124, 383 sq.) post Cavedonium suspicatus est Bulic Bull. Dalm. 37, 118 sq. At neque acta illa videntur sincera et in martyrologio editores nonnulli pro iubente Aurelio interemptus est legerunt iubente Aurelio imperatore vel Aureliano imperatore interemptus est.* Gr.

— L. Baebius Aurelius Iuncinus.

- 1541 Aurelius Iustus, filius Aureli Felicis, a tribus militiis, (procurator) sexagenarius alimentorum (τροφῶν) t. eius sepulchralis urbanus IG 14, 1480 = D. 8854. St.
- 1542 Aurelius Larichus, ὁ κρᾶτιστος, maritus Ulpiae Philae t. Xanthius TAM 2, 300 = IGR 3, 619. St.
- 1543 L. Aurel. Lupus posuit t. Dalmaticum (mutilum) III 14219⁶: L. Aurel. Lupus cos. d. d., at recte puto monet editor: ante cos. debuit fortasse esse b(eneficiarius). Gr.
- 1544 M. Aurelius Lydius, procurator Augustorum t. Attudensis positus ei publice Journ. Hell. Stud. 17, 399 = IGR 4, 843. St.
- 1545 M. Aur(elius) Magas, Magantis filius, civis Bubonius Lyciae, propinquus senatorum et consularium, vixit annos duodeviginti t. Bubonius Denkschr. Wien. Ak. 45, 1 (1897), 40, 56 = IGR 3, 463. St.
- 1546 AVR. MARCELLINVS, vir perfectissimus, dux ducenarius (nisi forte errore in titulo duc. iterum inscriptum est), a. 265 in muros Veronensium fabricandos institit V 3329 = D. 544. Idem fortasse Marcellinus, qui praefectus Mesopotamiae et dioecetes Orientis sub Aureliano a. 273 imperium a Palmyrenis sibi oblatum recusavit Zos. 1, 60; a quo non diversus videtur esse Marcellinus, consul ordinarius a. 275 fasti. St.
- AVRELIVS MARCIANVS v. supra sub Aelio Marciano n. 214.
- 1547 Aur. Marcianus, ὁ κρᾶτιστος t. Thracius IGR 1,7 80. Uxor Aurelia Valeria. St.
- 1548 Au[r.] Marcianus, ὁ τῆς τάξεως ἐπίτροπος, procurator ut videtur regionis, t. Lydius Denkschr. Wien. Ak. 57, 1 (1914), p. 37 sq., n. 55. St.
- 1549 Aur. Marcianus, vir perfectissimus, praeses provinciae Del(matiae) a. 277 t. Salomitanus III 8707. St.
- 1550 L. Aur. Marcianus, vir perfectissimus, ducenarius (procurator) honoratus publice Termessi Lanckoroński Villes de Pamphylie et de Pisidie 2 n. 106 = IGR 3, 436 = TAM 3, 88. St.
- 1551 M. Aurelius Marcio, Augusti libertus (sic III 348 = D. 1477 t. Tricomiae rep. (1). Aurelius Marcio t. Prymnessius Rostowzew Staatspacht 453, 258 = IGR 4, 676 (2). Bull. hell. 17, 283, 85 = IGR 4, 704 t. Synnadensis (3)), procurator marmorum, procurator provinciae Britanniae, procurator summi choragi, procurator provinciae Phrygiae t. 1 procurator Augustorum t. 2. 3; cf. Hirschfeld K. V. ² 381, 4. Uxor Ael. Maximilla t. 2. Nescio an idem sit Marcio Augustorum libertus et procurator VI 648 = D. 3535. St.
- 1552 Aur. Marcus, vir egregius, vices agens praesidis sc. procurator Daciae Apulensis vice legati Daciarum sub Maximino (quo tempore etiam Q. Axius Aelianus provinciam pro legato administravit bis) vel Philippis (cum

- nomina duorum imperatorum erasa sint*), *t. Apulensis Karlsburger Jahrbuch* 1903, 137. St.
- 1553 Aur. Marcus, vir perfectissimus *t. sepulchralis Tergestinus Atti del museo di Trieste* 1911, 66. *Diversus videtur Aurelius Marcus, vir perfectissimus, praeses provinciae Sardiniae inter a. 293 et 305 Eph. ep. 8 p. 192 n. 777. 778 (et 187, 760?)*. St.
- 1554 **M. Aurelius Marinus**, vir perfectissimus (agens vices praesidis provinciae Norici) *t. Lauriacensis Röm. Limes in Österr.* 11, 151, 43. St.
- 1555 IMP. CAESAR M. AVRELIVS MARIUS AVG. *Plena nomina nummi ap. J. de Witte Recherches sur les empereurs ... dans les Gaules (1868) p. 121 sqq. tab. 31. Cohen 6², 87—89. Eckhel 7, 454 sq. Marius apud scriptores. Postumo occiso Marius faber ferrarius purpuram sumpsit Eutrop. 9, 9, 2. Vict. Caes. 33, 9. Pol. Silv. 521 M. Ioann. Antioch. exc. de insid. 110, 61 de Boor. (Post Victorinum eum imperatorem factum esse traditur vit. tyr. trig. 5, 3; 8, 1; 31, 2).*
- Interfectus est post biduum *Vict. Caes. 33, 12; secundo die Eutrop. l. c. Ioann. Antioch. l. c.; tertia die tyr. trig. 8, 1. 2; diutius eum regnasse ex tanta multitudine nummorum Eckhel recte sine dubio conclusit, fortasse tertio die post mortem Postumi Marius interemptus est, cf. Domaszewski Germ. 2, 112. Jullian Hist. de la Gaule 4, 584, 6.* St.
- 1556 **M. Aurelius Masculus**. *Titulus ei positus Cemenelensis V 7881 = D. 1367(1). Commemoratur in t. Ostiensi Eph. ep. 7, 1210 = D. 2159(2). Tria nomina t. 1; Aurelius Masculus t. 2. Anno 239 tribunus cohortis VI vigilum praepositus vexillationi t. 2. Vir egregius, praeses (Alpium Maritimarum) t. 1.* St.
- 1557 (Aurelius) Memor, Aureli Canarthaë (*ubi vide*) principis gentium Baquatium filius, annos natus sedecim defunctus VI 1800 = D. 855. St.
- 1558 Aurelius Merithates, Pacori regis Armeniae maioris frater, vixit annos LVI *t. urbanus IG 14, 1472 = Ditt. Or. Gr. 382.* St.
- 1559 **M. Aurelius Mindius Matidianus Pollio**. *Tituli Halicarnassius D. 8858 = Ditt. Or. Gr. 525 (1), Ephesius Jahresh. 23 B. 269 sq. = SEG 4, 520 (2). Eiusdem esse t. item Ephesios mutilos Forsch. Ephes. 3, 141, 56 (3) et CIG 2980 (4) agnovit J. Keil Jahresh. l. l.*
- M. Aureli. Mindius Matidianus Pollio *t. 2; M. Aur. Mindi. Matidianus Polli. t. 1. Promagister quadragesimae portuum Asiae (ἀρχώνης τεσσαρακοστῆς λιμένων Ἀσίας) t. 1. 2, cf. 3 v. 11 per triginta annos, eodem tempore logistes Nicomediae et Nicaeae et Prusae t. 2. Arabarches Aegypti t. 2. Asiarcha templorum Ephesiorum per quinque deinceps dies t. 1. 2, agonotheta certaminum magnorum Ephesiorum t. 2. 3, Bithyniarches ter t. 2 (iterum t. 1), praefectus (t. 2 inusitate dicitur ἐπίτροπος = procurator) vehiculorum honoratus ab imperatore Com-*

- modo salario ducenario, procurator patrimoni ducenarius, procurator ad dioecesin Aegypti ducenarius, rationalis ducenarius, procurator Augusti vicesimae hereditatum Romae ducenarius *t. 2. 3. 4*, vir egregius *t. 2. [4.]*. *St.*
- 1560 **Aurelius Mucianus**, vir perfectissimus, praeses provinciae Raetiae *dedicavit tit. Augustae Vindelicum III 5785 = Vollmer IBR 95. St.*
— Tiberius Claudius Aurelius Mucianus Apollonius Beronicianus.
- 1561 **Aurelius Nemesianus** (*sic Dio, cognomen solum vita Carac.*), frater Aurelii Apollinaris, tribunus praetorianorum a. 217 particeps coniurationis in Caracallam factae *v. Carac. 6, 7. Dio 78, 5, 2. St.*
- 1562 **M. Aurelius Nemesianus** (*signo?*) Olympius. **M. Aurelius Nemesianus** *inscr. libri cyneg.*, Carthaginiensis *ib. et inscr. ecl.*, scripsit cynegetica temporibus Carini et Numeriani post mortem Cari (*v. 63sqq.*) anno igitur 283 vel 284. *Idem* Olympius Nemesianus quocum Numerianus contendit, scripsit halieutica, cynegetica, nautica (?) *vita Cari 11, 2. Olympius schol. Stat. Theb. 2, 58 (traditur Olympus); 5, 389. Eclogae eius quattuor traduntur una cum Calpurnii eclogis, cf. Schanz 3³, 30—34. Teuffel-Kroll 3⁶ § 386. Haud scio an aliqua ratione cum eo coniunctus Fl. Nemesius Olympius, vir clarissimus sub Constantio (II) III 12126. St.*
— **L. IVNIVS AVRELIVS NERATIVS GALLVS FVLVIIVS MACER.**
- 1563 **AVR(ELIVS) NICANDER**, ὁ λαμπρό(τατος), Aureliae Cyrillae nepti *t. sepulcralem posuit IG 14, 1487 = IGR 1, 228 urbanum. Gr.*
- 1564 **IMP. CAESAR M. AVRELIVS NVMERIVS NVMERIANVS AVG.** *Nummi Eckhel 7, 511—513. Cohen 6², 366—382. 404, cf. Numism. Ztschr. 23, 86; 31, 7 sq. Pridik Hirschfeld-Festschr. (1903) 299—302.; Alexandrini ap. Vogt Alex. Münzen 1, 220—222; 2, 166 sq. Plena nomina exhibet t. Mutinensis XI 827 = D. 603 (fortasse et miliaris Numidicus VIII 10 283); M. Numerius Numerianus II 4793. 4909. XII 5672 = D. 604; ceterum in titulis nummis papyris M. Aurelius Numerianus; apud scriptores Numerianus.*
Filius Cari natu minor vita Cari 10. Vict. Caes. 38, 2. A patre imperium adepto Caesar nuncupatus est vita 7. 10. Vict. Caes. 38, 1. Eutr. 9, 18, 1; 19, 2. Epit. 38, 2, confestim epit. Vict.; posterior quam Carinus vita 10, vix recte; videtur auctor errare ideo quod post Carinum, post mortem videlicet patris demum, Augustus dictus est.
Nobilissimus Caesar in titulis nummisque, adiecto nonnumquam minus accurate nomine Augusti II 4793. VIII 5332 (17486) = D. 606. Titulus Thespius Bull. hell. 50, 97. P. Oxy. 1, 55 = Wilcken Chrest. 196. P. Cornell 12. Princeps iuventutis IX 2445 (= D. 602). XII 5672. VIII 5332. Cohen n. 65—81. Imp. Caesar M. Aurelius Numerianus nobilissimus Caesar Cohen n. 111. 114. 115.
Carum ad bellum Persicum proficiscentem comitatus est vita 7, 1;

12, 1. *Eutr.* 9, 18, 2. *Zonar.* 12, 30. Patre mortuo cum Carino fratre imperium tenuit, *inde appellatus* Imp. Caesar M. Aurelius Numerianus pius felix invictus Augustus *plus minus plene in titulis nummisque*, Germanicus maximus, Britannicus maximus, Persicus maximus XIV 126 (= D. 608). [127]. Consul. a. 284 cum Carino (VI 36954 = D. 726) *fasti.* (Consul designatus[?] VIII 10283).

Exercitum cum amisso patre reduceret, insidiis Apri praefec tipraetorio soceri sui occisus est *vita* 12. 13. *Eutrop.* 9, 18, 2; 20, 1. (*Euseb.-*) *Hieronym. chron.* p. 225 a. c H. *Syncell.* 724 sq. *Epit.* 38, 4. *Vict. Caes.* 38, 6. *Zos.* 1, 73, 1. *Zonar.* 12, 30, 31.

Imperavit dies triginta post mortem Cari *Syncell.* 724 *perperam, nam Carus (vide sub eo) certe ante diem 15 Sept. 283 defunctus est, Numerianus a. 284 consulatum inivit, die 27 Maii 284 consul etiamtum fuit VI 36954 = D. 726; at usque ad mensem Septembrem a. 284 certe vixit, quoniam nummi extant Alexandrini cusi anno tertio. Diocletianum imperatorem consalutatum esse die 17 Sept. (vel potius Nov., cf. P. Arch. 7, 49) Chalcedone refert chron. Pasch. 510.* St.

1565 M. Aur(elius) Orestianus [I]renaeus, ὁ κράτιστος, maritus Fla(viae) Eupraximus τῆς κρατίστης *Bull. hell.* 50, 435 t. *Thespiensis.* St.

1566 Aurelius Pacorus (*sic t. urbanus IG 14, 1472 = Ditt. Or. Gr. 382, ceterum Pacorus*), rex Armeniae maioris *ib.*; rex Armeniae Asin. *Quadr. FGrHist* 97 F 9. Bello Parthico a L. Vero regno privatus *Fronto ad Ver.* 2, 1 p. 127 N. (2, 144 Haines). *Postea Romae videtur fuisse, nam qui Aur. Merithati fratri sepulcrum condidit (tit.) idem existimandus est, quamquam aliter sentit Mommsen RG 5, 404.* St.

— Q. AVRELIVS PACTVMEIVS CLEMENS v. sub *Pactumeio*.

— Q. AVRELIVS PACTVMEIVS FRONTO v. sub *Pactumeio*.

1567 M. Aurelius Papirius Dionysius honoratus titulo urbano IG 14, 1072 = IGR 1, 135 (1) *idemque procul dubio ab Antiatibus X 6662 = D. 1455 titulo iam acephalo (2). Tit. Sagalassensis Lanckoroński Städte Pamphlyiens u. Pisid. 2, n. 207 (3). Commemoratur P. Oxy. 8, 1110.*

M. Aurelius Papirius Dionysius t. 1. 3. Papirius Dionysius *Dio exc.* 72, 13, 2. *Aurel. . . . pap.*

Iurisperitus, adsumptus in consilium ad sestertium sexagena milia, sacerdos confarreationum et diffarreationum, consiliarius Augusti centenarius t. 2 (σύμβουλος τοῦ Σεβαστοῦ t. 1), praefectus vehiculorum a copiis Augusti per viam Flaminiam ducenarius t. 1. 2. A libellis et a cognitionibus [Commodi] pii felicitis Augusti t. 1. [2]. Praefectus Aegypti t. 1. *pap.*, a. 188 *pap.*, ὁ κράτιστος καὶ ἐνδοξότατος t. 2. [*pap.*]; ὁ λαμπρότατος ἡγεμὼν a. 188 (*nomine non posito*) *P. Hamb.* 81.

Praefectus annonae t. 1. *Dio* 72, 13, 2; 14, 3. Inopiam frumenti consulto auxit, ut in Cleandrum populi invidiam inclinaret, paulo post Commodi

- iussu interfectus est a. 189 *ib.* 72, 14, 3. *Ad eum sine dubio spectat Aelian. ap. Suid.* s. ἐλοιδόρησε E 916 *Adler*: ὁ δὲ Κλέανδρος ἐλοιδόρησε τὸν ὕπατον τῆς ἐν Αἰγύπτου ἀρχῆς κωμωδῶν, καὶ παραλύει αὐτὸν τῆς ἀρχῆς οὐδὲν ἀδικοῦντα. *Summotus igitur a praefectura Aegypti Cleandro auctore ad munus inferius praefecturae annonae redactus est, quae causa ei fuit odii in Cleandrum.*
- Eidem videtur dedicavisse Hero Alexandrinus sive qui alius scripsit librum cui inscribitur 'definitiones' ('Οροι) ed. Heib. 4, 14, 3 Διονύσιε λαμπρότατε, vide quae de ea re disputavi Herm. 49, 154—156. Ex eadem familia videtur esse is qui sequitur.* *St.*
- 1568 M. Aurelius Papirius Socrates, M. f., vir perfectissimus, pater senatoris IV 1357. *Parentela coniunctus videtur cum eo, qui praecedit. Idem vel, quod magis crediderim, pater eius Papirius Socrates, vir egregius, frater Papirii Spori primipilaris, tribuni cohortis I urbanae Antoninianaе (sub Caracalla vel Elagabalo) VI 2861 (cf. 32717. 37886 et p. 3841). 23759 = Not. d. sc. 1907, 429. Röm. Mitt. 1909, 129.* *St.*
- 1569 L. Aurelius Patroclus. *Miliarii Sardiniae Eph. ep. 8, 744 (1). Not. d. sc. 1892, 289 (2). L. Aurelius . . tr. eius vel . . tr. clus t. 1. . . ius Patroclus t. 2. Praefectus Sardiniae a. 46 t. 1. 2.* *St.*
- **Septimius Aurelius Paulinus.**
- 1570 Aur(elius) Petrus, praeses (provinciae Arabiae) a. 173 aerae Bostrenae i. e. a. 278/279 p. C., memoratur in t. Bostreno CIG 4649 = IGR 3, 1324, melius Princeton Univ. Syria 3 A 4, 239, 546: ἐκ προνοίας Αὐρ. Πέτρου τοῦ δια[σημ.] ἡγεμ(όνος) *cet. Incertum utrum legatus Aug. pr. pr. fuerit an praeses dignitatis equestris.* *Gr.*
- 1571 AVR(ELIVS) PHI[LIPPVS?] *nominatur in titulo acephalo Ephesio (adhuc inedito) viri cuiusdam, qui dicitur θεῖος Αὐρ. Φι. . . . συνκλητικῶν. Aetas eius definitur mentione Fl(avii) [Lucii Hi]eracis, quem ediderunt Keil et Premerstein Denkschr. Akad. Wien 57, 1, 86, 116 (cf. Keil Forsch. Eph. 3, 145).* *Gr.*
- 1572 Aurelius Philippus, litterator Severi Alexandri, libertus patris (*sc. Caracallae?*), qui vitam eius postea in litteras misit *vita Alex. 3, 2 (narratio vix sinceræ fidei).* *St.*
- 1573 M. Aurelius Philippus, Augusti libertus, procurator (patrimoni *ut videtur*) Asiae t. *Veliternus X 6571.* *St.*
- 1574 M. Aurelius Philippus, filius M. Aureli Cassiani t. *Thessalonicensis III 13 704 = D. 9009.* *St.*
- Aurelius Philoxenus, v. Antonius Philoxenus.
- Aur(elius) Phoebus, v. Aur. Ael(ius) Phoebus.
- 1575 AVRELIVS PIVS (Pius Aurelius Tac.), senator, a. 15 questus mole publicae viae ductuque aquarum labefactas aedis suas auxilium patrum invocabat;

- resistentibus aerarii praetoribus subvenit Caesar pretiumque aedium Aurelio tribuit *Tac. a. 1, 75.* Gr.
- 1576 M. Aurelius Plutio. *CP Herm 5 (1). 53 (= Wilcken Chrest. 39) (2). 59 (= ib. 151 = Wessely Text. Gr. 1, 64) (3). 77 + 78, cf. Wilcken P. Arch. 3, 544 sq. (4). 106 (5). 119 verso 3 (= Wilcken Chrest. 158) (6). 124 + 125 (= Wilcken Chrest. 40), cf. Preisigke Ber. L. 416 (7).*
*Tria nomina p. 4; Aurelius Plutio p. 3. 6. 7, ceterum Plutio. Filius Aur. Epimachi p. 4. Origine Hermopolitanus p. 7. Vir egregius (ὁ κράτιστος) p. 2. 3. 4. 7, ducenarius p. 2. 4. 5., ἀπὸ Μουσειῶν p. 2. 3. 7, anno 267 p. 2. 3. 6. Alius videtur Plutio ὁ διασημώτατος (= vir perfectissimus) a. 290 *PSI 5, 461.* St.*
- 1577 Aureli(us) Plutogenes, procurator in Aegypto a. 188, *BGU 926.* St.
- 1578 AV[R(ELIVS)] POLEMO, συγκλητικός, maritus Claudiae Tlepolemidis Claudii Iuliani filiae *IGR 4, 910 t. Cibyriticus uxori positus. [A]nt(onium) Iulianus συγκλητικός, filius eiusdem Tlepolemidis, utrum a Polemone genitus an ex priore matris matrimonio ortus sit, non liquet. Tertio saec. ineunte fuisse videtur.* Gr.
- 1579 AVR(ELIVS) PONTIVS NICIAS, ὁ κρά(τιστος) συνκλητικός, Aurelio Attinae titulum posuit *Thessalonicensem (cf. n. 1462).* Gr.
- 1580 L. AVRELIVS PRISCVS, consul (suffectus) d. 20 m. Iunii a. 67 cum L. Iulio Rufo tituli tres *Fundani* a L. Domitio Phaone positi *ad verbum inter se consentientes Ausonia 6, 73 sq. = Ann. ép. 1914, 219; in locum Fontei Capitonis consulis ordinarii videtur suffectus esse.* Gr.
- 1581 M. Aur(elius) Priscus, primus pilus, vir egregius *t. Arelatensis Compt. rend. 1910, 106 = D. 9074 = Espérandieu ILG 107.* St.
- 1582 Aurelius Probus, baphiis praepositus *vita Sev. Alex. 40, 6 (suspectae fidei).* St.
- 1583 IMP. CAESAR M. AVRELIVS PROBUS AVG. *Plena nomina exhibent tituli nummi papyri; Aurelius Valerius Probus vita 11, 5 nescio an recte, cf. Imp. Caes. M. Aurelius Valerius Claudius et vita 3, 3; Aurelius Probus ib. 6, 2; Equitius Probus epit. de Caes. 36, 2 (nomina fuisse possunt M. Aurelius Probus signo Equitius; id signum vel potius Aequitius vide num in nummis Probi vocabulum Equiti vel Aequit. exhibentibus significetur, cf. Kubitschek Num. Ztschr. 1915, 159—164); ceterum Probus. (Aelius Probus Malal. 12, 302).*
 Oriundus ex oppido Sirmio *vita 3, 1; 21, 2. Vict. Caes. 37, 4, nobiliore matre quam patre vita 3, 1, pater nomine Maximus fuit, tribunatum adeptus apud Aegyptum vita functus est uxore ac filio et filia (Claudia ib. 3, 4) derelictis ib. 3, 2; contra genitus patre agresti hortorum studioso Dalmatio nomine epit. de Caes. 37, 1. Multi dicunt Probum Claudi propinquum fuisse vita 3, 3. Natus d. 19 mens. Aug.*

(I² p. 255. 270) a. 232 (*chron. Pasch.* 509. *Malal. l. c.*). *Quae de muneribus militaribus eius et de rebus ab eo gestis enarrantur in epistulis fictis vita 4—8, fidei sunt nullius.* (Pugnavit contra Marmaridas in Africa fortissime eosdemque vicit *vita 9, 1, cf. 12, 3, id quod confirmatur titulo Cyrenaico Notiz. archeol. 2, 181 = Ann. ép. 1919, 94* Imperator Claudius ὄπλοις ἀναστίλας τὴν πολυχρονίων Μαρμαριτῶν θρασύτητα Κλαυδιόπολιν ἐπώνυμον ἑαυτοῦ ἐκ νέας ἰδρύσατο ἡγουμένου τὸν πόλεμον καὶ κτίζοντος Πρόβου τοῦ διατάκτου Αἰγύπ[του]. *Sed biographus hunc Probum eundem sine dubio ac Probum — vita Claud. 11, 2* Probatus —, qui contra Zenobiae duces pugnans cecidit *Zos. 1, 44, 2. Syncell. 721. Zonar. 12, 27, cum imperatore confundit. Neque igitur fides tribuenda videtur iis quae praeterea narrat biographus vita 9, imperatorem Probum ex Libya Carthaginem transiisse eandemque a rebellionibus vindicasse, pugnasse contra Aradionem in Africa eumque vicisse, Aegyptum et orientis maximam partem in Aureliani potestatem redegetisse.) Dum Florianus imperium tenet, Probus in oriente a militibus Augustus electus per Syrias et Aegyptum agnitus est *Zos. 1, 64, 1 (= Zonar. 12, 29)*; Probus in Illyrico factus (imperator) *Vict. Caes. 37, 2.* Floriano apud Tarsum a suis militibus occiso Probus (*aestate fere 276*) solus imperium adeptus est *Zos. 1, 64. Vita 10, 1. 8; 13, 4; Tac. 14, 2. Vict. l. c. Euseb.-Hieronym. chron. p. 223 e H.; Syncell. 722, cf. epit. de Caes. 36, 2. Ioann. Antioch. exc. de insid. 68 p. 112 de Boor. Malal. l. c.* Tribunicia potestate I a. 276, II a. 277 (*vel 10 Dec. 276/277*), VII a. 282. Consul I a. 277, II a. 278, III a. 279, IV a. 281, V a. 282 *fasti.* Gothicus maximus *II 3738. XI 1178b (= D. 597. 594). XII 5467. Ann. ép. 1923, 102* (nobilissimus Caesar). *Mitt. Erz. Rain. 2/3, p. 29. P. Lond. 3, 176 sq., 1243 (cf. P. Arch. 4, 553). P. Oxy. 10, 1256; 12, 1562; 14, 1631. 1638. 1694. 1713. PSI 7, 807. Germanicus maximus VIII 11931. II 3738. XII 5472. Ann. ép. 1923, 102. P. Amh. 2, 106. P. Lond. l. c. Mitt. Erz. Rain. l. c. P. Oxy. 1256. 1694. 1713. PSI l. c. Parthicus P. Amh. l. c. P. Oxy. 1256. Persicus P. Oxy. 1562. 1631. 1638. 1694. 1713. PSI l. c. (? Sarmaticus vita 11, 9 in SC^{to} ficto, cf. P. Arch. l. c.)**

Interfectus Sirmii tumultu militari *vita 20. 21. Eutr. 9, 17, 3. Hieronym. chron. p. 224 b H. Epit. de Caes. 37, 4. Vict. Caes. 37, 4. Chronogr. a. 354 p. 148 M. Zos. 1, 71, 5. Zonar. l. c., cf. Petr. Patr. exc. de sent. 269, 179 B.* Imperavit annos VI menses II dies *XII chronogr.*; septem annos non integros *Iulian. Caes. p. 403 H.*; annos sex menses quattuor *Euseb. (Hieronym. l. c. 223; arm. 227 K.; Syncell. 722). Ioann. Antioch. exc. de insid. 112, 70. Nicephor. p. 95; annos sex menses tres Cassiod. Chron. min. 2, 148 sq. M., errore ut videtur librari; sex annos epit. 37, 1. Euseb. h. e. 7, 30, 22. chron. Pasch. l. c.; paulo cis sextum annum Vict. Caes. 37, 4. Zonar.; annos quinque vita 21, 3; 22, 2. Cum nummi eius extent*

- Alexandrini octavum annum exhibentes, post mensem Augustum a. 282 Probum mortuum esse vel mortem eius in Aegypto nondum innotuisse constat. Aliquanto igitur plus quam sex annos imperavit.* St.
- 1584 M. Aurelius Processanus, vir egregius, ex centurione cohortis sextae praetoriae, protector ducenarius t. *Mutinensis XI 837 = D. 2778*; uxor Bononia Metrodora. St.
- 1585 Aurelius Proculus, ὁ διασημότατος ἡγεμών = vir perfectissimus, praeses (totius Aegypti vel, si quarto demum saeculo tribuendus sit, provinciae Herculiae) P. Rein. 51. St.
- 1586 AVRELIVS PROCVLVS, proconsul Achaiae Paulus dig. 36, 1, 83 (81). Gr.
- 1587 M. AVRELIVS PROPINQVVS (praenomen XI 7540) tit. Nepesini XI 7540 sepulchralis ei positus a filiis, XI 3204 (= VI 1536) item sepulchralis, quem ipse posuit Veliae Pumidiae Maximillae uxori. Clarissimus vir tituli. IIII potius quam III saec. Gr.
- 1588 M. Aurelius Prosenes, Augustorum libertus, ordinatus ab imp. Commodus in kastrense, procurator vinorum, procurator munerum, procurator patrimonii, procurator thesaurorum, a cubiculo Augusto, obiit anno 217 VI 8498 = D. 1738. Christianus videtur fuisse. Cf. Bang-Friedländer SG 1¹⁰, 51 sq. St.
- 1589 Aurelius Proteas. Papyri Oxy. 8, 1115 (1) cum lectione emendatiore ib. 12 p. 176; 12, 1412 (2). Aurelius P[r]oteas p. 2; Aurelius Pr[o]teas p. 1. Ὁ κράτιστος p. 1 v. 12; p. 2; ὁ διασημότατος p. 1 v. 5, διοικητής = procurator ad dioecesein Alexandriae p. 1. 2 anno 284 p. 1. St.
- 1590 L. Aurelius Pylades, antea Theocritus. Tituli Mediolanensis V 5889 = D. 5195 (1). Genuas V 7753 = D. 5185 (2). Puteolanus Eph. ep. 8, 369 = D. 5186 (3). L. Aurelius Augustorum (Aug. t. 3 L. Veri videlicet vel divorum fratrum) libertus Pylades t. 2. 3. Theocritus Augustorum libertus Pylades t. 1; Pylades ap. auctores.
Discipulus P. Aeli Pyladis t. 2, hieronica t. 2. 3, coronatus quater t. 3, pantomimus temporis sui primus t. 1. 3 (cf. 2), patronus parasitorum Apollinis, sacerdos synhodi t. 3, honoratus in splendidissimis civitatibus Italiae t. 1; honoratus Puteolis decurionum decreto ornamentis decurionalibus (cf. t. 1) et duumviralibus, augur, Commodi temporibus t. 3. Magistro suo (P. Aelio Pylade sine dubio) melior, Apolausto similior Fronto ad Ver. 1, 2, p. 115 N. (1, 304 Haines). Mentionem eius facit Galen. 14, 632. 633. 635. Potest idem esse Pylades saltator, quem ad cenam et talos adhibuit Didius Iulianus a. 193 Dio-Xiph. 73, 13, 1. St.
- 1591 Aur(elius) Quartus, ὁ κράτιστος ἐπίτροπος εἰκοστῆς κληρονομίῳ (= procurator vicesimae hereditatum) inter a. 124 et 217 t. Ephesus Forsch. Ephes. 3, 52. St.
- 1592 T. AVRELIVS QUIETVS, consul (suffectus) a. 82, memoratur in titulo prope Aperlas in Lycia rep. CIG 4300 add. p. 1134, melius IGR 3, 690 (et 1523) =

D. 8796 (1), in t. Termessensi mutilo IGR 3, 1510 = TAM 2, 1, 21 (2), in dipl. mil. III p. 1960 = D. 1995 (3). Plena nomina exhibent t. 1. 3; ... λίου Κυήτ.. t. 2. Aurelius Quietus dig.

T. Aure[lius] pater eius honoratur publice t. 2, ubi Τίτον Αὐρή[λιον...] υἰόν, τὸν π[ατέρα Τίτου Αὐρη]λίου Κυήτ[ου], recte puto restituit Benndorf Wien. Stud. 24, 249.

Legatus Aug. pr. pr. (Lyciae et Pamphyliae) a. 80/81 t. 1. 2: [δικαι]οδό- της. Consul cum M. Larcio Magno Pompeio Silone d. 19 m. Sept. a. 82 t. 3. Hospiti suo medico mandavit, ut in hortis, quos Ravennae habebat, in quos omnibus annis secedere solebat, sphaeristerium et hypocausta et quaedam ipsius valetudini apta sua impensa faceret; de qua re se respondisse ait (Iuventius) Celsus libro septimo digestorum dig. 17, 1, 16. — Parentela fortasse coniunctus cum T. Aurelio Fulvo aequali suo.

Hunc non diversum esse a Quieto proconsule, Plutarchi amico, qui memoratur quaest. conv. 2, 1, 5 p. 632 A, coniecit Benndorf l. l. vix recte; v. supra sub T. Avidio Quieto. Gr.

— L. TI. CLAUDIVS AVRELIVS QVINTIANVS.

- 1593 Aurelius Quirinius (Κυρίνιος), ὁ τοῦ μεγίστου πράγματος προστατεύων (procurator summarum rationum, ut videtur) circa a. 260 Euseb. h. e. 7, 13. St.
- 1594 M. Aurelius R[e]gulus, praefectus classis Ravennatis VI 3150; uxor Aurelia Paulina. St.
- 1595 M. Aur. Rhodopithes [D]raco (vel Dracontis filius), ὁ κράτιστος tit. Rhodius IG 12, 1, 650. St.
- 1596 Aurelius Rogatus, vir egregius t. Caralitanus X 7586; uxor Cassia Sabina, filia Aurelia Rogata. St.
- 1597 L. Aur. Ru[st]icus, vir egregius, ducenarius, amicus L. Domitii [E]rotis t. Dalmaticus III 12721 (= 8361). St.
- 1598 Aurelius Sabinianus, vir egregius, epistrategus (Heptanomia) a. 220/1 P. Grenf. 1, 49 = Wilcken Chrest. 248. Pater videtur eius qui sequitur. St.
- 1599 Aur. Sabinianus, vir egregius, rationalis (Aegypti) (ὁ κράτιστος ἐπὶ τῶν καθ' ὄλου λόγων) t. Alexandrinus Ditt. Or. Gr. 2, 715 = IGR 1, 1071; propter litterarum formas saeculo III labenti tribuendus. Idem videtur Aur. Sabinianus, vir egregius, procurator ducenarius, procurator Dalmatiae, tribunus protec[torum], pater P. Balsamii Sabiniani t. Salonitanus III 8571. St.
- 1600 Aurelius Sabinian[us] Quintianus, cognatus Aureliae Euphemiae t. Byzantius Ath. Mitt. 10, 18. St.
- 1601 C. Aurel. Salvianus, procurator Augusti (aurariorum) tit. Ampelensis

- III 1293. *Diversus Aurelius Salvianus, perfectissimus vir III 12389 = Kalinka Antike Denkm. in Bulgarien 104, 109; III vel IIII saec. St.*
- 1602 AVRELIVS SANCTVS, συνκλητικός, una cum Plotia Agrippina uxore ut videtur Synnadis titulum dedicavit imp. Antonino Severi filio intra a. 198—211 CIG 3882 f, add. p. 1100 = Wadd. 1708 = IGR 4, 699. Gr.
- 1603 M. AVRELIVS SATVRNINVS agnomine Eumelius, ὁ λαμπρότατος, cui Σεπτίμιος Ἐρμῆς θρέψας titulum posuit IG 14, 1477 = IGR 1, 225 urbanum. Idem fortasse M. Aur. Saturninus, qui nominatur in fistulis plumbeis Lorii repertis XV 7777. Gr.
- 1604 M. Aurelius Sebastenus, procurator Augusti (Mauretaniae Tingitanae) a. 217 titulus utrimque inscriptus in arcu Volubili in honorem Caracallae extracto Cagnat-Merlin Inscr. Lat. d'Afr. 608. In alius tituli fragmento Volubilitano imperante Macrino inscripto legitur ...o Sebasten... St. Bull. tr. hist. 1926, p. CCXXIX.
- 1605 M. Aurelius Sebastianus. Titulus haud longe Nicopoli ad Istrum rep. IGR 1, 591 (et 1432) (1). Miliarii Sexantis Pristis positi, alter editus a Georgio Seure Rev. arch. 2 (1915) 184, 139 (2), ineditus alter (3). Tria nomina t. 2. 3. Aur. Sebas. t. 1. Vir perfectissimus t. 1—3, praeses provinciae (Moesiae inferioris) t. 2. [3]; [ὑπ]α[τε]ύων τῆς ἐπα[ρχείας] (= consularis provinciae, quae appellatio illa aetate datur promiscue praesidibus provinciae, non solum proprio sensu ei qui consul fuerat), sub Aureliano t. 1—3. St.
- 1606 M. AVR(ELIVS) SECVNDINVS, quaestor (ὁ κράτιστος ταμίης), honoratur a Claudio Athenaeo amico t. Ephesio Forsch. Ephesos 3, 126, 39. Eiusdem nominis vir, qui nominatur in fistula plumbea urbana imp. Maximini nomine signata XV 7337, non fuit vir clarissimus sed officinator (cf. Dressel l. c.). Gr.
- L. Ael. Aurel. Sep. Abgarus, v. Abgarus.
- L. IVLIVS AVRELIVS SEPTIMIVS VABALLATHVS ATHENODORVS.
- 1607 M. AVRELIVS SERANVS, M. fil. Arnensis, clarissimus vir, quaestor provinciae Cretae, aedilis plebei designatus, civis et patronus (coloniae Iuliae Neapolis Africae proconsularis), statua honoratur in patria VIII 971. Idem fortasse Aurelius Sera... in fistula aquaria prope Romam reperta XV 7700, sed potest hic nominatus fuisse plumbarius. Gr.
- 1608 M. Aurel[ius] Serenus, vir egregius t. Emonensis III 3839. St.
- 1609 Aurelius Severus. Papyri Oxy. 9, 1202 (1). Flor. 3, 382 (= 1, 57) (2). Aurelius Severus p. 1. Severus p. 2. Vir egregius p. 1, partes agens epistrategi Heptanomiaie (διαδεχόμενος τὴν ἐπιστρατηγίαν p. 1, διαδεχόμενος τὸ κατὰ τὴν ἐπιστρατηγίαν τῆς Ἐπτανομίας p. 2), a. 217 vel paullo post p. 1, a. 222 p. 2. Cum a. 220/1 Aurelium Sabinianum epistrategum Heptanomiaie fuisse sciamus, Aurelius Severus bis vice epistrategi septem nomos administrasse videtur, a. 217 et iterum a. 222. St.

1610 IMP. CAESAR M. AVRELIVS SEVERVS ALEXANDER AVG.

Natus est kal. Octobribus I² p. 255. 274, cf. *vita* 63, 4 (eodem die, quo Alexander Magnus defunctus est *vita* 5, 2; 13, 1, *fidei nullius*), de anno scriptores inter se differunt, nam Herod. 5, 3, 3 circa a. 218 δεκάτου ἔτους ἐπιβεβηκώς, 5, 7, 4 a. 221 τοῦ δωδεκάτου ἐπιβαίνοντα, id quod ad a. 208 vel 209 ducit, contra biographus 60, 1 vixisse eum annis XXVIII mensibus III diebus VII dicit (*chron. Pasch.* 500 annos triginta), unde annus natalis 205 efficitur, sed falsus omnino mensium numerus monet, ne nimium annorum numero tribuamus; mortuus anno vitae vicesimo sexto *epit. de Caes.* 24, 4.

Filius Gessii Marciani (Varii *vita* 1, 2 errore) et Iuliae Avitae Mamaeae Dio 78, 30, 3. Herod. l. l. Cognomen ei fuit Bassianus Dio l. l. et 79, 17, 2; 18, 3 (inde suspicari licet eum non diversum esse a M. Iulio Gessio Bassiano fratre Arvale a. 213 VI 2086, magistro collegii a. 214 VI 2103 b, 6, cf. p. 3292, quamquam non plus quinque vel maxime octo annorum, ea de causa fortasse vice eius promagister fungitur VI 2103; sed potest ille frater Arvalis filius quidam maior Gessii Marciani et Iuliae Avitae Mamaeae fuisse); Alexianus Herod. l. l. et 5, 7, 3; Marcellus *epit. de Caes.* 23, 4. *Polem. Silv.* 521 M.

Natus est Arcae Caesareae *vita* 1, 2; 5, 1; 13, 5. *Vict. Caes.* 24, 1. *Synzell.* 673, cf. Dio 78, 30, 3. A matre et avia (Iulia Maesa) educatus, sacerdos dei Solis Elagabali Emeseni Herod. 5, 3, 3. 4. Eodem modo quo Soaemias et Mamaea ipsa annuente Maesa falso stupri cum Caracalla commissi se insimulavit, ut Bassianum (vel Alexianum) Caracallae filium perhiberet Herod. 3, 7, 3. *Dio-Xiph.* 79, 19, 4. Divi Magni Antonini filius *vide infra*. Magistri eius enumerantur *vita* 3, 2. 3. Una cum Elagabalo et feminis familiae Emesensae ei quoque (τῷ ἀνεπιῶ Elagabali) a. 218 bellum a senatu indictum est Dio 78, 38, 1.

A. 221 Maesa auctore Elagabalus in senatu eum adoptavit, nomen Alexandri ei indidit, consortem imperii fecit, Caesarem nuncupavit, consulem designavit Herod. 5, 7, 1—4, cf. 6; 8, 5. Dio 79, 17, 2. 3. *Vita Elag.* 13, 1. 6 (a senatu Caesar appellatus *vita* 1, 2; 2, 4; *Elag.* 5, 1; 10, 1; *Maer.* 4, 1, comperta Maerini morte *Vict. Caes.* 23, 3 minus recte. *Eutr.* 8, 23 ab exercitu Caesar, a senatu Augustus nominatus, cf. *vita* 64, 4). *Annum confirmant nummi Caesareae ad Libanum in adversa inscr.* Αὐρ. Ἀλέξανδρος Caisar, in *aversa Kaisaria* ΒΛΦ (a. 532 aerae Seleucidarum = d. 1 mens. Oct. 220/1 p. C.) *Mionnet* 5, 358, 146; *Suppl.* 8, 257, 91. *Eckhel* 3, 361 et *nummi Alexandrini anni quarti* (= d. 28 Aug. 220/1) *Vogt Alex. Münzen* 1, 177; 2, 122 sq., item tituli (*IGR* 1, 1270, ubi legatur necesse est ἔτους Δ non Α) et papyri (*P. Lond.* 2, 112, 353), iam die 3 mensis Maii 221, ut apparet ex titulo modo allato, fortasse d. 24

vel 25 vel 26 m. April. XIII 8035 (ante kalendas Iunias VI 3096; post d. 7 m. Ianuarii, cum in dipl. mil. III p. 1997 nondum nominetur).

Inde dictus est M. Aurelius Alexander Caesar nummi Cohen 4² p. 408 sq. 422. 446. 450. 472 sqq. Alexandrini anni 220/1 et 221/2 Vogt l. l. M. Aurelius Alexander nobilissimus Caesar VI 323. 2009. 37183 (= D. 474. 466. 9058), cf. 2001. Imperator Caesar [M. Aureliu]s Alex[ander nobilissimus Caesar] dipl. mil. III p. 1998 (= D. 475), M. Aurelii Antonini pii felicit Augusti filius, divi Antonini Magni nepos, divi Severi pii pronepos ib. [Consors] imperii VI 2001 (ex supplementis Mommseni). 37183 [consors impe]ri sacerdotique (traditur sacerdotis, emendavit Huelsen Roem. Mitt. 1907, 438); imper[ii consors] VII 585. Cave statuas ex appellatione Σεβαστοί, quae utrumque complectitur, in titulo s. s. (IGR 1, 1270) et in papyris Alexandrum nomen Augusti vivo etiamtum Elagabalo gessisse; nam cum inter alia in dipl. mil. d. 7 m. Ian. 222 (VI 37183 = Roem. Mitt. 1907, 434 sq. tab. XV = D. 9058) Alexander expresse nobilissimus Caesar dicitur, tum ad Elagabalum solum et nomina Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ et εὐσεβῆς εὐτυχῆς pertinent, etsi vocabula Imperator Caesar nonnullis Caesaribus saeculi tertii indita sunt, cf. Mommsen CIL III p. 1998 (quod Alexander ipse III 14184⁴² simul nobilissimus Caesar et pius felix Augustus nuncupatur, id alio modo explicandum est, cf. Jardé Études sur Sévère Alexandre 12 sq., 5) nec minus abusive in inscriptione parietaria excubitorii cohortis VII vigilum anni 221 VI 2999 post nomina Elagabali et Alexandri Caesaris vocabulum Augg. legitur. Eodem pertinet, quod Alexander in nummo Orthosiae (Journ. intern. numism. 4, 152, 882) anni quarti (= 220/1) Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ (= Imperator Caesar) nuncupatur.

A. 222 consul cum Imp. Caesare M. Aurelio Antonino Augusto IIII vita Elag. 15, 5. Dio 79, 19, 1 a (et argumentum l. 79). VI 37183. Fasti. Pontifex Cohen 4² 446, 458. Princeps iuventutis ib. 450, 485. Elagabalo, cum consobriño insidias strueret, a militibus occiso Alexander solus imperium accepit vita 1, 1—3; Elag. 13—17. Dio 79, 19—21; 80, 1, 1. Herod. 5, 8, 2—10. Vict. Caes. 23, 3. Zos. 1, 11, 1, d. 12 mensis Martii, cum Dio 79, 3 Elagabalum tres annos, novem menses, quattuor dies inde a proelio prope Antiochiam die 8 mensis Iunii a. 218 commisso (Dio 78, 39, 1) imperasse scribat. Mireris in inscriptione parietaria excubitorii cohortis VII vigilum (v. supra) a milite quodam graphio exarata mense Julio a. 222 Antoninum et Alexandrum Caesarem consules nominari VI 3015, sed num huic inscriptioni haud plane certae lectionis multum tribuendum sit, vehementer dubito. Certe idib. April. a. 222 Imp. Caes. M. Aurelius Severus Alexander solus cos. nominatur VI 1454.

Inde ab eo tempore vocatur Imp. Caes. M. Aurelius Severus Alexander pius felix Aug. passim, divi Antonini Magni pii filius, divi Septimii

Severi pii nepos tituli. *Adoptione ergo reiecta filium Caracallae et nepotem Septimi Severi se professus est, cuius cognomen tum primum accepit. De origine nominis Severi hariolantur biographus 12, 4; 25, 2. Vict. Caes. 24, 4. Tribunicia potestate I 222, II d. 10 Dec. 222/223, III 223/4 cet. XIV d. 10 Dec. 234—21 Mart. 235. Consu III a. 226 (consul iterum, designatus sc. tertium VIII 23994), consul III a. 229, cf. vita 28, 1. Parthicus maximus, Persicus maximus vita 56, 9 et miliarius Numidicus, cf. Jardé l. l. 81 sq. (imperator X in miliario Ciliciae Ann. ép. 1922, 129 miro errore). Iussu Maximini, qui tumultu militari imperium sumpsit, in Germania occisus est Herod. 6, 9, 7. Vita 59. 61; vita Maximini 7. Epit. de Caes. 24, 4. Zos. 1, 13, 2, Mogontiaci Euseb. chron. arm. p. 225 K.; Hieronym. p. 216 c H.; Syncell. 675. Chronogr. a. 354 p. 147 M.; in Gallia Eutr. 8, 23. Vita Maximini 7, 4; in Britannia, ut alii volunt in Gallia, in vico cui Sicilia (immo Sitilliae? sed cf. Zangemeister CIL XIII 2 p. 178) nomen est vita 59, 6; vico Britanniae, cui vocabulum Sicilia Vict. Caes. 24, 4, anno 235. Perpaucis diebus ante d. 25 m. Martii Maximinum Romae agnitum esse testes sunt fasti sodalium Antoninianorum VI 2001. Recte igitur Eutr. l. c. Alexandrum tertio decimo imperii anno et die nono obiisse dicit, item vita 60, 1 et liber generationis Mommsen Chron. min. 1, 138, quod temporis spatium ad diem 21 m. Martii a. 235 ducit. Chronogr. a. 354 p. 147 M. nescio quo errore annos XIII m. VIII d. IX imperii eius spatium perhibet, nisi forte id computat ab eo tempore quo Alexander Caesar est factus. In papyro Oxy. 6, 912 scripta d. 25 m. Febr. vel 1 m. Martii Maximinus iam imperator obvius est, sed dubitari potest, utrum minus certe id lectum an errore scriptum sit; nam Alexandri mors, si illo die in Aegypto cognita esset, plus triginta diebus ante accidisse putanda est.*

Uxores Gnaea Seia Herennia Sallustia Orba Barbina Orbiana (eius fortasse patris nomen erasum est in titulis Thuggensibus VIII 15524. 15525); Memmia (?). St.

— IMP. CAESAR M. AVRELIVS SEVERVS ANTONINVS AVG. (Caracalla) = (SEPTIMIUS) BASSIANVS.

1611 L. Aurelius Step[hanus?], procurator Augusti [vicesimae] her[editatium] X 121 t. Consentinus. St.

1612 M. Aurel. Stertinius Carpus, filius Carpi procuratoris Castrensis VI 727. St.

1613 M. Aurelius Successus, Augustorum trium libertus, subprocurator vicesimae hereditatium t. Tarraconensis Ann. ép. 1928, 109. St.

— L. IVL. AVR. SVLP. VRA. ANTONINVS.

1614 AVRELIVS SYMFORVS, vir [clarissimus], maritus Iuniaes Affianetis, pater Iuniae Cyriacae et alterius filiae vel filii (in t. nomen perit), qui ob votum parentum balneas vetustate conlapsas in pristinam formam restituerunt

civibus VI 29 706 = D. 5719 t. *originis incertae, fortasse saec. IIII.*
 Acholi signum quod in latere tituli legitur, ad quem hominem in t. *nomina-*
tum pertineat, incertum. — *Vetustiore tempore fuit Aurelius Symphorus,*
cuius testamentum memoratur a (Cervidio) Scaevola dig. 34, 3, 28 pr.
 Gr.

— AVRELIVS TACITVS, v. IMP. CAES. M. CLAVDIVS TACITVS AVG.

— TI. CLAVDIVS AVRELIVS TELEMACHVS.

1615 **M. Aurel(ius) Thallus**, signo Brececius, vir egregius, procurator sacra-
 rum cognitionum VI 37 099 (= 3429*) = D. 9021. St.

— M. AELIVS AVRELIVS THEO.

1616 Aurelius Theocritus, epistrategus, ut videtur, septem nomorum a. 213
 P. Gen. 1, cf. Wilcken P. Arch. 3, 379. St.

— CORNELIVS AVR. THEODORVS.

1617 Aurelius Theodotus. Papyri graecae P. Strassb. 5 (1). P. Oxy. 17,
 2107 (2). Aurelius Theodotus p. 1. 2, ceterum Theodotus. Dux Gallieni
 cepit (L. Mussium) Aemilianum, qui in Aegypto imperium sumpserat
 vita Gall. 4, 2; tyr. trig. 22, 8; 26, 4. Gallienus, cum Theodoto vellet
 imperium proconsulare decernere, a sacerdotibus est prohibitus, qui
 dixerunt fasces consulares ingredi Alexandriam non licere tyr. trig. 22,
 10 (ex quibus ineptiis id certe cognoscimus eum Aemiliano victo praefectum
 Aegypti a Gallieno factum esse). Praefectus Aegypti, ὁ λαμπρότατος,
 a. 262 p. 1. 2. Frater eius Camsisoleus natione Aegyptius tyr. trig. 26, 4
 (plane fictus). Idem fortasse Theodotus dux Gallieni contra Memorem
 Maurum res novas molientem Petr. Patr. exc. de sent. 264, 160 B. St.

1618 Aurelius Theopropus (traditur Theotropus), maritus Marciae τῆς λαμπρο-
 τάτης t. Caesariensis Cappadociae Bull. hell. 1927, 398 sq. St.

1619 M. Aurelius Thoantianus, [γένους συν]κλητικοῦ καὶ ὑπατικοῦ cet. (= e
 familia senatorum et consularium) t. Balburaeus Wadd. 1224 = IGR
 3, 474. St.

1620 **M. Aur(elius) Tiberianus**, vir perfectissimus, praeses provinciae Del-
 matiae a. 280 t. Naronensis III 1805, cf. p. 2328¹¹⁹ = D. 5695. St.

— Cl. Aur. Tiberius.

1621 Aurelius Timagenes, vir perfectissimus (ὁ διασημότατος), ἀρχιερεὺς
 (Aegypti) διὰ βίου, PSI 9, 1039 a. 216/7 (vel 267/8?). St.

1622 Aurelius Tiro. Vir egregius, epistrategus (Heptanomia) a. 267 CP
 Herm 57 (1). 59 (= Wilcken Chrest. 151 = Wessely Text. Gr. 1, 64) (2).
 61 (3). 62 (4). Idem videtur vir egregius epistrategus a. 267 CPHerm
 119 verso 3 (= Wilcken Chrest. 158). St.

1623 M. AVR(ELIVS) VALENTINIANVS diis deabusque genioque loci
 dedicavit t. III 3418 = D. 3654 Aquinci (1), Tarracone posuit imp.
 Caro cos. II t. II 4102 = D. 599 (2), Carino nobilissimo Caesari consuli
 proconsuli II 4103 (3).

- Vir clarissimus t. 1—3. Legatus Aug. pr. pr. (Pannoniae inferioris) t. 1, ubi nomina imperatoris cuiusdam erasa esse videntur. Praeses provinciae Hispaniae citerioris, legatus Augustorum pro praetore a. 283 t. 2. 3. Utri provinciae prius praefuerit, discerni nequit (cf. Ritterling *Archaeol. Értésítő* 41, 1927 p. 88. 300 sq.). — Aurelius Valentinianus, vir perfectissimus (praeses provinciae Dalmatiae), memoratur in t. Salonitano anni 303 (?) *Ann. ép.* 1922, 47. Gr.
- 1624 Aurelius Valentinus, vir egregius t. *Celeianus III* 5283. St.
- 1625 M. Aur(elius) Valerius, origine Naronensis, vir egregius, ducenarius, ex protectoribus lateris divini a. 280 t. *Naronensis III* 1805, cf. p. 2328¹¹⁹ = D. 5695. St.
- 1626 IMP. CAESAR M. AVRELIVS VALERIVS CLAVDIVS AVG. *De vita eius quae fertur a Trebellio Pollione composita fide parum digna disseruerunt Klebs Hist. Ztschr.* 25 (1889), 224—241. *Lécrivain Et. sur l'hist. Aug.* 343—349. Nummi ap. *Marck Numism. Ztschr.* 1884, 375—460. M. Aurelius Claudius plerumque in titulis et nummis; M. Valerius Claudius t. *Faleriensis Not. d. sc.* 1921, 189, recte igitur Cagnat in titulo a municipio Thagaritano maiore ei dedicato VIII 23972 nomen Aur(elius) V(alerius) Claudius solvit. Item recte Imp. C. V. Claudius Aug. *Cohen* 6² 136, 64, cf. *Webb ap. Mattingly-Sydenham* 5, 1, 201, 1. Valerius *vita* 18, 3; Flavius Claudius *vita* 7, 8 (cf. 3, 6); *vita Aureliani* 17, 2 ex ficta propinquitate cum Constantio (v. infra); ceterum Claudius.
- Illyricianae gentis vir *vita* 14, 2 (in epistula ficta); originem ex provincia Dalmatia videbatur ostendere, quamquam alii Dardanum eum dicebant *ib.* 11, 9. 'Hunc plerique putant Gordiano satum, dum adulescens a muliere matura institueretur ad uxorem' *epit. de Caes.* 34, 1 (plane absurdum neque similis veri *Probum Claudi propinquum fuisse vita Probi* 3, 3). Natus est die 10 mensis Maii fasti Philocali I² p. 255. 264 et *Polem. Silv. ib.* 265, anni fere 214, cum vixisset annos LVI, si ulla est fides tribuenda *chron. Pasch.* 508 et *Matal.* 12, 299. Tribunus (militum) Decio imperante, tribunus legionis quintae Martiae (aliunde ignotae) sub Valeriano, a quo factus est dux totius Illyrici (Thraciae, Moesiarum, Dalmatiae, Pannoniarum, Daciarum, cf. *tyr. trig.* 10, 14) *vita* 14—16 (in epistulis insolenter fictis, cf. 18, 1 in Illyrico pugnavit; *ib.* 18, 2. 3 in senatus acclamationibus item fictis: dux fortissime . . . consulem te, praefectum te); etiam tum Gallieni mortis tempore tribunus *Vict. Caes.* 33, 28; ἵππαρχος *Zonar.* 12, 26 (vide num fuerit dux equitum sicut Cecropius dux equitum Dalmatarum, cf. *Ritterling Hirschfeld-Festschr.* 345—349). Contra Postumum Gallienus cum Aureolo et Claudio duce bellum gessit *vita Gall.* 7, 1 (fidei suspectae). Heraclianus praefectus praetorio eum in societatem consilii Gallieni occidendi recepit *Zos.* 1, 40, 2 (*Zonar.* 12, 25); huic

consilio non adfuit *vita* 14, 2; 1, 3. Gallienus moribundus ei insignia imperii destinavit *Vict. Caes.* 33, 28. *Epit. de Caes.* 34, 2 (*narratio ficta ni fallor Constantini aetate*). Occiso Gallieno a militibus electus a senatu appellatus Augustus *vita* 4; *Gall.* 15. *Eutrop.* 9, 11, 1. *Vict.* 34, 1. *Zos.* 1, 41. *Zonar.* 12, 26, anno 268 *media fere aestate, cf. quae disputavi P. Arch.* 7, 44 sq. (VIII kal. Aprilis Romam nuntiatum est Claudium imperatorem factum esse *vita* 4, 2, *cuius fides est nulla*).

Princeps iuventutis t. *Cuiculitanus Bull. trav. hist.* 1913, 166. Consul a. 269 cum Paterno *fasti* (consul II *nonnumquam in titulis errore ut videtur*). Tribunicia potestate II a. 269, III a. 270. Germanicus maximus a. 268 (*cf. Vogt Alex. Münzen* 211). *Cohen* 6², 160, 304. III 3521. XII 2228 = D. 570. 569. *Eph. ep.* 9, 318 (*imp. II*), Gaethico *ib. male exceptum videtur*, Gothicus maximus a. 269, Parthicus maximus a. 270 VIII 4876 = D. 571. *Eckhel* 7, 472. 474. *Cohen* 6², 135, 53; 160, 304; *Markl l. l.* 420 sq. Morbo defunctus est *vita* 12, 2. *Eutrop.* 9, 11, 2. *Zos.* 1, 46, 2, *Syrmi Hieronym. chron. p.* 222 a *H. Chron. Pasch.* 508. *Zonar.* 12, 26. Narratio fabulosa quomodo pro re publica se devoverit *Vict. Caes.* 34. *Epit. de Caes.* 34, 3, 4, *cf. Amm. Marc.* 31, 5, 16 (Claudio honesta morte praecepto) et 16, 10, 3 *ubi idem significari videtur*. Imperavit annum unum menses novem *epit.* 34, 1. *Euseb.-Hieronym.* 221 H.; *arm.* 226 K., biennium *Euseb. h. e.* 7, 28, 1. *Eutrop.* 9, 11 (*minus accurate*) annum I menses IIII dies XIII *chronogr. a.* 354 (*perperam*), obiit igitur mense fere Aprilis a. 270, *cf. P. Arch.* 7, 45.

Frater M. Aurelius Claudius Quintillus. *Qui praeterea frater nominatur Crispus, soror Constantina vita* 13, 2, *ii non minus ficti sunt quam reliqui omnes, quos ut propinquitatem eius cum Constantio probaret, ex stirpe Claudii esse biographus se scire simulavit. Ex posteris eius esse Constantium aetate Constantini fingebatur, cf. Klebs l. c. Dessau Herm.* 24, 340 sqq. *Seeck Jahrb. f. cl. Phil.* 141 (1890), 623; *Untergang I*³, 491 sq. St.

1627 IMP. CAESAR C. AVRELIVS VALERIVS DIOCLETIANVS AVGVSTVS. *Nomina plus minus plena in titulis papyris nummis; Valerius Diocletianus Vict. Caes.* 39, 1. 13. 18. 29. 30. 36. 46; *ceterum Diocletianus.*

Dalmatia oriundus, obscurissime natus, adeo ut a plerisque scribae filius, a nonnullis Anullini senatoris libertinus fuisse crederetur *Eutrop.* 9, 19, 2. *Epit. de Caes.* 39, 1. *Hieronym. chron. p.* 225 c *H. Syncell.* 725. (*Zonar.* 12, 31), *cf. Vict. Caes.* 39, 5, *matre pariter atque oppido nomine Dioclea (sed oppidum Doclea dicitur), quorum vocabulis, donec imperium sumeret, Diocles appellatus epit. l. l. (suspectae fidei); privatus Diocles vocabatur Lact. de mort. persec.* 9, 11; 19, 5; 29, 2; 37, 3; 52, 3. *Liban. or.* 19, 45. 46. In patriam (Salonas vel Dalmatiam) dimittitur *Lact.* 19, 6. *Epit. de Caes.* 39, 5. 6. *Zonar.* 12, 32. (*Salonis ideo puto natus esse credebatur, Const. Porphyrog. de them.* 2, 9 p. 7 T., *quia ibi extremos*

vitae annos degebat). Natus est circa annum 245 *epit. de Caes. 39, 7, vide infra (sed cf. Seeck Untergang 1³, 436 sq.)*, eodem die quo Maximianus *paneg. 11 (3), 1, 1; 2, 2; 19, 1*. In Gallia apud Tungros minoribus locis militavit *vita Cari 14, 2. (Quod crediderunt nonnulli eundem esse Valerium Diocletianum centurionem VIII 10615, hoc titulo melius lecto p. 1449 iam explosum est, cum non diversus sit a miliario n. 10071)*. Dux ex disciplina Aureliani et Probi *vita Probi 22, 3. Vict. Caes. 39, 28. Ἐξ εὐτελῶν στρατιωτῶν δοῦξ Μυσίας ἐγένετο Zonar. 12, 31. Senator, consularis Syncell. l. l. (consul I suffectus anno 283 Διοκλητιανοῦ καὶ Βάσσου chron. Pasch. 509 dubiae fidei)*. Carum in expeditione Persica a. 283 comitatus est protectores domesticos regens *vita Cari 13, 1. Vict. Caes. 39, 1. Zonar. 12, 31*.

Numeriano occiso ab exercitu Diocletianus Nicomediae (vel Chalcedone unde Nicomediam ingressus est *chron. Pasch. 510*) imperator factus est *vita Cari 13, 1. Eutr. 9, 19, 2. Zos. 1, 73, 2. Syncell. (Zonar. 12, 30). Ioann. Antioch. exc. de ins. 112 sq., 71 de Boor; consilio ducum tribunorumque deligitur Vict. Caes. 39, 1, Aprum, qui Numerianum generum interfecerat, sua manu percussit vita Cari 13, 2. 3; 14, 3; 15, 4. Eutr. 9, 20, 1. Vict. Caes. 39, 13. Hieronym. chron. 225 c H.; Syncell.*

Imperare coepit d. 17 Nov. 284 (*cum eum 20. Nov. 303 vicennialium diem celebrasse Lact. de mort. pers. 17, 1 dicat, contra chron. Pasch. l. l. diem imperii 17. Sept. 284 exhibeat, fortasse apud Lactantium pro a. d. XII. kal. Dec. scribendum est a. d. XV et in chron. Pasch. nomina mensium Sept. et Nov. inter se confusa sunt*). Contra Carinum profectus apud Margum proelio commisso victus, sed Carinus a suis interemptus est *Vict. Caes. 39, 11; multis proeliis victus ultima pugna apud Margum commissa superior discessit vita Cari 18, 2 (cf. 10) et Petr. Patr. exc. de sent. 269, 181 B. Syncell. (minus accurate ut videtur); Carinum apud Margum vicit proditum ab exercitu suo Eutr. 9, 20, 2 (cf. chronogr. a. 354 p. 148 M. Itin. Hierosolym. 564 W.)*, a. 285 (*cons. Const. Chron. min. 1, 229*), ante autumnum, *cf. quae disserui P. Arch. 7, 48 sq.*

Inde dictus est Imperator Caesar C. Aurelius Valerius Diocletianus pius felix invictus Augustus. Maximianum consortem imperii adsumpsit Eutrop. 20, 3 (cf. 22, 1). Hieronym. chron. 225 d H. Vict. Caes. 39, 17. Epit. 39, 2. Zonar. 12, 31, kal. April. a. 286 cons. Const. Chron. min. 1, 229 (errore manifesto chron. Pasch. 511 id fecisse eum contendit a. 287, cum Nicomediae hibernaret).

Iovius cognominatus a cultu numinis *Lact. l. l. 52, 3. Paneg. 10 (2), 13, 3. Vict. Caes. 39, 18. Zos. 3, 30, 2; sic nominatur paneg. 8 (5), 4, 1; Vict. Caes. 39, 33; 40, 1. 8, cf. paneg. 9 (4), 10, 2; 16, 2; 18, 5; 10 (2), 4, 2; 7, 5; 11 (3), 14, 2; 16, 2 et in titulis nummisque e. g. III 3231. 4413. 12310 (= D. 623. 659. 634), 12326. VI 255 (= D. 621). Compt. rend.*

1908, 793. *Eckhel* 8, 9. *Cohen* 6², 429 sq. 434, cf. *Voetter Num. Ztschr.* 31, 280; *Kubitschek ib.* 1915, 161 sq.

A. 293, kal. Martiis (*diem recte, annum 291 errore indicant cons. Const. Chron. min.* 1, 230, *contra diem 21 m. Maii a. 293 chron. Pasch.* 512) C. Galerium (Valerium) Maximianum eodem tempore quo Maximianus Augustus Flavius Constantium adoptavit, utrumque Caesarem fecit *Eutr.* 9, 22, 1. *Vict. Caes.* 39, 24. *Epit.* 39, 2, cf. *paneg.* 8(5), 3, 1. *Lact. l.l.* 7, 2; 35, 4; *annum confirmant edictum (D. 642) et papyri, cf. Seeck Untergang I*³, 454 *et quae disputavi P. Arch.* 7, 49.

Tribunicia potestate a. 284, II a. 285, III a. 286 *et.* XXII a. 305. Consul II a. 285, III a. 287, IIII a. 290, V a. 293, VI a. 296, VII a. 299, VIII a. 303, VIII a. 304, X a. 308. Imperator VIII a. 292 VI 31381 (*ubi errore 'a. 294' adscriptum est*), X a. 294 XIII 5249 = D. 640, XVIII a. 301 *edictum de pretiis. Numeris vocabulo imperatoris adscriptis annos imperii significari luculenter ostendit Dessau Eph. ep.* 7, p. 429 sqq., *quocum sane non consentit miliarius Africus VIII 21923 trib. pot. XVIII imp. XVII exhibens. Britannicus maximus a. 285—288 et a. 296 deinceps, Germanicus maximus a. 285 addito postea iterationis numero, Germanicus maximus V post a. 291 III 6151 = D. 641, VI ante a. 301 edictum, VII a. 302 X 3343, Gothicus maximus a. 297 VIII 21447—21449. P. Oxy. 6, 889, Sarmaticus maximus a. 289 vel 290, Sarmaticus maximus II ante a. 293, IIII a. 293 vel postea III 6151 = D. 641 et edictum, Persicus maximus VIII 7003, a. 290 III 5810 = D. 618, a. 294 XIII 5249, Persicus max. II inter a. 293 et 301 III 6151 = D. 641 et edictum, Parthicus maximus VIII 7003, Medicus maximus, Carpicus maximus certe a. 301, Armeniacus maximus, Adiabenicus maximus.*

Anno 305 Nicomediae imperio se abdicavit *Eutr.* 9, 27. *Hieronym. chron. p.* 228 *d. H. Vict. Caes.* 39, 48. *Epit.* 39, 5. *Euseb. h. e.* 8, 13, 10. 13; *app.* 2; *mart. Palaest.* 3, 5. *Zonar.* 12, 32, cf. *paneg.* 6 (7), 15, 4; 7 (6), 9. *Zos.* 2, 7, 1, cf. *Iulian. Caes.* 404 sq. *H.*, kalendis Mais *Lact.* 19 (kal. April. a. 304 *cons. Const. Chron. min.* 1, 231, *perperam, cum in fastis a. 305 Constantius et Galerius Caesares nuncupentur; inspicias e. g. papyros Thead.* 2 *et Oxy.* 6, 895 = *Wilcken Chrest.* 47 *scriptas a. 305 Diocletiano etiamtum imperante, item VI 497 = D. 4145 d. 14 mens. Apr., cf. Zos.* 2, 7, 2 *centum annis et uno post consulatum Chilonis et Libonis [= 204]).*

Post id tempus vel adeo interdum antequam imperium deposuerunt Diocletianus et Maximianus Augusti seniores audiebant cod. Theod. 13, 10, 2. *Euseb. vita Const.* 1, 18. VII 1190. III 449. VI 31242. VIII 8836 (= D. 635. 646. 645). 22286. 22456. 22571. *Not. d. se.* 1925, 36. *Cohen* 6², 404. 405. 427. 460, cf. 425. 459. *Voetter Num. Zeitschr.* 1925, 12 sqq. *P. Grenf.* 2, 72. 74. *P. Oxy.* 14, 1645 *πατήρ Αὐγούστων (a. 308) sicut*

VI 31242 pater imp. et Caess., cf. *Thomsen Meilensteine* (= *Ztschr. D. Pal.-Ver.* 40) n. 63. 74.

Diocletianus in villa haud procul a Salonis consenuit *Eutr.* 9, 28. *Hieronym. chron.* p. 230 d *H. Chronogr. a.* 354 p. 148 M. *Epit. de Caes.* 39, 6. *Socr. h. e.* 1, 2. *Zonar.* 12, 32. *Suid.* s. Διοκλητιανός.

Anno 308 consul decimum fuit cum Galerio consule septimum; eo anno Carnuntum convenit cum Maximiano et Galerio; Licinio die 11 m. Nov. imperium dederunt *cons. Const. Chron. min.* 1, 231. *Lact.* 29, 2. *Hieronym. chron.* p. 229 c *H. Eutr.* 10, 4, 1. *Vict. Caes.* 40, 8. *Zos.* 2, 10, 4. 5 (confundens oppidum Pannoniae cum civitate Carnutum); 2, 11; illo tempore imperatores Deo Soli invicto Mithrae Carnunti dedicaverunt III 4413 = D. 659; frustra tamen Maximianus et Galerius ei persuadere studuerunt ut rerum potiretur *Zos. l. c. Epit.* 39, 6. *Eutr.* 10, 2. 3. *Congressum Carnuntinum anno 307 tribuit chron. Pasch.* 519, errore, cum Licinium a. 308 Augustum factum esse ex eo efficiatur, quod anni eius Alexandrini in papyris a die 29 m. Augusti a. 308 numerantur, cf. *Seeck Untergang I*³, 489 sq.

Post mortem Maximiani et Maxentii in odium Constantini et Licinii pervenit *epit.* 39, 7, cf. *Lact.* 42, 1 (quare eum mortem sibi conscivisse *epit. l. l. Lact.* 42, 2. 3, vel etiam iussu imperatorum interfectum esse nonnulli tradidere male *Zonar.* 12, 33. *Suid. l. l.*; ἰδίῳ θανάτῳ *Malal.* 310), senio vel morbo absumptus est *Eutrop.* 9, 28. *Hieronym. chron.* p. 230 d *H. Zos.* 2, 8, 1. De anno mortis ambigitur: *Lact.* 42, 43, 1 eum mortuum esse ante Maximinum *Daiam* (a. 313) narrat; contra die 3 m. Dec. a. 316 eum obiisse *cons. Const. Chron. min.* 1, 231; a. 316 *chron. Pasch.* 523 ('Galerius Maximianus', sed eum sine dubio intellegens); tribus annis post (Constantium et Licinium tertium consules, 313) i. e. a. 316 *Zos.* 2, 8, 1 (cf. *Suid. l. l.*); duodecim annos (postquam imperio se abdicavit) *Ps. Ioann. Antioch. exc. Salm. FHG* 4, 602, 167, 2; vixit annos sexaginta octo, privatus novem egit *epit.* 39, 7; obiit annorum LXXII *Malal.* 310.

Uxor Prisca, filia Galeria Valeria Augusta *Lact.* 15, 1; 39—41. 50. 51. *Eutr.* 9, 22, 1. *Chron. Pasch.* 516. *Zonar.* 12, 31. III 13661. *Nummi.* Cf. G. Gosta *L'imperatore Dalmata* 1912 (= *Ruggiero Diz. Epigr.* 2, 1792—1909).
St.

1628 IMP. CAESAR M. AVRELIVS VALERIVS MAXIMIANVS AVGVSTVS. Sic in titulis nummis papyris. Aurelius Maximianus, cognomento Herculius *epit. de Caes.* 40, 10, ceterum Maximianus.

Ortu agresti (semiagrestis *Vict. Caes.* 39, 17) Pannonioque haud longe Sirmio parentes eius exercebant opera mercenaria *epit. de Caes.* 40, 10. *Paneg.* 2 (10), 2, 2, cf. 3 (11), 3, 9. *Vict. Caes.* 39, 26. Natus est eodem die quo Diocletianus *paneg.* 11 (3), 1, 1; 2, 2; 19, 1. 3, anno circiter 250, cum sexagenarius decederet *epit.* 40, 11. Eum ad oppri-

mendos Bagaudas Diocletianus misit statimque Caesarem fecit *Eutr.* 9, 20, 3. *Hieronym. chron. p. 225 d H. Vict. Caes. 39, 17*, paulo post Augustum nuncupavit *Eutr.* 9, 22, 1. *Epit.* 39, 2, cf. *Zonar.* 12, 31; hinc eius tribuniciam potestatem primum ab a. 286 quo ad Augusti dignitatem provectus est, deinde ab a. 285, quo Caesar factus videtur esse numerari intellegitur; in titulis enim ante a. 294 positis tribuniciae potestates Diocletiani et Maximiani duabus, postea una inter se distant, cf. *Seeck Unter-gang* 1³, 446 sq. *Mispoulet Compt. rend.* 1908, 455—465. *E. Stein Spättröm. Reich* 1, 96, 1; 123, 1; in papyris tamen Aegyptiis horum imperatorum anni usque quaque uno inter se differunt; Maximiano anno minus potentia fuerat *Vict. Caes. 39, 48*. In titulis vel posterioribus Maximiani interdum nomen invenitur nobilissimi Caesaris VIII 8332. 10285. 10396. 22499 (= D. 616). *Ath. Mitt.* 1900, 426, 43. *IGR* 4, 523, item ut videtur VIII 10227. 10259. 22485. 22488. Quin Caesar fuerit priusquam Augustus factus esset, non est cur dubitemus, etsi nummi certi Caesarem eum exhibentes non extant, cf. *Voetter Num. Ztschr.* 31, 2 sq. *Pink ib.* 64, 1 sq. *Percy H. Webb Num. Chron.* 1929, 191 sq. Ad dignitatem imperatoriam evectus est kal. Apr. a. 286 cons. *Const. Chron. min.* 1, 229. Die 24 m. Maii 286 dictus est iam Σεβαστός *BGU* 922, vel etiam pridie kal. Apr. a. 286 *ib.* 4, 1090 v. 36 postea sane scripta. (A. 287 *chron. Pasch.* 511 = *Malal.* 306 minus recte, cum Nicomediae hiemaret.)

Herculius cognominatus a cultu numinis *Lact.* 8, 1; 52, 3. *Vict. Caes.* 39, 18. *Epit.* 40, 10. *Paneg.* 10 (2), 13, 3. *Zos.* 3, 30, 2; ita nominatur saepissime apud auctores et in titulis nummisque (cf. *Kubitschek Num. Ztschr.* 1915, 161 sq.), nonnumquam, ut distingueretur a *Galerio Maximiano*.

Tribunicia potestate a. 286, II a. 287, III a. 288, IIII a. 289, V a. 290, VIII a. 293, X a. 294, XI a. 295, XVII a. 301, XXI a. 305. Consul a. 287 (*VIII* 23291 *Imp. p. d. d. n. n. Diocletiano III et Maximiano II* *cos.*, ubi huic consulatus numerus iteratus est per errorem vel per adulationem), II a. 288, III a. 290, IIII a. 293, V a. 297, VI a. 299, VII a. 303, VIII a. 304, IX a. 307. Imperator II a. 287, III a. 288, IIII a. 289, V a. 290, XVII a. 301 *edictum*, XXI a. 305. (*VI* 1124 *imp. VIII* *cos. III* *nescio num recte traditum sit; II* 1439 *trib. pot. VIII, pro cos. VI* *scribendum cos. IV, a. 293*.) Cognomina a victoriis petita ei communia erant cum *Diocletiano* (ubi vide), nisi *Germanicus* maximus numero iterationis uno minus addito vocatur.

Anno 305 auctore Diocletiano, cui aegre obtemperavit, Mediolani imperio se abdicavit eodem die quo ille, kalendis Maii *Eutr.* 9, 27, 1. 2; 10, 2, 3. *Hieronym. chron. p. 228 d H. Vict. Caes. 39, 48*. *Euseb. h. e.* 8, 13, 11. *Zos.* 2, 7, 2. *Zonar.* 12, 32, cf. *paneg.* 7, 8, 8; 11, 6. *Lact.* 26, 7. Inde ab eo tempore vel adeo antea (*III* 449 = *D.* 635) dicitur Augustus senior (cf. *cons. Const. a. 286 p. 229 M.*) *VI* 31242. *IX* 4516

- 1632 Aurelius Victor. Eius epistula de rebus ad fiscum pertinentibus ad cornicularium procuratoris data a. 199 *BGU 106, melius edita Wilcken Chrest. 174. Videtur fuisse dioecetes Aegypti et Alexandriae potius quam idiologus.* St.
- 1633 M. AVR(ELIVS) VICTOR, clarissimus vir, praefectus feriarum Latinarum, sacerdos dei Solis, honoratus a condiscipulo *t. urbano VI 1358 = D. 1205. III vel IIII saec.* Gr.
- 1634 M. Aure(lius) Victor, vir egregius, praeses provinciae Mauretaniae Caesariensis a. 263 dedicavit *titulum Milianae (Zuccabar) Bull. tr. hist. 1920, p. XL sq. Idem haud dubie Aurelius Victor vir egregius Gallieno et Saloninae posuit VI 1106 = D. 548. Incertum num huc pertineat Aur. Vic. v. e. ex p. III 7596 titulus originis incertae Moesiae inferioris; solvenda enim compendia utrum sint v(ir) e(gregius) ex p(rocuratore), id quod praefert Hirschfeld, an quod proposuit Domaszewski ve(teranus) ex p(raetoriano) vix diiudicari potest.* St.
- 1635 M. Aure(lius) Vitalis, vir egregius, praeses provinciae Mauretaniae Caesariensis a. 254 VIII 20827 = D. 3000 *tit. prope Auziam rep.* St.
- 1636 M. Aur(elius) Volo, [e]minent[is]simus vir VI 31848. *Praefectus praetorio ut videtur tertii fere saeculi.* St.
- 1637 Aurelius Ursianus, vir egregius, curator rei publicae Italicensium imperante Floriano II 1115 = D. 593. St.
- M. CORNELIVS AVRELIVS ZENO.
- 1638 M. Aurelius Zeno Ianuarius. *Papyri graecae P. Lond. 3 p. 31 n. 946 (1). PSI 10, 1112 (2). Αὐρηλίου Ζήνωνος Ἰανουαρίου p. 2. Μάρκου Αὐρηλίου Ζήνωνος Ἰανουαρίου] p. 1 minus accurate lecta; agnovit hunc et enucleavit Wilcken (per litteras). Praefectus Aegypti ([ὁ] λαμπρό[τατος] ἡγεμῶν] p. 1, a. 231 d. 12 Maii p. 1, m. Iul./Aug. p. 2). Parentela arta coniunctus, tamen diversus is qui sequitur, quippe qui procurator Mauretaniae obierit.* St.
- 1639 M. Aurelius Zeno Ianuarius. *Tituli Caesarienses Mauretaniae VIII 20991 sepulchralis (1). 20992 (2). Bull. tr. hist. 1904 p. CLV (3). Plena nomina t. 3. Aur. Zeno Ianuarius t. 1. . . ur. Zeno Ia. . . t. 2. [Pr]ocurator Augusti nostri [prae]ses provin[ciae] (Mauretaniae Caesariensis) t. 2. 3. Clarissimus vir t. 1. Non in ordinem senatorium adlectum, sed ornamentis sive consularibus sive praetoriis eum honoratum esse crediderim. Idem potest esse Aurelius Ianuarius, vir egregius (supra n. 1532) vel etiam Ianuarius, praeses Mauretaniae (supra n. 193, cuius nomen gentile Ael. sane, sed minime certo lectum).* St.
- 1640 M. Aur(elius) Zosimus, filius Tychici, cognatus senatorum et consulum, logistes et Asiarcha honoratus ab Aptyrathitis (*κατοικία civitatis Trallium*) Bull. hell. 19, 560. St.
- 1641 Aurelius Zoticus (Avitus), athleta Smyrnaeus, quem ex arte paterna

- Magirum (Zoticus Magirus *vita Elag. 10*) vocitabant, ab Elagabalo quasi maritus amatus *Dio exc. 79, 16. Vita Elag. l. l.* Cubicularius Augusti factus et Aviti cognomine (equestri) ornatus *Dio l. l.*, multum apud imperatorem valuit *vita Elag.* Postea in odium incidit *Dio.* *St.*
- 1642 AVRELIA, Q. A[ur(eli)] filia, virgo Vestalis (ἱερὰ παρ[θέ]νος), honorata ab Atheniensibus publice *IG 3, 877; I ut videtur p. C. saec.* *Gr.*
- 1643 AVRELIA, virgo Vestalis ut videtur, nominatur in t. urbano (servae) lectricis *VI 33473 = D. 7771.* *Gr.*
- 1644 Aurelia, ornata femina, quam (signaturam testamentum) M. Aquilius Regulus coegit sibi tunicas legare *Plin. ep. 2, 20, 10. 11. Nescio an eadem sit Aurelia donata a (Laenate) captatore Iuven. 5, 98.* *St.*
- 1645 AVR(ELIA) . .CILIA (fortasse Caecilia), M. f., c(larissima) f(emina) *VI 12967 t. sepulchralis.* *Gr.*
- MARCIA AVRELIA ALEXANDRIA.
- 1646 Aurelia Antiochiana, uxor M. Aurel(ii) Alexandri *VI 3554 = D. 8233.* *St.*
- 1647 Aurelia Apiana Diodora ἡ καὶ Posidonia, matrona stolata, uxor ut videtur Antonii Philoxeni *P. Strassb. 8, 10—12.* *St.*
- 1648 Aurelia Cre[s]centia, coniunx Aureli Felicissimi *IX 4894 = D. 6554.* *St.*
- 1649 AVRELIA CYEREMA (?), clarissima femina *III 2230 t. Salonitanus.* *Gr.*
- 1650 Aur(elia) Cyrilla quae et Hyperechia (τὴν καὶ Ὑπ[ε]ρεχίαν), neptis Aur(elii) Nicandri *IG 14, 1487 = IGR 1, 228 t. sarcophagi.* *Gr.*
- 1651 L. IA AVRELIA EPI[PH]AN[IA] (?), clarissima femina, virgini Vestali maximae (cuius nomen perit) statuam posuit in atrio Vestae *VI 32425 beneficiis e[liu]s. iuta adqu[e] prot]ecta.* *Gr.*
- 1652 Aurelia Euphemia, filia regis (regni Bosporani ut videtur saeculi fere tertii), [uxor?] Secundini Diogn[eti], propinqua Aurelii Sabinian[i] Quintiani *t. Byzantius Ath. Mitt. 10, 18.* *St.*
- 1653 AVRELIA FADILLA, filia Imp. Caesaris Titi Aelii Hadriani Antonini Augusti Pii *VI 990 = D. 352 in mausoleo Hadriani, filia maior nupta Lamiae Sil[v]ano (supra n. 206) vita Pii 1, 7, mortua, cum pater ad proconsulatum Asiae proficisceretur ib. 3, 6 (utroque loco nomen reticetur), sed ossa eius imperante demum Pio inlata esse mausoleo Hadriani ex titulo apparet.* *St.*
- (AVRELIA) FADILLA vide FADILLA.
- ANNIA AVRELIA FAVSTINA = ANNIA FAVSTINA AVGVSTA.
- ANNIA GALERIA AVRELIA FAVSTINA.
- 1654 AVRELIA FLAVIA IVLIANA, clarissima femina, dedicavit titulos *VI 113. 771 urbanos.* *Gr.*
- ANNIA AVRELIA GALERIA LVCILLA.
- 1655 Aur(elia) Iul(ia) Heraclia, uxor [Aurelii] Honorati *III 14157¹ t. Gerasenus.* *St.*

- 1656 AVREL(IA) IVSTA, clarissimae memoriae [femina], Caecilii Candidiani v(iri) p(erfectissimi) uxor, Aurell. Iustae et Asyncritii mater, *christiana VI 31955 = Diehl ILChr 171 t. sepulcralis. IIII potius quam III saec. Gr.*
- 1657 Aur(elia) Luciana, L. (Aureli filia), matrona stolata, uxor Aur. Antiochi *IGR 4, 595. St.*
- 1658 AVR(ELIA) LVCILLA, M. f., clarissima femina *VI 31694 t. sepulcralis ei posterisque eius in via Appia positus. Gr.*
- 1659 Aur(elia) Marcellina, uxor ut videtur Aeli Nicostrati *Ann. Brit. school Athens 22 (1916/8), 95, 20. St.*
- 1660 Aurelia Melitine, ἡ κραιίστη, uxor Fl(avii) Philostrati sophistae, mater Fl(avii) Capitolini fratris et patrum senatorum *t. Erythraeus Ditt. Syll.³ 879 = IGR 4, 1544. St.*
- 1661 Aur(elia) Menogenis, filia M. Aureli Artemonis *t. Philadelphius Ath. Mitt. 1900, 124 = IGR 4, 1624. St.*
- 1662 Aurelia Messalina, uxor Ceionii Postumi, mater Clodii Albini *vita Clod. Alb. 4, 3, dubiae fidei. St.*
- 1663 AVRELIA NEMESIANA. [A]ureliae Nemesianae, . . . niae Faustinillae, c(larissimarum) f(eminarum), et soc(iorum) *XV 7414 fistula aquaria prope Romam reperta. Gr.*
- 1664 Aurelia Paulina, uxor M. Aurelii Reguli *VI 3150. St.*
- 1665 (Aurelia) Paulina, soror Carini Caesaris *t. Tentyrites Rec. de trav. rel. à la philol. assyr. et ég. 37, 95 = SB 7028. St.*
- 1666 Aurelia Rogata, filia Aureli Rogati *X 7586. St.*
- VIBIA AVRELIA SABINA.
- 1667 AVRELIA SEVERA, virgo Vestalis, iussu imp. Antonini Severi filii viva sepulta *circa a. 213 Dio exc. 77, 16, 1. 3. Eadem fortasse Aurelia Sebera in fistula plumbea urbana XV 7415. Gr.*
- 1668 AVR(ELIA) TIGRIS, clarissima femina, Aur(elio) Feliciano v(iro) p(erfectissimo) marito posuit *t. sepulcralem VI 31956 = Diehl ILChr 155. IIII saec. ut videtur. Gr.*
- 1669 Aurelia Valeria, uxor Aur(eli) Marciani *IGR 1, 780. St.*
- Ulpia Aurelia Valeria.
- 1670 Aurelia Valeria Scriboniana Frontina, filia L. Pacciae Valeriae Saturninae, matri defunctae statuam posuit *Comamae III 12149 (= D. 7203), cf. 12150. Fortasse femina nobilis. St.*
- AVRELIA VIBIA SABINA = VIBIA AVRELIA SABINA.
- MARIA AVREL(IA) vel AVREL(IANA) VIOLENTILLA.
- 1671 Aurelia Volussia Quirinia Atossa, γένους συνκλητικού καὶ ὑπατικού honoratur *t. Selgensi IGR 3, 383 = Lanckoroński Städte Pamphyliens 2, 247 b; fortasse parentela coniuncta cum Quirinia Patra uxore Bryoniani Lolliani IGR 3, 810, item cum Volusia Laodice, Q. Tinei Sacerdotis uxore ib. 829. Gr.*

- 1672 Aureolus (Αυρίολος), humili loco natus, e Dacia oriundus (Κελτικός *Synec.* 717) per militiae gradus a Valeriano (*tyr. trig.* 10, 14) provectus dux equitum extitit *Zonar.* 12, 24 (τῶν βασιλικῶν ἵππων φροντιστής, *id.* ἵππαρχῶν *et* 12, 25 πάσης ἄρχων τῆς ἵππου, *Zos.* 1, 40, 1 ὁ τῆς ἵππου πάσης ἡγούμενος). Anno 258 (*tyr. trig.* 9, 1) Ingenuum vicit *Zonar.* 12, 24. A Gallieno contra (Fulvium) Macrianum eiusque filium cognominem in Illyricum missus est *Zonar.* l. l. *Vita Gallieni* 2, 6. (Illyricianos exercitus regens *tyr. trig.* 11, 1; cum Illyricum teneret *vita Gall.* 3, 3; *vide infra.*) Rebelles devicit, milites eorum recepit *Zonar.* *Vita Gall.* 2, 7; *tyr. trig.* 11, 2; 12, 13. 14; 14, 1; 15, 4, anno 261 (*vita Gall.* 1, 2; *quocum consentiunt papyri, cf. quae exposui RE* 7, 254—256). *Eo iam tempore Aureolum imperium invasisse (vita Gall.* 2, 6; 3, 1; *tyr. trig.* 11, 1; 12, 2. 14; 14, 1; 18, 1. 3), Gallienum autem cum eo Postumi oppugnandi causa pacem fecisse (vita Gall. 4, 6; 7, 1; 21, 5; *tyr. trig.* 11, 3; *Aurel.* 16, 1), prorsus incredibile est; quod qui posuerunt in eum errorem fortasse ideo inducti sunt, quia Aureolus diutius quam alii contra Gallienum sese sustinuit *Zos.* 1, 38, 1. Gallienus ubi Postumum post varia discrimina rerum fugavit Aureolo commisit, ut eum persequeretur; qui tamen cunctanter rem gessit *Zonar.* 12, 24. *Zos.* 1, 40, 1, *cf. Gall.* 4, 6 (*supra*); 7, 1, tandem imperium sumpsit *Zos.* 1, 38, 1; 40, 1. *Zonar.* 12, 25, Mediolani *Zonar.*; cum per Raetias legionibus praeesset *Vict. Caes.* 33, 17 *haud recte ut videtur, nec magis recte quod alii tradunt eum ἐν Κελτοῖς duxisse Zonar.* Gallienus qui contra Gothos pugnaverat in Italiam reversus Aureolum apud pontem, cui ex eo Aureoli nomen est (eo loco Aureolus a Claudio victus *tyr. trig.* 11, 4 *errore*), vicit victum Mediolani obsedit, sed in obsidione a suis occisus est *vita Gall.* 14, 6—9 (*cf.* 9, 1). *Vict. Caes.* 33, 18. 19. *Epit. de Caes.* 32, 4; 33, 2. *Zos.* 1, 40. *Zonar.* 12, 25, Aureoli insidiis *Vict. Caes.* 33, 20. *Epit.* 33, 2. *Syncell.* l. c., a. 268. Claudio imperatori facto Aureolus se dedit, sed a praetorianis interfectus est, quippe qui ei ob seditionem irascerentur *Zos.* 1, 41. *Ioann. Antioch. exc. de insid.* 111, 64 *de Boor*; exstinctus a suis *epit.* 34, 2. *Vita Claud.* 5, *cf. tyr. trig.* 11, 4 (*supra*). *Falso sine dubio Zonar.* 12, 26 Aureolum post deditionem iterum rebellantem occidisse *refert; varie tradita de nece Aureoli vita Aureliani* 16, 2. *Haud scio an recte nummum eius nomine (Imp. Aureolus Aug.) cusum genuinum iudicet Alföldi Ztschr. f. Numism.* 37, 205sq. *Commemoratur praeterea Polem. Silv.* 521 *M. Amm. Marc.* 21, 16, 10. *Vita Gall.* 5, 6; *tyr. trig.* 30, 23; *Claud.* 4, 4. *St.*
- 1673 C. Aurunceius Cotta, C. f. t. Praenestini XIV 2978. 2979 = D. 5672. *Eius servus Felix Cottae Auruncei VI* 7703. *Fortasse homo nobilis vel certe dives.* *St.*
- 1674 AVRVCVLEIVS CORNELIANVS, vir nobilis, a Septimio Severo occisus *vita Sev.* 13, 2. *Gr.*

- 1675 L. AVRVC(VLEIVS) COTTA *nominatur in cippo prope Romam rep. Not. d. sc. 1926, 288; ex posteris videtur L. Aurunculei Cottae legati Caesaris in Gallia; non crediderim supplendum esse Aurunc(eius) Cotta, quamquam novimus C. Aurunceium Cottam (n. 1673).* Gr.
- C. Antistius Auspex.
- Iulius Auspex.
- TI. IVLIVS POLLIENVS AVSPEX *v. sub Pollienis.*
- POLLIENVS AVSPEX.
- 1676 [A]uspicatus *enumeratur inter heredes Dasumii nobiliores VI 10229 v. 18.* St.
- 1677 Q. Austurnius Lappianus, P. f., Quirina, equo publico exornatus, (procurator) ducenarius bis; aedilis, triumvir quattuor coloniarum (*sc. Cirtae, Rusicade, Milev, Chullu*), praefectus (iure dicundo) trium coloniarum (*earundem excepta Cirta, cf. Mommsen CIL VIII p. 618 sq.*); maritus Claudiae Gallittae VIII 7978 = D. 1147 t. *Rusicadensis.* St.
- 1678 Autia Vera, uxor L. Sibidiene Sabini XI 8058 t. *sepulchralis Tuficanus; ipsa dedicat Tufici XI 5686.* St.
- (Mestrius) Autobulus.
- 1679 AVTRONIVS IVSTVS, senator a. 275, pater Autronii Tiberiani *vita Tac. 19, 1 (in epistula ficta).* Gr.
- 1680 L. AVTRONIVS PAETVS, consul a. 721 = 33 a. C. *In consulatu: P. Autronius I² p. 66 = D. 6123 fasti Venusini (min. IX) errore ut videtur. L. Aut. in amphora Bull. tr. hist. 1894, 94, 2. — L. Autronius P. f. L. n. Paetus acta triumph. Capitol. I² p. 50 (1). . . tronium Paetus tabula triumph. Barberin. ib. p. 77 (2). Autronius Paet[us] in t. servorum VI 6687 = D. 7467 (3). — Αὐτρώνιος Παίτος Appian. Illyr. 28.*
Probabiliter filius P. Autronii Paeti consulis designati a. 688 = 66 a. C. Caesar kal. Ian. a. 33 a. C. consulatum alterum iniit, sed eodem die magistratu abdicato Autronium sibi suffecit Appian. l. l., fasti Venus.; consul cum L. Volcacio (Tullo) v. supra usque ad kal. Maias cf. fastos Venusinos. Proconsul Africae (a. 29/28 a. C.?) t. 1. XVII k. Septemb. a. 726 = 28 ut videtur ex Africa triumphavit t. 1. 2. — Pistores eius t. 3. Gr.
- 1681 AVTRONIVS TIBERIANVS (Tyferianus *traditur*), senator a. 275, epistula (*ficta*) eius ad Autronium Iustum patrem *vita Tac. 19, 1. 2.* Gr.
- 1682 AVVLNIVS SATVRNIVS, Scythici limitis dux a. 258 *vita Aureliani 13, 1 in actis fictis.* Gr.
- 1683 AVXENTIVS, vir clarissimus, Dianae dedicavit t. VI 124 *cf. 30700; IIII potius quam III saec.* Gr.
- IVLIVS AVR(ELIVS) AVXON LEONIDAS.
- Axidares *v. Exedares.*
- 1684 .. AXILIVS [H]ONORATVS, [e]larissimus] v(ir), cur(ator) r(ei) p(ublicae)


- [C]omens(ium) et Berg(omatium), [tr]ib(unus) laticl(avius) leg(ionis) III, iur(idicus) reg(ionis) Transpad(anae) (*hoc officium postea additum est*) V 8921 t. *mutulus in agro Mediolanensi repertus. Huius filius videtur Axilius Iunior, vir clarissimus, curator Comensium aetate Diocletiani Compt. rend. 1914, 148 = Not. d. sc. 1917, 272. Gr.*
- 1685 Q. Axilius Urbicus, vir perfectissimus, magister sacrarum cognitionum, a studiis et a consiliis Augustorum; patronus Aquileiensium V 8972 = D. 1459 t. *Aquileiensis positus ei publice. St.*
- 1686 AXIVS, leg(atus) pro pr(aetore), fetialis III 248 t. *Ancyranus mutulus; videtur fuisse legatus Galatiae vel Galatiae et Cappadociae. Gr.*
- M. Bassaeus Axius.
- 1687 T. Axius nominatur in fistula plumbea urbana Corneliae Tauri f(iliae) T. Axi (uxoris) XV 7440. *Pater Corneliae videtur fuisse Sisenma Statilius Taurus cos. a. 16 p. C. Gr.*
- 1688 Q. Axius Aelianus, signo Ionius. Tituli: ipse dedicavit Fortunae reduci, Lari viali, Romae aeternae III 1422 (= D. 3636) (1). 1423 (2) *Sarmizegethusenses, ei positus est a colonia Sarmizegethusa III 1456 = D. 1371 (3); memoratur in titulis Mauretaniae Caesariensis VIII 8812 = D. 5965 (4). Ann. ép. 1896, 34 (5). D. 9382 (6).*
- Q. Axius Aelianus t. 1. 2. Q. Axius A. . . . t. 3. Axius Aelianus t. 4—6. Q. f., Palatina t. 3. Signo Ionius t. 1. 2, cf. III 7899 = D. 3849. Eques Romanus t. 3, vir egregius t. 1. 2. 4—6. Curator ad populum viarum Traianae et Aureliae Aeclanensis, procurator ad alimenta per Apuliam Calabriam Lucaniam et Bruttios, procurator rationis privatae provinciae Mauretaniae Caesariensis t. 3, sub Severo Alexandro t. 4—6, item per Belgicam et duas Germanias, procurator provinciae Daciae Apulensis bis vice praesidis t. 3, procurator Aug[g]. t. 1. 2, ubi altera G in Augg. erasa est, eo tempore videlicet, quo binorum damnata memoria imperatorum alius solus regnavit; tituli ergo positi videntur sub Maximino et Maximo quorum nomina imperante Gordiano (III.) erasa sunt. Laurens Lavinus; patronus Sarmizegethusae t. 3.
- Uxor Aelia Romana t. 2. Filius Q. Axius Aelianus iunior (*is qui sequitur*). St.
- 1689 Q. Axius Aelianus iunior (*filius Q. Axi Aeliani*), signo Ionius III 7899 = D. 3849 (1); Axius Aelian[us] ὁ νεώτερος IGR 1, 546 = D. 3849 a (2). *Sarmizegethusae. Aesculapio et Hygieae dedicavit t. 1. 2. St.*
- 1690 AXIVS M., frater Arvalis a. 193 VI 2102 acta Arvalium. Gr.
- 1691 L. AXIVS NASO, proconsul (Cypri) mense Novembri a. p. C. 29 memoratur in t. Cyprio IGR 3, 933 = Ditt. Or. Gr. 583; probabiliter ex posteris L. Axsii L. f. Nasonis III viri monetalis a. c. 73 a. C. (*Babelon Monn. rép. Rom. 1, 247. Grueber Coins of the Rom. rep. 1, 409 sq. n. 3348—3357. CIL I 2^a p. 758 n. 315*). Gr.

— Licinia Axia.

1692 Axia Aeliana, filia Terentii Mus(a)ei et Hydriae Tertullae, clarissimae feminae XII 675 = D. 1208 = Diehl ILChr 1, 178 t. sepulchralis Arelatensis. Nescio an parentela coniuncta cum Azis Aelianis n. 1688. 1689. Parentes et filiam christianos fuisse anaglypha indicant. St.

1693 Azizus, Emesae rex. Ei Agrippa (II, rex Iudaeorum) Drusillam sororem in matrimonium dedit Iudaeorum fidei se addicturo Ios. ant. 20, 139. Paulo post (Antonius) Felix procurator Drusillam amore ita devinxit, ut divortium cum Azizo faceret *ib.* 141 sq. A. 54 Azizus obiit, successit ei Sohaemus frater *ib.* 158, Sampsigerami filius (III 14387^a = D. 8958). St.

— Tyrius Septimius Azizus.



B

- 1 Baba, homo stultus defunctus eodem anno quo imperator Claudius *Sen. epist. 15, 9; apocol. 3, 4.* St.
 - 2 Baburiana, commendata a Frontone Arrio Antonino *Fronto ad am. 2, 8 p. 199 N. (2, 188 Haines).* St.
 - 3 Babur(i)us Celsus, frater Baburae Lucullae *t. Thessalonicensis ed. Duchesne et Bayet, Mission au mont Athos (1876) p. 44, n. 62.* St.
 - 4 Babur(i)a Luculla, uxor Aeli Iacchi, soror Baburi Celsi *t. Thessalonicensis ed. Duchesne et Bayet, Mission au mont Athos (1876), p. 44 n. 62.* St.
 - 5 Bacchius, gladiator celeberrimus Horatii temporibus *Hor. sat. 1, 7, 20 cum schol.* St.
 - 6 Bacchius, philosophus, magister Marci, qui postea imperavit *M. Antonin. εἰς ε. 1, 6.* Bacchius Tryphonis, adoptione Gaii filius, Paphius, philosophus Platonius honoratus a Delphis *paulo ante a. 163 t. Delphicus Bourquet De rebus Delph. p. 36 (cf. 38) = Ditt. Syll.³ 868 B.* St.
 - 7 Badius Comnianus (*scr. fortasse Cominianus*), procurator et vice praesidis agens provinciae Galliae Lugdunensis a. 238 *t. Viducassium XIII 3162 col. II v. 3—6 (imaginem dedit A. Reinach Rev. épigr. 2, 1914 tab. II, cf. p. 159 sq.).* St.
- AFINIA GEMINA BAEBIANA.
- CLAVDIA BAEBIA BAEBIANA.
- 8 [... BAEBIVS? L. f.] *memoratur in t. mutilo urbano sepulcrali VI 1361, quem [B]aebia L. f. Fulvia Claudia Paulina Grattia Maximilla posuit fratri optimo et sibi. Nomen gentile Baebius et praenomen patris supplentur ex nominibus sororis. Honores in t. inverso ordine recensentur: X vir stlitibus iudicandis, quaestor urbanus, tribunus plebis, praetor, proconsul sortitus provinciam Baeticam; num alii honores in t. enumerati fuerint, incertum est. Saec. II ut videtur.* Gr.
 - 9 Baebius, amicus Germanici Caesaris et eius ab epistulis (ὁ ἐμοῦ φίλος καὶ γραμματεὺς) a. 19 p. C. P. *Germ., Sitz. Ber. Berl. 1911, 796 tab. 5.* St.
 - 10 (L. BAEBIVS), *patronus L. Baebi Polybi kalatoris a. 102 VI 31034 laterculus kalatorum pontificum et flaminum; v. infra sub L. Baebio Tullo.* Gr.
 - 11 C. Baebius Atticus, P. f., Claudia (*oriundus igitur videtur ex Iulio Carnico ubi magistratum gessit et tituli gemelli ei positi sunt a civitate Sae-*

- vatum et Laiancorum). Primopilus legionis V Macedonicae, praefectus civitatum Moesiae et Treballiae, praefectus civitatum in Alpibus Maritum, tribunus militum cohortis VIII praetoriae, primopilus iterum, procurator Ti. Claudii Caesaris Augusti Germanici in Norico; II vir iure dicundo Iulii Carnici V 1838 (= D. 1349). 1839 mutilus. *St.*
- 12 L. BAEBIVS AVITVS, L. f., tribu Galeria, praefectus fabrum, tribunus militum legionis X geminae, procurator Imperatoris Caesaris Vespasiani Augusti provinciae Lusitaniae, adlectus inter praetorios VI 1359 = D. 1378. *St.*
- 13 L. Baebius Aurelius Iuncinus. *Tit. Caralitanus X 7580 = D. 1358 semel descriptus non sine mendis. P. Giss. 40 II (1). P. Oxy. 12, 1408 (2). P. Berol. Frisk Bankakten aus d. Faijûm (1931) n. 3 (3).* L. Baebius Aurelius Iuncinus t. . . ιβι . . . Αὐρήλιος Ἰουγκίνος p. 2; [A]ὐρηλίω Βαίβιῳ Ἰουγκεί . . . p. 3; Βαίβι[ο]υ Ἰο[υ]γκίνο[υ] p. 1. L. f. Galeria, vir egregius, procurator bibliothecarum ad sestertium sexaginta milia, procurator ad annonam Ostis ad totidem, praefectus vehiculorum ad sestertium centum milia, deinde ad sestertium ducenta milia, procurator Augusti praefectus provinciae Sardiniae, procurator hereditatum; Laurentium Lavinatum t., praefectus Aegypti p. 1—3, ὁ λαμπρότατος a. 213 p. 1. *Ex posteris sine dubio L. Baebii Iuncini.* *St.*
- 14 L. BAEBIVS CAECILIANVS nominatur in miliaris Pannoniae inferioris III 3706 (1), 3733 (2), in titulis Intercisae rep. D. 9155 (3), *Arch. Ertesitō 1909, 245 = Ann. ép. 1910, 140 (4).* — L. Baebius Caecilianus t. 1. 2. Baebius Caecilianus t. 3. 4. — Legatus Augustorum pro praetore (Pannoniae inferioris) t. 1—4 a. 199 t. 2. *Gr.*
- Aelius Baebius Heliodorus.
- 15 Baebius Hispanus, amicus Plinii, qui ad eum dedit epistolam 1, 24. *Idem fortasse Hispanus Plin. epist. 6, 25.* *St.*
- 16 L. BAEBIVS HONORATVS, proconsul provinciae (Macedoniae) probabiliter paullo ante consulatum *Ann. ép. 1900, 130 t. Beroeae rep.*; consul suffectus cum [M.] Arrecino Clemente II a. incerto sub Domitiano ut videtur XII 3637 t. Nemausensis. *Gr.*
- 17 P. BAEBIVS ITALICVS honoratur publice a Tloensibus titulis TAM 2, 563 = IGR 3, 551 = *Ditt. Or. Gr. 560 = D. 8818 (1) et TAM 2, 564 = IGR 3, 552 acephalo (2); memoratur in t. item Tloensi TAM 2, 557 = IGR 3, 548 (3).*
- Πόπλιος Βαίβιος Ποπλίου υἱὸς Ὁφεντεῖνα Ἰταλικός t. 1. [Π. Βαίβιος Ἰ-] τ[α]λικ[ός] t. 3; in t. 2 nomen perit. *Cursum honorum usque ad legationem Lyciae exhibet t. 1, exhibuit t. 2.* Quaestor Cypri, tribunus plebis, legatus (proconsulis) Galliae Narbonensis, praetor t. 1. Legatus legionis XIII geminae Martiae victricis, donatus bello Germanico (a. 83) a (Domitiano) Augusto coronis aurea murali vallari, hastis puris III, vexillis

III t. 1. 2 (cf. Ritterling Korr. Bl. 16, 1897, 60 sq.). Legatus [Domitiani] Aug. (nomen imperatoris in t. erasum est) pro pr. Lyciae et Pamphyliae t. 1 a. 85 t. 3. — Ab hoc videtur civitatem accepisse Βαίβιος Ἰταλικός Lycius IGR 3, 500 IV 2.

Hunc esse B(a)ebium Italicum, qui Iliada Latinam conscripsit, contendit Kalinka Ztschr. f. d. öst. Gymn. 65, 902; TAM 2, 563 adnot.; Schenkl Rh. Mus. 69, 575 sq. et Cichorius Röm. Stud. 388 Baebium comitem Germanici Caesaris Iliada composuisse statuerunt. [Scriptorem Iliadis eundem esse atque hunc senatorem ideo putaverim, quod in cod. Vindob. Bebius Italicus poeta clarissimus (sc. vir) dicitur; versus 899 sqq. Homeri Latini ad tempus auctoris definiendum minime valent (cf. Vollmer RE 9, 1058), sed etiamsi ante Neronis mortem (a. 68) eos scriptos esse existimes, nihil obstat quominus poeta minus viginti annis post legatus Augusti fuerit. St.] Gr.

18 L. Baebius Iuncinus, L. f., Galeria, praefectus fabrum, praefectus cohortis IIII Raetorum, tribunus militum legionis XXII Deiotarianaе, praefectus alae Asturum, praefectus vehiculorum, iuridicus Aegypti t. Messanensis X 6976 = D. 1434. Oriundus opinor Messana aut omnino a Sicilia; ex maioribus L. Baebii Aurelii Iuncini. Legio XXII Deiotariana post Hadrianum extitisse non videtur. St.

19 Baebius Longus, ex ordine equestri, amicus et condiscipulus Marci, qui postea imperavit vita Marci 3, 8. St.

20 BAEBIVS MACER, consul designatus (primis Traiani temporibus ante a. 105) Plin. ep. 4, 9, 16 sq.; in senatu sententiam dicit ib. 4, 12, 4. Praefectus urbi a. 117 vita Hadr. 5, 5; Attianus praefectus praetorio Hadrianum sub primis imperii diebus (m. Aug. a. 117) per epistulam admonuit, ut Macer, si reniteretur eius imperio, necaretur, sed Hadrianus eum non laesit vita Hadr. l. l.; videtur tamen a praefectura submotus esse.

Plinius ad eum scripsit epistulam de libris moribusque avunculi sui 3, 5. Ex Plinii verbis 'confido tamen haec quoque tibi non minus grata quam ipsos libros futura, quae te non tantum ad legendos eos verum etiam ad simile aliquid elaborandum possunt aemulationis stimulis excitare' fortasse concludere licet Macrum ipsum quoque libris scribendis operam dedisse.

Num idem sit ac Macer proconsul provinciae Baeticae a. 100/101 ut videtur (Mart. 12, 98) vel Macer legatus Dalmatiae, qui a Martiale laudatur 5, 28, 5. 10, 78, fortasse etiam 10, 17, pro certo dici nequit. Gr.

21 Baebius Macer, scriptor rerum (Caesaris et) Augusti Serv. Aen. 5, 556; ecl. 9, 46 (Daniel). Idem ut videtur Bebius Macer, qui fastalia sacrorum scripsit Fulg. serm. 6. Cf. eum qui praecedit. St.

22 Baebius Macer, praefectus praetorio a. 258 vita Aureliani 13, 1 in actis fictis. St.

23 Baebius Macrianus, rhetor, magister Severi Alexandri vita Alex. 3, 3. St.

24 Baebius Maecianus, adfinis Clodii Albini vita Albini 6, 1. St.

- 25 BAEBIVS MARCELLINVS, aedilis (*curulis, nam praetexta eius memoratur*) c. a. 205 in causa Aproniani proconsulis Asiae a senatu damnatus et statim interfectus *Dio-Xiph.* 76, 8, 6. 7; 9, 1. 2; causa mortis eius fuit Pollenius Sebennus *ib.* 9, 2; quattuor liberos reliquit *ib.* 9, 1. — *Fortasse idem ac Baebius M. . . . , qui nominatur in actis lud. saec. a. 204 VI 32331. Gr.*
- 26 BAEBIVS MASSA, a. 70 e procuratoribus Africae *Tac. h.* 4, 50. Delator, optimo cuique exitiosus *ib. Iuvenal.* 1, 35 *cum schol.* (*ubi vera et falsa permixta sunt*). *Apoll. Sidon. epist.* 5, 7, 3. A Plinio et Herennio Senecione advocatis provinciae Baeticae a senatu datis (proconsul *sine dubio* Baeticae) accusatus et damnatus est *Plin. ep.* 3, 4, 4. 6; 6, 29, 8; 7, 33, 4—8, a. 93 *Tac. Agr.* 45. *Idem videtur* Massa nummorum fur *Mart.* 12, 29, 2. *St.*
- 27 Baebius Probus, natione Baeticus (*a Baebio Massa opinor civitate donatus*), minister Caecili Classici, proconsulis Baeticae, a Plinio et Luceio Albino accusatus in quinquennium relegatus est *Plin. epist.* 3, 9, 12—17. *St.*
- 28 CN. BAEBIVS TAMPILVS VALA NYMONIANVS, Cn. f., quaestor, praetor, pro consule, III vir aere argento auro flando feriundo VI 1360 = D. 903 *t. sepulchralis ut videtur, inter viam Appiam et Latinam rep. Baebium vigintiviratu praetorium functum esse statuit* Brassloff *Herm.* 39, 626, *sed potest hoc munus extra ordinem positum fuisse.* — *Ex gente nobili Baebiorum Tamphilorum ortus videtur; parentela nescio qua coniunctus cum (C.) Numonio Vala legato Vari in Germania.* — *Quid sibi velit vocabulum viro in fine t. positum, nescio. Gr.*
- 29 L. BAEBIVS TVLLVS, proconsul Asiae sub Traiano *inter a. 102 et 114, cum Traianus in nummis appelletur Germanicus Dacicus nondum Optimus. Memoratur in t. Smyrnaeo CIG 3147 = Ditt. Or. Gr. 478 = IGR 4, 1412:* Τραιανού ὕδατος ἀποκατασταθέντος ὑπὸ Βαιβίου Τοῦλλου ἀνθυπάτου, *in nummis a) Sardianis, qui in aversa exhibent inscriptionem ἐπὶ Λου. Βαι. Τοῦλλου ἀνθυπάτου Σαρδιανῶν Babelon Coll. Wadd. 5251, melius Imhoof-Blumer Kleinasiat. Münzen 1, 184 n. 4 cf. Br. Mus. Lydia p. CIII (errore priores legerunt [Π]ουβλι[κίου] vel [Π]ουβλι[λίου] vel Λου. Καί. Τοῦλλου cf. Waddington Fast. As. n. 116) b) Thyatirenorum in parte aversa cum inscriptione ἀνθυπά. Τοῦλλω Θυατειρη[ῶν] Rev. suisse de numism. 14, 1908, 21, 3.*
Consul suffectus a. inc. quindecim fere vel sedecim annis ante proconsulatum. Fortasse pontifex, si L. Baebius Polybius kalator a. 102 (VI 31034) eius libertus fuit. Gr.
- 30 Baebius Valerius Firmus, ὁ κράτιστος, *honoratus publice t. Philippensi Strzygowski Byz. Ztschr.* 11, 489 = Πρακτικά 1913 (1914), 207. *St.*
- CLAVDIA BAEBIA BAEBIANA.
- 31 [B]AEBIA FVLVIA CLAVDIA PAVLINA GRATIA MAXIMILLA, L. f., fratri et sibi posuit *t. sepulchralem VI 1361 (cf. n. 8).* *Gr.*

- 32 Baebia Galla, T. filia, (Q. Licinii) Silvani Graniani (procuratoris Augusti uxor), flaminica provinciae Hispaniae citerioris *t. Tarraconensis Ann. ép. 1929, 232 positus ab eodem qui t. Tarraconensem II 4226 = D. 2714 a marito dedicavit.* St.
- Aelia Baebia Heliodora.
- 33 Baebia Nigrina, M. f., T. Vivi Vari consularis sororis filia *t. Brixianus V 4324. T. Vibius Varus cos. ord. a. 134.* St.
- 34 L. BAEBIA SALLVSTIA CRESCENTILLA, clarissima femina, coniunx (L.) Crepereii Rogati clarissimi viri VI 1398 = D. 1204; *fuit sub finem III vel initio IIII saec.* Gr.
- 35 Baetoris (*pro Βαιτόριος libri praebent βαιτόριος vel βαιτόριδος*), Sugamber, pater Deudorigis, frater M(a)elonis *Strabo 7, 292.* St.
- 36 **Sex. Baius Pudens.** *Tituli: ipse posuit Caesariensem Mauretaniae VIII 20961 (1), nominatur in Rapidensibus VIII 20834 (= D. 6885) (2). 20835 (3), in titulo libertorum ib. reperto VIII 21007 (4), in fistula plumbea rep. prope Cures Not. d. sc. 1928, 385 (5), ib. repertus t. eius sepulcralis IX 4964 = D. 1363 (6). Huius esse t. urbanum VI 31870 coniecit Dessau ad XIV 289* d, explevit Domaszewski Rangordn. 227 (7). Sex. Baius Pudens t. 5; ... x. Baius Pude... t. 1; Sex. Ba... t. 6; Baius Pudens t. 4; Baius .udens t. 2. ... Bai... t. 7.*
- Procurator Aug.... item .. Norici Raetiae Vindelic[iae Maur]etaniae Caesar(iensis) t. 6; [proc.] Belg[icae et duar. Germ. Norici Raetiae Vinde]ll. Tingi[tan.] t. 7; procurator Augusti (Mauretaniae Caesariensis) t. 4; vir egregius, procurator Augustorum (*M. Antonini et L. Veri intra a. 167 et 169*) et praeses t. 2. 3, p. p. t. 5, *vix praefectus praetorio, quoniam in titulo eius sepulcrali hoc officium non commemorari videtur.* Uxor Septi[mia....], filia Baia P.... t. 6. St.
- 37 Baia P[udentilla?], filia Sex. Bai Pudentis IX 4964 = D. 1363. St.
- P. Servilius Balatro.
- ATILIA BALBILLA.
- Iulia Balbilla.
- L. SEPTIMIA PATAVINIANA BALBILLA TYRIA NEPOTILLA ODAENATHIANA.
- 38 Balbillus, astrologus Neronis *Suet. Nero 36. Potest idem esse Barbillus astrologus, in cuius gratiam Vespasianus Ephesiis certamen permisit Dio exc. 66, 9, 2. Inde frequentissime in titulis commemorantur Βαλβίλληα sive Βαρβίλληα Ephesia. Fragmenta operis astrologici Balbilli vel Barbilli eiusdem sine dubio invenies in codicibus quibusdam Boudreaux Catal. codic. astrol. Gr. 8, 3, p. 103 sq.; Cumont ib. 8, 4 p. 233; RE Suppl. 1 p. 240; Mél. d'arch. et d'hist. 37, 33—38. Quod existimant plerique viri docti hunc astrologum eundem esse ac Ti. Claudium Balbillum praefectum Aegypti id neutiquam credibile mihi videtur.* St.
- Ti. Claudius Balbillus.

— CL. BALBINA.

39 Balbinus *Hor. s. 1, 3, 40*, adulescens nobilis *Ps. Acro, num recte dubito.*
St.

— ARRIVS BALBINVS.

— (Aurelius) Balbinus.

— IMP. CAESAR D. CAELIVS CALVINVS BALBINVS AVG.

— P. COELIVS BALBINVS VIBVLLIVS PIVS.

— D. CVTIVS BALBINVS M. CORNELIVS POTITVS L. ATTIVS IVNIANVS ROMVLVS.

— Du. Balbinus.

— NAEVIVS BALBINVS AQVILINVS.

— L. SAENIVS [BALBINVS].

— L. VALERIVS POPLICOLA BALBINVS MAXIMVS.

— M'. VIBIVS BALBINVS.

40 Balbus, agrimensur, cuius expositio et ratio omnium formarum ad Celsum scripta *Schr. röm. Feldmesser 1, 91—108 Lachm. (particulam quandam ed. Hultsch metrolog. script. 2, 57—59)*. 'Clara sacratissimi imperatoris nostri expeditio' eum a scribendi festinatione seduxit (*p. 92*), 'postquam maximus imperator victoria Daciam proxime reseravit, ego ad studium meum . . . reversus multa . . . recollegi' (*p. 93*), *interfuit ergo bello Dacico Traiani sine dubio, cf. Mommsen Schr. 5, 146 sqq. Eundem esse Balbum mensorem, qui affertur in libro coloniarum I p. 40. 126, cf. 110, 1 Pais, luculenter demonstravit Mommsen l. l. 172 sq., quamquam in subscriptione huius libri cod. Arcerianus (cf. Thulin Abh. Berl. Ak. 1911 Anh.) exhibet (p. 68 Pais)* 'huic addendas mensuras limitum et terminorum ex libris Augusti et Neronis Caesarum, sed et Balbi mensuris, qui temporibus Augusti omnium provinciarum et formas civitatum et mensuras compertas in commentariis contulit et legem agrariam per diversitates provinciarum distinxit ac declaravit', *inde Ps. Boethius demonstratio artis geom. p. 402 L. 'iubente Augusto Caesare Balbo mensuris, qui' cet., cf. p. 403 et Cassiodor. var. 3, 52.*

Balbus scripsit igitur Traiani temporibus expositionem illam quasi prooemium quoddam operis, ex quo promptus videtur liber coloniarum additis nonnullis postea locis. Eiusdem censuit Mommsen l. c. 150 sq. librum de asse minutisque eius portiunculis, sed argumentis certis huic Balbo abiudicavit Hultsch l. c. 2, p. 14 sqq., alia interpolata ib. p. 123—125. St.

— M'. ACILIVS BALBVS SABINVS.

— M. ANTONIVS BALBVS.

— C. ARRVTANVS BALBVS.

— C. COCCEIVS BALBVS.

— *C. COELIVS BALBVS.

— Cornelius Balbus.

— L. CORNELIVS BALBVS.

- DOMITIVS BALBVS.
- Q. FABIVS BALBVS.
- Q. FLAVIVS BALBVS.
- **P. Gavius Balbus.**
- IVLIVS BALBVS.
- Q. IVLIVS BALBVS.
- IVNIVS BALBVS.
- **C. Iunius Balbus.**
- D. LAELIVS BALBVS.
- L. MINDIVS BALBVS.
- NONIVS BALBVS.
- M. NONIVS BALBVS.
- L. NORBANVS BALBVS FLACCVS (?).
- C. PACCIVS BALBVS.
- Q. POMPEIVS BALBVS.
- L. POPILLIVS BALBVS.
- C. VALERIVS FLACCVS SETIVS BALBVS.

41 **Ballista** (Callistus *Syncell.* 716. *Zonar.* 12, 23, qui eundem sine dubio intellegit, quem ipse 12, 24 et auctor vitae *Valer.* 4, 4 *Ballistam* nominant; hoc nomen signum esse arbitratus est *Domaszewski Philol.* 1906, 351, 34, vel potius agnomen militare, quod ut designari videatur apud *Orac. Sib.* 13, 169 *lectionem emendavit Rzach RE 2 A, 2160**), praefectus (praetorio) *Valeriani tyr. trig.* 12, 1, postea *Macriani vita Gall.* 3, 2; *tyr. trig.* 14, 1; 18, 13; *Macrianus eum praefectum equitum fecit Zonar.* 12, 24 (ἵππαρχον, *vix recte*). *Valeriano capto a Persis a. 261 (vita Gall.* 1, 2, immo a. 260, cf. *RE 7, 254 sqq.*) auctor fuit *Macriano*, ut cum filiis imperium sumeret *tyr. trig.* 12, 14, 1; *vita Gall.* 1, 3.

Persas aggressus una cum Odaenatho vicit vita Valer. 4, 4. *Syncell.* l. l. *Zonar.* 12, 23. *Macrianus et filius maior dum Illyricum petunt (vita Gall.* 2, 5), *Quietum in Oriente cum Ballista relinquunt; at clade Macrianorum nuntiata multi ad Gallienum defecerunt, in iis Odaenathus, qui Ballistam et Quietum apud Emesam devictos occidit Zonar.* 12, 24. *Tyr. trig.* 14, 1, cf. *Petr. Patr.* 167 *exc. de sent.* p. 266 B. *Vita Gall.* 3, 1. 2. *Ballistae iussu Quietus interfectus est vita Gall.* 3, 2. 4, *quaeritur num recte. Ballistam imperium usurpasse dubitanter tradit auctor tyr. trig.* 15, 4; 18, *plane fictum.* St.

- 42 **Ballomarius**, rex *Marcomanorum circa a. 166* cum decem aliis legatis ad *Iallium Bassum praesidem Pannoniae (superioris) missus pacis petendae causa Petr. Patr. exc. de legat.* 2, 391, 6 (*ex Dione, cf. ed. Boiss.* 3, p. 250 sq.). St.
- 43 **P. BALSAMIVS SABINIANVS**, c(larissimus) i(uvenis?) — *traditur c(larissimus) p(uer) vel v(ir) c(larissimus) vel C* —, trib(unus) laticl(avius), filius *Aurelii*

- Sabiniani procuratoris Dalmatiae, *honoratur t. Salonitano male descripto III 1985 corr. 8571. Fortasse saec. IIII.* — Balsamiorum concordia praedicatur in *t. Africano Ann. ép. 1926, 30.* Gr.
- 44 Banadaspus, rex Iazygum, quia legationem de pace petenda ad imperatorem Marcum miserat, a suis in vincula coniectus *Dio 71, 16, 1 (= exc. de leg. 2, 432 sq., 60).* St.
- 45 Baobas (?), rex Libyae anno p. C. 12 ad ludos a Germanico Caesare edendos elephantos misit *Philo de ratione animal. 27.* St.
- P. BARRONIVS BARBA.
- SVLPICIVS LVCRETIVS BARBA.
- 46 BARBARVS consularis memoratur in *t. mutilo Pergameno IGR 4, 494 aetatis fortasse Hadriani.* Gr.
- 47 Barbarus, rhetor graecus aetate Augusti *Sen. suas. 1, 13; contr. 2, 6, 13.* St.
- 48 Barbarus. Ad eum epistula (Cn. Domiti) Corbulonis (*legati Syriae ca. a. 60—62*) de portoriis Palmyrenorum *Ditt. Or. Gr. 629, 169. Procurator videtur provinciae Syriae.* St.
- 49 Barbarus, civitatis decurio, quem Scorpionem prae morum acritudine vulgus appellabat *Apul. metam. 17—21.*
- C. ATILIVS BARBARVS.
- M. (CEIONIVS) CIVICA BARBARVS.
- Q. FABIVS BARBARVS VALERIVS MAGNVS IVLIANVS.
- **Q. Gabinius Barbarus.**
- **P. Rubrius Barbarus.**
- T. SABINIVS BARBARVS.
- T. STATILIVS BARBARVS.
- 50 M. BARBATIVS POLLIO aedilis curulis Iturnai sacrum rest(ituit) puteal in foro Romano VI 36807 = D. 9261. *Fortasse idem ac Barbatius Pollio, quem memorat Cic. Phil. 13, 2, 3: addite illa naufragia Caesaris amicorum Barbatios Polliones, neque diversus M. Barbatius q(uaestor) p(ropraetore) a. 713 = 41 a. C., cuius extant nummi cum imaginibus M. et L. Antoniorum et Caesaris Babelon Monn. rép. 1, 175 sq. 256. Grueber Coins 2 p. 489—491. Bahrfeldt Röm. Goldmünzenpräg. 76 sq. n. 77. 78. 81, cf. App. b. c. 5, 31, 120 sq. Alius putandus est Barbarius (Barbatius corrigitur sine iusta causa) Philippus dig. 1, 14, 3. Suid. s. Βάρβιος Φιλιππικός; cf. Ribbeck Senatores Rom. qui fuerint id. Mart. a. 710 p. 47 sq. Fischer Senatus Rom. qui fuerit Aug. temp. p. 20.* Gr.
- (L.? VALERIVS) MESSALLA BARBATVS.
- M. VALERIVS MESSALLA BARBATVS APPIANVS.
- Barbillus v. Balbillus.
- .. [B]ARBIVS ... [FV]LVIVS ... AEMILIANVS v. *infra sub Fulviis.*
- 51 Barbius Proculus, tesserarius speculatorum, a. 69 praetorianos in Galbam concitavit *Tac. h. 1, 25. Phil. Galba 24.* St.

— GNAEA SEIA HERENNIA SALLVSTIA ORBA BARBIA ORBIANA.

- 52 BARBVLA, dux partium M. Antoni in pugna Actiaca, captus a Marco quodam Caesaris duce, quem proscriptum a. 43 a. C. a triumviris servaverat, ipse servatus est; postea ambo consules simul fuerunt *Appian. b. c. 4, 49, qui quamquam dicit ἦρξαν τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἐν ἄστει cave putes consules ordinarios fuisse; neque enim id consulum par aliunde innotuit. Barbula antiquissimis temporibus cognomen fuit gentis Aemiliae. St.*
- 53 Barchochebas (*id est 'filius stellae'*) *Iustin. Martyr. apol. 1, 31, 6 (= Euseb. h. e. 4, 8, 4). Euseb. h. e. 4, 6. Hieronym. adv. Rufin. 3, 31, vel Chochebas (= stella) Euseb.-Hieronym. chron. Ol. 228 p. 201 b H.; arm. 220 K.; Syncell. 660. Hieronym. vir. ill. 21; in Daniel. 10, 9 Migne 25, 553. Oros. 7, 13, 4; quae in libris talmudicis traduntur collegit S. Krauss Mon. Talm. 5, 1), dux Iudaeorum anno duodevicesimo (= 134/5) Hadriani (Euseb. hist. eccl. 4, 6) rebellantium Iustin. Euseb. Hieronym. Syncell. Oros. Eundem esse, qui in nummis Iudaicis hoc tempore cisis (in iis denarii Romani recus) partim stellam repraesentantibus Simon dicitur princeps Iudaeorum, viri docti iam pridem viderunt quamquam alii dubitant. Seditio orta est Q. Tineio Rufo legato Iudaeae (a. 132) Euseb., oppressa a Sex. Iulio Severo (a. 135) Dio-Xiph. 69, 13. 14. Barchocheba poena affectus est Euseb. hist. eccl. 4, 6. Cf. Schürer Gesch. d. jüd. Volkes I⁴, 682—698; nummi ib. 765—772. Br. Mus. Palaestine p. CIV—CVIII. 284—316. Head HN² 810. St.*
- 54 Bardesanes, Edessenus *Epiphani. haer. 56, 1; inde Πάρθος Iul. Afr. tact. c. 29 p. 300 Thevenot (vet. math.); Σύρος Euseb. praep. evang. 6, 9, 32. Theodoret. haeret. fab. 1, 22 (Σύρος ἐξ Ἐδέσης); Βαβυλώνιος Porphy. de abst. 4, 17; vir Babylonius Hieronym. adv. Iovinian. 2, 14; Ἀρμένιος Hippol. philos. 7, 31, 1 (idem fortasse significatur Ἀρδησιάνης ib. 6, 35, 7); sed cf. Nau in ed. libri legum regionum p. 492 sq.*

Natus a. p. C. 154 d. 11 Iul. *chron. Edess. p. 90 Hallier*, educatus in aula regia cum Abgario (*supra A 8*) rege Osroenorum *Epiphani. l. c. 56, 3. Iul. Afr. l. c.* Legati Indorum ad imperatorem Elagabalum (Ἀντωνίνου τοῦ ἐξ Ἐμίσιων ἐν τῇ Συρίᾳ) missi eum convenerunt *Porphy. l. l., de styge ap. Stob. 1, 3 (4), 56 (1, p. 66 sq. Wachsm.); cf. Hieronym. l. l.; Superstes Abgario vixit usque ad tempora Ἀντωνίνου Καίσαρος (οὐ τοῦ Εὐσεβοῦς καλουμένου ἀλλὰ τοῦ Οὐήρου) (immo Elagabali) Epiphani. l. l.; ἐν τοῖς Οὐήρου Μάρκου Καίσαρος ἤκμασε χρόνους Theodoret. l. l.; Mos. Chor. 2, 66 floruit sub ultimo Antonino, cf. Porphy. de abst. l. l. ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν γερονώς. Obiit a. 222 p. C. (a. 533 aerae Seleucidarum) *Bar Hebraeus chron. eccl. p. 526 Nau in ed. s. s.**

Scriptis inter multa alia dialogum de fato (περὶ εἰμαρμένης) ad Marcum Antoninum (*vix recte*) persecutionis christianorum tempore datum, quem ut alios libros eius (*Theodoret. l. l.*) sectatores e syro sermone in graecum verterunt *Euseb. hist. eccl. 4, 30. Hieronym. vir. ill. 33*, quamquam et ipse

doctrina graeca imbutus erat *Epiphani. l. l. Ille dialogus a nonnullis viris doctis idem putatur atque Bardesanis liber de legibus regionum, cf. Christ-Stählin 2^o, 1265 sqq.; huius libri, qui sermone syriaco conceptus extat (W. Cureton Spicilegium Syriacum 1885; versio Germanica ap. A. Merz Bardesanes 1863; textum syriacum cum versione latina ed. Nau, 1907, Patrol. Syr. 1, 2, 490—658), fragmenta graeca tradunt Euseb. praep. evang. 6, 10. Ps. Clem. recogn. 9, 19 sq. alii. Commemoratur praeterea Hieronym. chron. 237. Ol. p. 206 fH.; epist. 70, 4, 2; comm. in Na(h)um 1, 4; in Oseam 2, 10. Diodor. Tars. ap. Phot. bibl. 223 p. 208 b. 222 a. — De vita et scriptis eius egerunt Harnack *Altchristl. Lit.* 1, 184—191. Nau l. l. et *Dict. Théol. cathol.* 2, 391—398.*

Filius Harmonius *Sozom. hist. eccl.* 3, 16. *Theodoret. l. l.* St.

— Q. MARCIUS BAREA.

55 BAREA SORANVS, consul a. 52. Barea Soranus *Tac. a.* 12, 53; 16, 21. 23; h. 4, 10. Soranus a. 16, 30 sqq.; h. 4, 7. 40. Barea *Iuvenal.* 3, 116; 7, 91. Soranus Barea *schol. Iuvenal.* 1, 33. Barea Soranus *ib. ad* 6, 552. Σωρανός *Dio exc.* 62, 26, 1. 3, Σωρανοῦ traditur *ib.* 2; fortasse fuit e gente Marcia, Barea enim cognomen in hac gente invenitur; potest fuisse frater Q. Marci Barea Surae, cuius filiam Marciam Furnillam Titus qui postea imperavit in matrimonium duxit (*Vespasiano cum Sorano amicitiam fuisse tradit Tac. h.* 4, 7). Alii propter nomen filiae Serviliae genti eum attribuunt. — Καὶ γένους καὶ πλούτου τῆς τε συμπάσης ἀρετῆς (ἐς) τὰ πρῶτα ἀνήκων *Dio* 62, 26, 1. Consul designatus a. 52 Pallanti praetoria insignia et centies quinquagies sestertium censuit *Tac. a.* 12, 53 (*cf. supra* A 858); consul ergo *suffectus eodem anno cum Fausto Cornelio Sulla Felice, qui fasces tenuit per integrum annum. Proconsul Asiae Tac. a.* 16, 23. 30 portui Ephesiorum aperiendo curam insumpsit vimque civitatis Pergamenae prohibentis Acratum Caesaris libertum statuas et picturas avehere inultam omisit *ib.* 16, 23 *cf.* 30 (*de Acrato Tacitus loquitur sub a.* 64 *ib.* 15, 45). Ex mentione amicitiae, quae ei cum Rubellio Plauto (*in Asia interfecto a.* 62) fuerat, nequaquam certe concludere licet Barea a. 61/62 provinciae praefuisse; probabiliter Asiam rexit ante a. 63/64, nam proconsules annorum 63—66 noti esse videntur. Nero ei olim infensus *Tac. a.* 16, 21. 23. A. 66 grandis aevo ab Ostorio Sabino accusatur; crimini datur amicitia Rubellii Plauti et quod proconsulatum Asiae popularitate sibi potius adcommodatum quam ex utilitate communi egisset, alendo seditiones civitatum; vetera haec, sed recens crimen obiectum est, quod Servilia filia, Annii Pollionis a. 65 in exilium acti uxor, pecuniam magis dilargita esset. Ex amicis Sorani unus Cassius Asclepiodotus Nicaenus reum non deseruit, alius P. Egnatius Celer philosophus cliens Sorani falsum testimonium in eum edixit. Damnatus est cum filia mortis arbitrio dato *Tac. a.* 16, 21. 23. 30—33; h. 4, 10. 40. *Dio exc.* 62, 26, 1—3, qui rem sub a. 65 paululum diverse narrat. 'Stoicus occidit Barea, delator

- amicum discipulumque senex' *Iuvenal.* 3, 116 sq. cum scholiis cf. schol. 1, 33 (errore ib.: alii philosophum Traiani dicunt, qui Baream senatorem detulit et damnavit), ad 6, 552: Egnatium philosophum significat, qui filiam Bareae Sorani, quamquam ipse ad magicam discendam esset hortatus, detulit Neroni, ob quam rem mori cum patre iussa est a Nerone. — Amicus Rubellii Plauti *Tac. a.* 16, 23, 30, Vespasiani *Tac. h.* 4, 7. Gr.
- Q. MARCIUS BAREA SVRA.
- 56 P. BARRONIVS BARBA, aedilis curulis grados refecit VI 31602 = D. 5562 t. urbanus; ultimis liberae rei publicae temporibus ut videtur. Gr.
- 57 Barrus (traditur Baros), scurra, qui Gargonio rem venustissimam dixit *Sen. controv.* 1, 7, 18. Idem videtur Barus homo maledicus *Hor. sat.* 1, 7, 8 cum schol., diversus *Hor. ib.* 1, 6, 30. St.
- 58 Barsemias, rex Hatrenorum Pescennio Nigro a. 193 sagittarios auxilio misit *Herodian.* 3, 1, 3, id quod postea Septimius Severus causam praetendens belli contra Orientis gentes profectus est *id.* 3, 9, 1. De Hatra a Severo bis (anno 198 et 199) frustra obsessa *Dio-Xiph.* 68, 31, 2; 74, 11, 2; 75, 10, 1. 11. 12. 13, 1. St.
- 59 BASILA (ΕΑΣΙΛΑ traditur), legatus Aug. pr. pr. Galatae ut videtur imperante Tiberio CIG 4039 = *Ditt. Or. Gr.* 533; probabiliter idem atque T. Helvius Basila, cf. *Rostowzew Mël. Boissier* 422. Gr.
- T. HELVIVS BASILA.
- AVRELIVS BASILEVS.
- M. Aurelius Basileus.
- Iulius Basilianus.
- 60 Basilides, sacerdos dei Carmeli a. 69 Vespasianum cunctantem spe imperii confirmavit *Tac. h.* 2, 18, cf. *Suet Vesp.* 5, 6. St.
- 61 Basilides, e primoribus Aegyptiorum, quem Vespasianus a. 70 in aede Serapidis Alexandriae respicere sibi visus est *Tac. hist.* 4, 82; de Basilide liberto *Suet. Vesp.* 7, 1 eandem rem narrat. Nota in edicto C. Vergili Capitonis praefecti Aegypti a. 49 commemorari Basiliden Caesaris libertum, *Ditt. Or. Gr.* 665. St.
- 62 Basilides, Scythopolitanus, philosophus, magister Marci Caesaris *Euseb.-Hieronym. chron.* 232. *Ol. p.* 203 b H.; *arm. p.* 221 K.; *Syncell.* 663. Diversus videtur Basilides stoicus *Sext. Emp. adv. dogm.* 2, 258, cf. *Zeller Philos. d. Griech.* 3, 2³, 7 sq., 6. St.
- Gallonius Basilus.
- 63 BASILO (casu genetivo Βασίλοῦς t.), (Iulii) Proculi consularis uxor, Iulii Pisonis mater t. *Ephesius ineditus.* Gr.
- 64 Basilus, caudicus pauper *Iuvenal.* 7, 145—147, qui sociorum affert mortem *id.* 10, 222; advocatus praevaricator *schol. Iuvenal.* 10, 222. St.
- 65 BASSA, (Q.) Vitelli (uxor), pro Q. Vitellio Q. f. filio suo Iunoni Lucinae votum solvit VI 359 = D. 3104. Maritus Bassae fortasse Q. Vitellius qui memoratur *Tac. a.* 2, 48. Gr.

— GEMINIA BASSA.

— ROSCIA BASSA.

— RVBELLIA BASSA.

— Umbricia Bassa.

66 **Bassaeus Astur**, praeses (Arabiae), pater M. Bassaei Asturis, cui positus est t. *Bostrenus Princeton Univ. Syria 3 A 231, 531*; ad saec. III fere medium pertinere videtur. — Bassaeus Astur nescio quis nominatur in *frustulo Beneventano IX 1763*. Gr.

67 M. Bassaeus Astur, Bassaei Asturis praesidis (Arabiae) filius, v. sub patre. Nescio an idem fuerit Ἀστούριος senator aetatis Gallieni, christianae religioni addictus, quem memorat *Euseb. hist. eccl. 7, 15, 16. 17*; v. supra A 1269. Gr.

68 **M. Bassaeus Axius**, M. f., Palatina, procurator Augusti viae Ostiensis et Campanae, tribunus militum legionis XIII geminae, procurator (patrimoni) regionis Calabrica; patronus coloniae (Puteolanorum), curator rei publicae, II vir; omnibus honoribus Capuae functus, patronus coloniae Lupiensium; patronus municipii Hudrentinorum X 1795 = D. 1401 t. *Neapoli rep., origine fortasse Puteolanus*. St.

69 **M. Bassaeus Rufus**. *Tituli urbanus VI 1599 (et 31828) = D. 1326 (1), Ostiensis dedicatus a vigilibus XIV 4500 (2), Celeianus III 5171 (3), epistula eius et Macrinii Vindicis ad Saepinates IX 2438 (4). Papyri BGU 903, cf. Wilcken Hirschfeld-Festschr. 127 (1). PSI 1 p. 169 ad n. 107 (2); 3, 161 (3).*

M. Bassaeus Rufus t. 1. 2; Bassaeus Rufus t. 4. P. 1—3. *Dio exc. 71, 5, 2, 3. . . . assaeus Rufus t. 3; Bassaeus Philostr. v. soph. 2, 1, 11, M. f. St[el-latina] t. 1, tenui loco ortus, educationis expertus Dio l. l. Idem videtur designari v. Avid. Cass. 14, 8 'praefectus praetorii nostri philosophi . . . mendicus et pauper, sed subito dives factus'. Primpilus bis, tribunus cohortis V vigulum, tribunus cohortis X urbanae, tribunus [cohortis . . .] praetoriae, procurator Asturiae et Gallaeciae t. 1, procurator regni [Nori]ci t. 1; [proc. Au]g. (Norici) t. 3, procurator Belg[icae et du]jarum Germaniarum, procurator a rationibus t. 1, praefectus vigulum t. 2; praef. [vig.] t. 1, a. 168, d. 10 m. Martii t. 2, praefectus Aegypti t. 1; ὁ λαμπρότατος ἡγεμῶν p. 3; ὁ λαμπρότατος ἡγεμονεύσας p. 1. 3, a. 168/9 p. 1—3, praefectus praetorio imperatorum M. Aureli Antonini et L. Aureli Veri (mortui mense fere Febr. 169) et L. Aureli Commodi Augustorum t. 1; praefectus praetorio, eminentissimus vir, collega Macrin(i)o Vindice t. 4; praefectus imperatoris Marci bello Marcomannico *Philostr. l. l. Dio, cf. vita Avid. Cass. l. l.*, consularibus ornamentis honoratus et ob victoriam Germanicam et Sarmaticam Antonini et Commodi Augustorum (a. 177 Commodus Augustus appellatus est) corona murali vallari aurea hastis puris IIII totidemque vexillis obsidionalibus donatus t. 1. [Huic (mortuo, ut videtur, cf. Mommsen St. R. 1³, 451, 1) se]natus auctoribus imp. Antonino et*

[Comm]odo Augg. statuam armatam in foro [divi Traia]ni et aliam civili
70 amietu in templo [divi Pii et] tertiam loriatam in tem[p]lo Martis Ultoris?
po]nendas [censuit.] *t. 1.* St.

...a Bass[ia]na, filia Bassi, vice prae[fectorum praetorio?] *t. Milia-*
nensis VIII 9611. St.

— IALLIA BASSIANA.

— IVLIA SOAEMIAS BASSIANA AVGVSTA.

— Bassianus = IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS AVG. (Elagabalus) *v.* (VA-
RIVS) AVITVS.

— AELIVS BASSIANVS.

— T. ARRIVS BASSIANVS.

— (Iulius) Bassianus.

— M. IVLIVS GESSIVS BASSIANVS.

— Q. POMPE[IVS] BASSIANVS.

— (SEPTIMIVS) BASSIANVS = IMP. CAES. M. AVRELIVS SEVERVS ANTONINVS
(Caracalla).

— VALERIVS BASSIANVS.

— M. ARRANIVS VENVSTVS BASSILIANVS.

71 P. Bassilius Crescens, P. filius, tribunus cohortis I Germanorum, pro-
curator ludi matutini, procurator annonae Augusti Ostis XIV 160 = D.
1428 *t. Ostiensis.* St.

72 BASSILLA, C. Pomponii Rufi Acilii Coelii Sparsi consulis, proconsulis
Africae (*a. 113*) uxor, memoratur in *t. Africano a marito posito Ann. ép.*
1918 *n. 34 = Gsell Inscr. Lat. de l'Algérie 1, 1282.* Gr.

— GAV[IA?] BASILLA.

— [P]OBLICIA BASSILLA TORQVATA.

— POMPONIA BASIL(L)A.

73VS BASSIL[LVS] (*vel* Bassillianus), loco M. Popili Pedonis salius
Palatinus cooptatus *a. inc. VI 1977 fragm. fastorum saliorum; haud scio*
an idem sit M. Arranius Venustus Bassilianus (*supra A 1071*). Gr.

74 Bassinus, filius Terentiani, qui ad eum et Novatum generum dedit opus
de syllabis *Gr. Lat. 2, 305; 6, 334.* St.

— Cocceia Bassula Numisia Procula.

— M. Pomponius Bassulus.

— M. Pomp(onius) Bassulus Longinianus.

75 BASS[VS] *sive* BASS[IANVS], (tribu) [Ve]t(uria?), [prae]f(ectus)
aer(arii) militar(is), [pro]co(n)s(ul) Lyci[ae et Pamphyliae], riorum
..... vinat (*de supplemento curator reipublicae Aquinatium vel Urvi-*
natium cogitant editores), qu[ae]stor pro praetore? [pro]co(n)s(ulis?) Po[n]ti
et Bithyniae?] *t. urbanus mutilus VI 31696.*

Titulus si modo recte restitutus est, Bassus quaestor Ponti et Bithyniae
fuerit necesse est non post divos fratres, proconsul Lyciae et Pamphyliae

- non ante imp. Marci Commodique commune imperium; potest igitur idem esse ac C. Pomponius Bassus Terentianus, qui aetate Commodi ut videtur Lyciam et Pamphyliam gubernavit. Gr.
- 76 BASSVS. Septimius Severus (*m. Iulio ut videtur*) a. 193 Roma in orientem profectus Domitium Dextrum in locum Bassi praefectum urbi reliquit *vita Sev.* 8, 8; fortasse idem atque Bassus Severi amicus, ab eo ditatus *epit. de Caes.* 20, 6. Cf. n. 86. Gr.
- 77 BASSVS, consul a. 211 cum Terentio Gentiano *fasti*. Idem videtur atque Pomponius Bassus ab Elagabalo interfectus; v. *infra sub Pomponiis*. Gr.
- 78 BASSVS, consul a. 259 cum Aemiliano *fasti* (Basso II *fasti Vindob. priores Chron. min.* 1, 289, *cod. Sirmond. Victorii Aquit. ib.* 706; errore Βολουσιανός τὸ β' *chron. Pasch. ib.* p. 228). Gr.
- 79 BASSVS, consul cum Diale idibus Martis a. inc. XIII 3163 cf. *ib. pars 4 p. 38 t. in Gallia Lugudunensi rep.*; hos consules ab imp. Postumo nuncupatos esse coniecit Dessau *Mélanges Boissier* 168. *Korr. Bl.* 1917, 174. Gr.
- 80 BASSVS, consul (suffectus) cum Diocletiano (qui postea imperavit) a. 283 *chron. Pasch. Chron. min.* 1, 229, cui testimonio num fides habenda sit, *incertum videtur*. Gr.
- 81 Bassus, amicus quidam Horatii et Pomponii Numidae *Hor. carm.* 1, 36, 14. St.
- 82 Bassus, amicus Ovidii, poeta clarus iambis *Ovid. trist.* 4, 10, 47. Idem intelligendus est Bassus poeta, ad quem Propertius 1, 4 dedit. Noli confundere eum cum Iulio Basso rhetore. St.
- 83 Bassus, minister A. Avillii Flacci praefecti Aegypti, a quo iussus circa a. 35 arma Aegyptiorum deprehendit *Philo in Flacc.* 11, 92 p. 136 sq. R. Centurio vel tribunus militum videtur. Sed diversus ni fallor Bassus centurio (praetorianorum), qui imperatore Gaio iubente a. 38 Avillium Flaccum arripuit *ib. c.* 13 p. 140 sq. St.
- 84 Bassus, amicus Martialis, cuius de suburbano 3, 47. 58. *Eiusdem fortasse Bassi Urbanus puer dilectus ib.* 7, 96, 1. St.
- 85 Bassus, sophistes *Lucian. adv. indoct.* 23. St.
- 86 Bassus, ὁ κράτιστος, ad quem dedit Galenus libellum περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων p. 91 *Mueller* (= 19, 8. 10 K.) scriptum post a. 192. St.
- 87 Bassus, consiliarius Augustorum (θεῶν βουλαῖος ἀνάκτων), honoratus publice Epidauri *IG* 4, 1475. St.
- 88 Bassus, Augusti libertus, procurator tractus Carthaginiensis *VI* 8608 = D. 1485. St.
- 89 Bassus, vir [perfectissimus], vice prae[fectorum praetorio] inter a. 244 et 248 t. *sepulchralis rep. Miliana VIII* 9611 (*bis sed nescio num accurate descriptus; supplementa haud ita certa*). . . . a Bass[ia]na filia *ib.* St.
- 90 Bassus, M. f., Falerna, Albo Intimilio ut videtur oriundus, praefectus

cohortis pr(imae) Antiochensium, praefectus cohortis pr(imae) Brittonum, praefectus alae Moesicae, procurator imperatoris Hadriani ad quadragessimam Galliarum item ad censum agendum Ponto Bithyniae, epistrategus Pelusio item Thebaidis, procurator provinciae Iudaeae *t. sepulchralis prope Album Intimilium rep. Not. d. sc. 1914, 81 = D. 9506 (cf. V 8116, 9 sigillum rep. item Albi Intimili inscriptum Aemilius Bassus). Idem fortasse Bassus epistrategus anno 128 vel paulo ante P. Oxy. 2, 237 col. 7, 22, quamquam nomus Oxyrhynchites (τῆς Θηβαίδος) Heptanomiaae videtur esse, cf. Wilcken Grundz. 8, 5. St.*

- D. ABVRIVS BASSVS.
- L. ANNIVS BASSVS.
- ASINIVS BASSVS.
- AVDIVS BASSVS.
- Aufidius Bassus.
- BETILIENVS BASSVS.
- P. BETILIENVS BASSVS.
- **Caecilius [B]assus.**
- Caesellius Bassus.
- Caesius Bassus.
- L. CAESONIVS QVINTVS RVFINVS MANLIVS BASSVS.
- Calpurnius Bassus.
- Cerronius Bassus.
- [CLA]VDIVS BASSVS [CAPI]TOLINVS.
- M. Cornelius Bassus Servianus.
- L. DIGITIVS BASSVS.
- T. FLAVIVS BASSVS.
- L. FLAVIVS SILVA NONIVS BASSVS.
- Gavius Bassus.
- **Gellius Bassus.**
- M. IALLIVS BASSVS FABIVS VALERIANVS.
- IVLIVS BASSVS.
- Iulius Bassus.
- C. IVLIVS BASSVS.
- Iunius Bassus.
- C. LAECANIVS BASSVS.
- C. LAECANIVS BASSVS CAECINA FLACCVS.
- C. LAECANIVS BASSVS CAECINA PAETVS *v.* C. Caecina Paetus.
- Lollius Bassus.
- SEX. LVCILIVS BASSVS.
- M. MAGRIVS BASSVS.
- P. MANLIVS VOPISCVS VICINILLIANVS L. ELVFRIVS SEVERVS IVLIVS QVADRA-
TVS BASSVS.

— MVMMIVS BASSVS.

— **Cn. Munatius Aurelius Bassus.**

— NONIVS BASSVS.

— POMPONIVS BASSVS.

— L. POMPONIVS BASSVS.

— T. POMPONIVS BASSVS.

— C. POMPONIVS BASSVS TERENTIANVS.

— L. PONTIVS BASSVS.

— Saleius Bassus.

— C. SALVIVS LIBERALIS NONIVS BASSVS.

— Sepullius Bassus.

— M. Sulpicius Bassus.

— L. Iul. Brocchus Valer. Bassus.

— Verridius Bassus.

— **Q. Vettidius Bassus.**

— VIBIVS BASSVS.

- 91 Bathyllus, Alexandrinus, pantomimus celeberrimus aetate Augusti, deliciae (libertus *schol. Pers.* 5, 123) Maecenatis *Tac. a.* 1, 54. *Dio* 54, 17, 5. *Sen. controv.* 3 *pr.* 16; 10 *pr.* 8. *Phaedr.* 5, 7, 5. *Pers. l. c. Athen.* 1, 37, p. 20 *d. e.* Comparatus cum Pylade *Sen. controv.* 3 *pr.* 10. *Sen. nat. qu.* 7, 32, 3. *Zos.* 1, 61 = *Suid. s. ὄρχησις. Plut. quaest. conv.* 7, 8, 3, 711 F. *Athen. l. l.* De contentione Pyladis cum Bathyllo orta, quam narrat *Dio l. l.*, dicit *Macrob.* 2, 7, 19 confundens Bathyllum cum Hyla. Cf. *Sophe Theorobathyl iana VI 10128 = D. 5263.* St.
- 92 Bathyllus, pantomimus aetate Iuvenalis *Iuven.* 6, 63 cum scholiis. St.
- 93 Bato, Breucus, dux Pannoniorum a. 6 p. C. contra Romanos rebellantium *Dio* 55, 29, 3, arma coniungens Batoni duci Dalmatarum bellum gessit a. 6—8 *Dio* 55, 30, 2; 32, 3; 33, 1; 34, 3. Cum Pinnete Romanis tradito regnum Breucorum accepisset, ab altero Batone captus et interfectus est a. 8 *Dio* 55, 34, 4. 5. *Incertum num recte Groag Jahresh. 1924 B. 476 sq. eum significari contendit [r]egem in fragmento elogii Tiburtino XIV 3613 = D. 918, quod viri docti plerique ad Sulpicium Quirinium rettulerunt, Groag M. Plauti Silvani esse probare studuit.* St.
- 94 Bato, e gente Daesitiatum, auctor fuit rebellionis Dalmatarum a. 6 p. C. *Dio* 55, 29. *Strabo* 7, 314. *Vell.* 2, 110, 4. Res ab eo contra Romanos gestae a. 6—9 *Dio* 55, 29. 30. 32, 3; 33, 1; 34; 56, 11. 12. Alterum Batonem proditorem Pinnetis captum interfecit a. 8 *Dio* 55, 34, 4. 5. A. 9 Tiberio se dedit *Dio* 56, 13, 2. 3; 16. *Vell.* 2, 114, 4. In triumpho ductus vitam veniamque impetravit *Ovid. ex P.* 2, 1, 45 sq. (cf. *Vell.* 2, 121, 3), ingentibus donatus praemiis a Tiberio Ravennam translatus est *Suet. Tib.* 20 (qui tamen Batonem Pannonium ducem dicit confundens eum fortasse cum altero Batone; inde *Ruf. Fest.* 7 Batone Pannoniorum rege). Scaeva (Σκευᾶς)

- filius Dio 56, 16, 1. [Bellum] Batonianum commemoratur in titulo Veronensi V 3346 = D. 2673 idem sine dubio ac bellum Delmaticum Tiberii III 3158 = D. 3320 t. Dalmaticus. St.
- 95 Bato, gladiator sub Caracalla Dio-Xiph. 77, 6, 2. Repraesentatur gladiator nomine Bato VI 10188. St.
- 96 Battarius, puer duodecim annorum, dux legationis a barbaris ad imperatorem Marcum missae bello Marcomanico exc. de leg. 2, 431, 56 de Boor (= Dio 71, 11, 1 p. 252 B.). St.
- 97 C. BELLICIVS CALPVRNIVS TORQVATVS, consul a. 148 cum P. Salvio Iuliano. In consulatu: C. Bellicius Calpurnius Torquatus Ann. ép. 1906, 174 = Bruns-Gradenwitz Font. iur. Rom⁷. 420 n. 193 = Wilcken Chrest. 212 testatio professionis liberorum. C. Bellicius Torquatus VI 375 = D. 2104. Bellicus Torquatus IGR 4, 942 (Βελλίκω [Τ]ορκουάτω). [Be]llicus Torquatus XI 3778 (Gallico Torquato traditur); ceterum Torquatus fasti (Τορκουάτου τὸ β' chron. Pasch. Chron. min. 1, 224. Torquato III fasti Vindob. priores ib. 286. Prosper Tiro ib. 427. Torquatus III Cassiodor. ib. 2, 142). C. Bellicus Calpurnius Torquatus t. Viennensis XII 1853 aut hic aut unus ex maioribus. V. infra n. 99. Gr.
- 98 C. BELLICIVS CALPVRNIVS TORQVATVS consul honoratur t. XII 1853, quem Viennenses dedicaverunt optimo civi et patrono. Incertum quis ex Bellicis Torquatis, qui annis 124, 143, 148 fasces gesserunt. — C. Bellicus (Bellici casu gen.) Calpurnius Apolaustus, qui nominatur in fistula rep. extra portam Latinam milliario sexto XV 7417, videtur pertinere ad domum Bellicorum Torquatorum (Lanciani adnotavit in documento quodam anni 897 memorari 'fundum Bellicum in via Latina miliario plus minus sexto'). Gr.
- 99 C. BELLICIVS FLA[CCVS?] TORQVATVS TEBANIANVS, consul a. 124. In consulatu: C. Bellicus Torquatus XIV 51. C. Bellicius Torquatus VI 10048 = D. 5287. Torquatus III 7371 = D. 4056. Γάιος [Τηβ]ανιανός IGR 4, 1398. Tebanianus Ann. d. inst. 42, 1870, 183 n. 181. Teb. ib. 190 n. 257. [C. B]ellicius Fla. XII 169, ubi consulum a. 124 nomina in praescriptione restituenda esse ex numero tribuniciae potestatis Hadriani VIII efficitur; ceterum Torquatus fasti. — Fuit opinor polyonymus pleniore nec tamen ut videtur integro nomine dictus C. Bellicus Calpurnius (v. infra) Flaccus Torquatus Tebanianus.
- Consul a. 124 cum M. Acilio Glabrione v. supra. Hic potest esse C. Bellicus Calpurnius Torquatus consul, civis et patronus Viennensium, qui ei posuerunt t. XII 1853. Probabiliter filius C. Bellici Natalis Tebaniani cos. a. 87, fortasse Calpurnia quadam ex stirpe Flaccorum natus.
- Consules annorum 143 et 148, qui iisdem nominibus usi esse videntur atque cos. a. 124, qua ratione cum hoc et inter se connexi fuerint, non liquet;

fortasse *Bellicus hic fasces a. 143 iterum gessit (v. infra sub C. Bellicio Torquato cos. a. 143) et pater fuit consulis a. 148.* Gr.

100 [? L. Bellicius] Marcellus Claudius, filius L. Bellici Sollertis (n. 103) et Claudiae Marcellinae t. *Castrimoeniensis Eph. ep. 9, 676.* St.

101 C. BELLICIVS NATALIS, consul (suffectus) m. Octobri usque ad finem a. 68 cum P. Cornelio Scipione Asiatico. *In consulatu: .. Bellicius Natalis VI 30469 (V Octobres sic). C. Bellicus Natalis VI 471 = D. 238 (idib. Octobr.). III p. 847 = X 770 = D. 1988, III p. 848 = X 771, ib. p. 1958 = X 7891 diplomata militaria scripta a. d. XI k. Ian. C. Bellicius Natalis VI 8680 = D. 239, melius VI 33743. — C. Bellici Natalis servi VI 9450. 13590. 29597 (ubi litteris singularibus C. B. N. nomen C. Bellici Natalis significari recte statuunt editores) vel ad hunc pertinere possunt vel ad consulem a. 87, filium probabiliter eius.*

Bellicorum domum Vienna oriundam fuisse apparet ex t. XII 1853, quem Viennenses C. Bellico Calpurnio Torquato optimo civi posuerunt; itaque imp. Galbam Natalem hunc ad summam dignitatem ob eam causam perduxisse crediderim, ut coloniam Viennensium suas partes acriter secutam (cf. Tac. h. 1, 65 sq.) honore afficeret. Cf. etiam Thes. l. l. 2, 1813. 1816. Gr.

102 C. BELLICVS NATALIS TEBANIANVS, consul (suffectus) m. Maio a. 87 cum C. Ducenio Proculo VI 2065 = D. 5037 acta Arvalium (XVIII k. Iun.). *Idem sine dubio G. Bellicus Natalis Tebanianus, consul, XV vir (sacris faciundis), Flavianium (collegii sc. sodalis) in t. Pisano sarcophagi XI 1430 = D. 1009. Filius videtur C. Bellici Natalis cos. a. 68, pater C. Bellici Fla[cci?] Torquati Tebaniani cos. a. 124.* Gr.

103 L. BELLICIVS SOLLERS, ante adoptionem [... Claudius] Alpinus. *Tituli Veronenses V 3337 (1). 3338 (= D. 1031) (2). 3356 (= D. 2710) (3). Dalmaticus III 13250 = D. 5968 (4). Castrimoeniensis Eph. ep. 9, 676 (5). Tegulae urbanae XV 887, cf. 888. L. Bellicius Sollers tegulae; Bellicius Sollers t. 1. 2; ...us Sollers t. 5; ... Alpinus t. 3; Augustianus Bellicus t. 4; Sollers Plin.; Augustanus Alpinus Bellicius Sollers inter alia nomina inveniuntur Q. Pompei Senecionis cet. consulis ordinarii a. 169 et . . . cii Dextri Augus. . . i Bellici Sollertis cet. legati Ciliciae. Plena nomina eius videntur fuisse Ti. Claudius Augustanus Alpinus L. Bellicius Sollers. Ti. f. Quirina t. 3. Filius (naturalis) Tib. Claudi Tib. f. Quir. Augustani t. 1. Praefectus cohortis II Pr. . . . (noli intellegere cohortem praetoriam), tribunus legionis II Augustae, praefectus alae Gallicae, donis donatus bello Germanico (Domitiani ut videtur) t. 3. Postea adoptatus a Bellicio Sollerte nescio quo procurator Augusti (Dalmatiae) t. 4, cf. t. 5. Pontifex minor t. 5. Deinde in senatum adlectus est. Vir praetorius, a senatu petiit, ut sibi instituere nundinas in agris suis permetteretur. Contra dixerunt legati Vicetinarum Plin. ep. 5, 4, cf. 5, 13, 2 (a. 105). Consul (suffectus a. inc. Traiani puto) t. 2.*

- Uxor Claudia Marcellina, Ti. filia t. 1—3. Filius [? L. Bellicius] Marcellus Claudius t. 5. Praedia eius in agro Vicetino *Plin. l. c.*, urbana tegulae (praedia et figlinae Claudiae Marcellinae a. 123—126 XV 934—936).
St.
- CIVS DEXTER AVGV[S]TANVS ALPIN]VS BELLICIVS SOLLERS METILIVS
. . . . VS RVTILIANVS v. sub *Dextro*.
- Q. POMPEIVS SENECIO ———— AVGVSTANVS ALPINVS BELLICIVS
SOLLERS ———— SOSIVS PRISCVS.
- C. BELLICVS TORQVATVS, cos. a. 124, v. supra n. 99.
- 104 C. BELLICIVS TORQVATVS, consul a. 143 cum Ti. Claudio Attico Herode. *In consulatu*: C. Bellicius Torquatus VI 20217. 24162. 29335. XIV 3692 cf. p. 495, ceterum Torquatus *fasti* (Torquato II *consularia Ital. Chron. min.* 1, 286. *Prosper Tiro* ib. 425. *Cassiodor.* ib. 2, 142). *Qui consulatus videtur indicari in t. Serdicensi IGR 1, 698*: Βελλικίω Τορκ[ουάτω Τηβανί]ανῶ τὸ β' κ[αὶ . . .]. Cf. quae adnotavi sub C. Bellicio Fla[cco] Torquato Tebaniano cos. a. 124 (n. 99).
Gr.
- C. BELLICIVS TORQVATVS, consul a. 148, v. n. 97.
- 105 BELLICIA MODESTA, v(irgo) V(estalis) XI 7129 *disculus imaginem virginis exhibens (sincerus ut statuit Dressel)*.
Gr.
- Avianius Bellicus.
- CLAVDIVS BELLICVS.
- 106 Benedicta, meretrix ut videtur, cuius amore captus est Marcus Antoninus, tamen eam non tetigit εἰς é. 1, 17, 13.
St.
- LVCILIA BENIGNA.
- C. LVCILIVS BENIGNVS NINNIANVS.
- ORFIDIVS BENIGNVS.
- Cocceius Bennianus.
- 107 M. Bennius Rufus, *Tituli X 1684 (= D. 1375) Neapolitanus (1). 3713 fistula plumbea rep. Cumis (2)*. M. Bennius Rufus t. 2; . . . Bennius Ru. . . t. 1, M. f. t. 1. *Oriundum a Neapoli indicare videtur t. 1, quocum quadrat t. 2 repertum esse in Campania*. Procurator Imperatoris Caesaris Augusti (in provincia Africa) t. 1, quem ei posuerunt Oe(e)nenses ex provinc. Afr[ica]. *Eiusdem videntur M. Benni servi t. Carthaginienses VIII 24680. 24864. 24866. 24868*.
St.
- 108 Berenice, filia Salomae, regis Herodis Magni sororis ex Costobaro, uxor Aristobuli regis Herodis filii *Ios. ant.* 16, 11. 193. 201—204; 17, 9. 12; 18, 133; *bell.* 1, 446. 552. 478 sq. *Strabo* 16, 765, mater trium filiorum, Herodis regis Chalcidis et regis Agrippae (I.) et Aristobuli, et duarum filiarum, Herodiadis et Mariammes *id. ant.* 17, 12; 18, 133. 143. 144; *bell.* 1, 552. De marito apud matrem queritur *ant.* 16, 201—204; *bell.* 1, 478 sq. Aristobulo occiso (circa a. 7 ante C.) Herodes eam Theudioni

- (*cf. ant. 17, 9. 70; bell. 1, 592*) fratri Doridis in matrimonium dedit *id. bell. 1, 553. 566.* Honorata ab Augusto *Strabo l. c.*, item ab Antonia Drusi *ant. 18, 143. 165*, cui Protum libertum legavit *ib. 18, 156.* Mortua certe ante Drusum Tiberii filium (*a. 23 p. C.*) *ib. 18, 144. 146.* *St.*
- Iulia Berenice.
- 109 Berenicianus, Herodis regis Chalcidis ex Iulia Berenice filius *Ios. ant. 20, 104; bell. 2, 221.* *St.*
- C. AEMILIVS BERENICIANVS MAXIMVS.
- C. IVLIVS ALEXANDER BERENICIANVS.
- A. IVLIVS POMPILIVS PISO T. VIBIVS [VARVS] LAEVILLVS BERENICIANVS.
- 110 Bericus, Britannus, a suis pulsus imperatori Claudio persuadet, ut insulam occuparet *Dio 60, 19, 1.* *St.*
- Tiberius Claudius Aurelius Mucianus Apollonius Beronicianus.
- 111 Beryllus, paedagogus Neronis et ab epistulis Graecis *Ios. ant. 20, 183. 184.* *St.*
- 112 P. Besius Betuinianus C. Marius Memmius Sabinus, P. f., Quirina, praefectus cohortis primae Raetorum, tribunus legionis decimae geminae piae fidelis, praefectus alae Dardanorum, procurator Imperatoris Caesaris Nervae Traiani Augusti Germanici Dacici monetariae, procurator provinciae Baeticae, procurator vicesimae hereditatum, procurator pro legato provinciae Mauretaniae Tingitanae, donis donatus ab Imperatore Traiano Augusto bello Dacico corona murali, vallari, hastis puris, vexillo argenteo *t. Tingitanus VIII 9990 = D. 1352.* *St.*
- 113 Besia Sabina, C. f., annorum XV decessit VI 1489 *t. urbanus, ubi praecedunt* L. Pinarius L. f. Pup(inia) Ruscus tr(ibunus) mil(itum), q(uaestor) et Pinaria L. f. Metili (uxor); *quaenam ratio inter hos homines intercesserit, non liquet.* *Gr.*
- 114 BETILIENVS BASSVS (*recta nominis forma ap. Sen. de ira 3, 18, 3.* Βετιλίον Κάσσοῦ *Xiph.*, Βάσσος *Petr. Patr. exc. de sent. p. 245, 29 Boiss.*, nomen omisit *Zon. 11, 6 cf. Boissevain Dio vol. 2 p. 647*), filius Capitonis *Dio 59, 25, 6* procuratoris C. Caesaris *Sen. l. l.* Quaestor C. Caesaris (*a. 40 Sen. l. l.*, a Gaio occisus *Dio Sen. ll. ll. Suet. Cal. 26, 3; 27, 4* (*nomine non apposito*)). *Gr.*
- 115 P. BETILIENVS BASSVS, III vir aere argento auro flando feriundo sub Augusto *Babelon Monn. rép. 1, 257. Grueber Coins 2, 110 n. 4707 sq. Mattingly Br. Mus. 1, 49 n. 265 sq., una cum C. Naevio Capella, C. Rubellio Blando, L. Valerio Catullo ut videtur; hos monetarios officio functos esse a. c. 747 = 7 a. C. statuit Willers Gesch. d. röm. Kupferpräg. 153 sq., de a. c. 4 a. C. cogitaverunt Grueber et Mattingly.* *Gr.*
- 116 (Betilienus) Capito, procurator C. Caesaris Augusti, pater Betilieni Bassi, cum ab imperatore supplicio filii adesse coactus interrogasset, num sibi conivere liceret, et ipse occisus est *Dio exc. 59, 25, 6. Sen. de ira 3, 18, 3*

(*qui nomen filii, non patris ponit*), cf. *Suet. Cal. 27, 4* parentes supplicio filiorum interesse cogebat. *Potest fuisse frater natu minor eius qui praecedit. St.*

- 117 [C.] Betitius Pietas, C. filius, [C]or(nelia), praefectus cohortis primae Flaviae Commagenorum; quaestor, IIII vir iure dicundo, IIII vir quinquennalis Aeclani IX 1132. [N]eratia Proci[lla] uxor, Betitius Pius filius *ib.*, cf. 1231. *Ex eiusdem familia* C. Betitius Pius IX 6083, 28 (cf. IX 573) et Betitia Pia IX 6083, 141, item Neratia Betitia Procilla IX 1163, C. Neratius C. fil. C. n. C. pron. C. abn. Cor. Proculus Betitius Pius Maximillianus IX 1160 (= D. 6485). 1161. 1162 tituli Aeclanenses, ex posteris eius Betitius Pius Maximillianus consularis IX 1121 t. Aeclanensis et C. Betitius Pius vir clarissimus IX 338 col. I 10 album Canusinum. Cf. Mommsen CIL IX p. 106. *St.*
- 118 C. BETITIVS PIVS, vir clarissimus, patronus coloniae Canusii a. 223 IX 338 album Canusinum; fortasse idem ac C. Betitius Pius, qui nominatur in signaculis XIII 10022, 46, una cum Fuscinilla (uxore) IX 6083, 28, diversus sed ex eadem stirpe C. Betitius C. f. Cor(nelia) Pius IX 1231. Origine sine dubio Aeclanensis, ex posteris C. Betitii Pietatis, cf. Stein Ritterst. 221 sq. — Ab hoc originem duxisse videtur Betitius Pius Maximillianus consularis. — Betitii Pii nescio cuius servi IX 573. *Gr.*
- 119 BETITIVS PIVS MAXIMILLIANVS, co(n)sularis, c[ur]ator coloniae Cartag[iniensis], vice operum p[ublicorum], adlectus inter [praetorios] IX 1121 t. Aeclanensis mutulus. Videtur fuisse saec. III vergente. *Gr.*
- 120 (Betitia) Maximilla, Betitii Callinici filia, ope Aithaletis servi testamentum patris falsum esse probare conata est sed frustra Scaevola dig. 48, 10, 24. Proculus coheres eius fortasse C. Neratius. Sine dubio parentela coniuncta cum Betitiis Aeclanensibus (supra n. 117—119) et cum Betitia C. f. Maximilla, uxore C. Vibii Hilarii IX 1234, Betitia M. . . IX 1149, Betitia C. [f.?] IX 1150 t. Aeclanenses. Cf. etiam IX 1901. *St.*
- 121 [B]etitia Pia IX 6083, 141 in signaculo servi. *Gr.*
- 122 BETITIA PLOTINA, clarissima puella, filia (nescio cuius) IX 1570 t. Beneventanus. *Gr.*
- 123 Betutia Sertoriana, uxor Vitrasii Aequi t. Calenus positus ei a Thabracensis Eph. ep. 8 p. 136 n. 532. *St.*
- P. Besius Betuinianus C. Marius Memmius Sabinus.
- L. IVLIVS POMPILIVS BETVLENVS APRONIANVS.
- Betutia Sertoriana v. n. 123.
- 124 Betuus Cilo (traditur Chilo), imperatoris Galbae iussu a. 68 in Gallia occisus Tac. h. 1, 37, homo sine dubio nobilis. Ex eadem familia videtur C. Betuus C. f. Tro(mentina tribu) Cilo Minucianus Valens Antonius Celer P. Liguvius Rufinus Liguvianus pr(aetor) [Etr]uriae XV populorum XI 1941 = D. 6615 t. Perusinus, fortasse etiam Betuvius Silo, centurio legionis XI Claudiae piae fidelis t. Vindonissae rep. XIII 11508. *St.*

- 125 Bibula, uxor Sertorii *Iuven. 6, 142*; *nescio an nomina ficta sint.* St.
 — C. Fulvius Bibulanus.
 — (CALPVRNIUS) BIBVLVS.
 — C. (CALPVRNIUS) BIBVLVS.
 — M. CALPVRNIUS BIBVLVS.
- 126 Bicilis, Dacus, Deceballi amicus, a. 106 captus gazam regiam prodidit *Dio-Xiph. 68, 14, 5.* St.
- 127 C. Bienus Longus, procurator Augusti (provinciae Lyciae) anno 80 vel 81 t. rep. *Simenis in balneis D. 8796 = IGR 3, 690 cf. 1523.* *Eiusdem fortasse procuratoris (Lyciae) nomen supplendum est in t. Limyris Domitiano primis eius annis posito Wadd. 1317 = IGR 3, 729.* St.
 — M. MARCIUS BIETIS GLAVCVS.
 — Fabia Bira.
- 128 Birrus, latro *Hor. sat. 1, 4, 69.* St.
- 129 Bithus, gladiator optimus aetate Horatii *sat. 1, 7, 20 cum schol.* St.
 — TI. CLAVDIVS BITHYNICVS.
 — M. INSTEIVS BITHYNICVS.
 — Volusius Bithynicus.
- 130 Bittius Priscus (*sic libri, Vettius vel Vectius editores veteres*), commendatus Plinio a Calpurnio Fabato *Plin. ep. 6, 12, 2.* St.
 — Q. FVLVIUS GILLO BITTIVS PROCVLVS.
- 131 Bla..., praefectus Aegypti, pr[ae]fectus annonae vel vigilum, p[ro]curator provinciarum Lu[g]dunensis] et Aqu[it]anicae, praefectus e]lassis praetoriae Ravennatis, procurator ..., procurator Mauretaniae Tingitanae, praefectus classis Britannicae, [procurator provinciarum] Cappadociae, Armeniae t. *Ostiensis mutilus XIV 5341.* St.
- 132 P. Blaesius (*traditur Blessius vel Blessus*), qui Iulium quendam irrisit *Quintil. 6, 3, 58.* St.
- 133 P. Blaesius Felix, centurio legionis secundae Traianae fortis, adfinis Sex. Corneli Dextri, *cui posuit t. Saldensem VIII 8934 = D. 1400.* St.
- 134 Bl(a)esius Taurinus, miles cohortis sextae praetoriae imperante Antonino Pio *Gromatici 1, 251 L. (= Pais Storia della colonizzazione 130), cf. Mommsen X p. 676.* St.
- 135 BLAESVS, consul (suffectus) cum Saeniano VIII k. Germ(anicas) anni incerti Domitiano imperante, ut apparet ex nomine mensis Gori *Inscr. etr. 1, 75, 213 = Dütschke Ant. Bildw. in Oberital. 3, 165; eundem esse ac P. Sallustium Blaesum et consulatum Saeniani et Blaesi anno 89 attribuendum recte puto statuit Henzen Acta Arv. p. CXXIII.* Gr.
- 136 Blaesus, iuris consultus aetate Augusti *dig. 33, 2, 31.* St.
- 137 Blaesus, amicus Atedii Melioris *Staius silv. 2, 1, 191 sqq.; 2, 3, 77, in memoriam Blaesi ad diem eius natalem colendum Melior summam donavit,*

- cuius usuris sribae Blaesi quotannis fruerentur *Martial.* 8, 38. *Nescio an idem sit Velleius Blaesus.* *St.*
- IVNIVS BLAESVS.
- Q. IVNIVS BLAESVS.
- C. Passennus Paullus Propertius Blaesus.
- PEDIVS BLAESVS.
- P. SALLVSTIVS BLAESVS.
- VELLEIVS BLAESVS.
- RVBELLIVS BLANDVS.
- (Rubellius) Blandus.
- C. RVBELLIVS BLANDVS.
- P. Blessius *v. supra n. 132.*
- 138 Blitius Catulinus, tamquam particeps coniurationis Pisonianae a. 65 in insulam relegatus *Tac. a. 15, 71.* *St.*
- 139 BO....., unus ex pueris patrimis et matrimis senatorum filiiis, qui Arvalibus ministraverunt a. 241 *VI 2114 acta Arv.* *Gr.*
- Cominius Bo..... Agricola ...elius Aper.
- L. Cornelius Bocchus.
- FLAVIVS BOETHVS.
- M. VLPIVS BOETHVS.
- 140 Boiocalus, princeps Ampsivariorum, Romanis fidus, rebellione Cherusca anno 9 p. C. iussu Arminii vinctus, Tiberio, dein Germanico ducibus in Germania stipendia meruit, a. 58 cum agros qui Usiporum fuerant, occupasset, a Duvio Avito legato exercitus Germaniae inferioris repulsus est *Tac. a. 13, 55. 56.* *St.*
- T. AVRELIVS FVLVVS BOIONIVS ARRIVS ANTONINVS = IMP. CAESAR T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVG. PIVS.
- 141 L. Boionius Pansa Flavianus, procurator (quadagesimae) portuum Asiae *t. Ephesius ineditus.* *St.*
- 142 BOIONIA PROCILLA (Boiunia *traditur*), uxor Arrii Antonini, mater Arriae Fadillae Aurelii Fulvi uxoris, avia materna imp. Antonini Pii *vita Pii 1, 4.* Boionia Antulla, *liberta sine dubio Procillae, t. posuit sepulcralem Narcisso filio, qui moratus est in dispensatione Boion[i]ae Procillae et Aureli Fulvi VI 9355 = D. 7383.* *Gr.*
- Fulvius Boius.
- L. MINDIVS *BOLANVS.
- M. VETTIVS BOLANVS.
- 143 M. Bombius Rusticus, vir egregius, advocatus fisci sacrarum cognitionum Hispaniarum trium, honoratus ab ordine Tarraconensium, patronus provinciae *Ann. ép. 1930, 148. Saec. III vel IIII.* *St.*
- 144 Bonitus, stipator Gallieni *vita tyr. trig. 10, 11 in epistula ficticia.* *St.*
- Aur. Bonon.....

- 145 Bononia Metrodora, uxor M. Aureli Processani *t. Mutinensis XI 837 = D. 2778.* *St.*
- 146 Bonosus, dux exercitus, in colonia Agrippina imperium usurpare conatus ab imperatore Probo oppressus est *Eutr. 9, 17, 1. Vict. Caes. 37, 3. Epit. de Caes. 37, 2. Polem. Silv. 522 M. Quae de origine vita familia eius traduntur* (domo Hispaniensi, origine Britannus, Galla matre, filius rhetoris, quem parvulus amisit; centurio, tribunus, dux limitis Raetici; a Probo victus laqueo vitam finivit; uxor Hunila familiae nobilis Gothicae, cui Probus aequae ac filiis duobus pepercit) *vita 14. 15 (cf. v. Prob. 18. 24) parum fide digna sunt; nec suspicione carent nummi ap. Cohen 6² p. 349.* *St.*
- RVPILIVS BONVS.
- 147 Boter, Claudii, qui postea imperavit, libertus, ex quo Claudii uxor Plautia Urgulanilla filiam concepit *Suet. Claud. 27.* *St.*
- 148 Boudicca (*sic Tac. a. 14, 37, boodicia ib. 14, 31, bouducca 14, 35, Voadicca, Voaduca, boud icta libri Tac. Agric. 16, βουδοῦκα, βουδοῦκα, βοδοῦκα Xiph., cf. Bodicca VIII 2877 = D. 2653, Boudica II 455, Bodic... XIII 7519, Boudig. t. Burdigalensis Rev. ét. anc. 24, 240*), uxor Prasutagi regis Icenorum *Tac. a. 14, 31.* Post mortem mariti a Romanis graviter afflicta Britannos a. 61 ad rebellionem impulit *ib. 31. 35; Agr. l. c. Dio-Xiph. 62, 2, 2 (cf. 1, 1)— 7, 1.* Ea duce Camulodunum, Londinium, Verulamium magna cum strage civium direpta sunt *Tac. 14, 32. 33. Dio l. c. 7, 1, cf. Suet. Nero 39, 1.* Contra Suetonium Paulinum aciem instruxit *Dio 8, 2.* Britannis victis se ipsa veneno necavit *Tac. a. 14, 37; morbo defuncta Dio 12, 6 errore ut videtur.* *St.*
- 149 L. Bovius Celer, L. fil., L. nepos, Falerna, praefectus fabrum, tribunus militum legionis III Cyrenaicae, procurator ludi familiae gladiatoriae Caesaris Alexandreae ad Aegyptum, adlectus inter selectos (*sc. iudices*) ab Imperatore Caesare Augusto; II vir quinquennalis, augur (coloniae Puteolanorum); uxor Sextia Nerula, filia Lucilla *X 1685 (= D. 1397). 1686.* *St.*
- 150 (Bovia) Lucilla, filia L. Bovi Celeris *t. Puteolanus X 1686.* *St.*
- APPIVS ANNVVS ATILIVS BRADVA.
- M. APPIVS (ATILIVS) BRADVA *v. supra A 1298.*
- M. ATILIVS BRADVA.
- M. ATILIVS METILIVS BRADVA.
- M. ATILIVS POSTVMVS BRADVA.
- TI. CLAVDIVS APPIVS ATILIVS BRADVA REGILLVS ATTICVS.
- M. VALERIVS BRADVA MAVRICVS.
- P. VIGELLIVS RAIVS PLARIVS SATVRNINVS ATILIVS BRADVAVS CAVCIDIVS TERTVLLVS.
- 151 BRASIDAS, Lacedaemonius, vir praetorius aetate divi Marci, divortio

- cum uxore facto filios emancipavit *Ulp. dig. 36, 1, 23 (22) pr.* Videtur esse *Ti. Claudius Brasidas, v. infra sub Claudiis.* Gr.
- Brececius, vide M. Aurel. Thallus.
- Iulius Briganticus.
- 152 Brinno, Cannenefas, claritate natalium insignis, cuius pater expeditione imperatoris Gai in Romanos hostilem se praebuerat, dux deligitur Cannenefatium in rebellione a. 69 a Civili facta *Tac. h. 4, 15, 16.* St.
- TI. CLAVDIVS CAESAR BRITANNICVS.
- 153 BROCCIVS (?) (Βροῦχος *codices*, Braccus *versio Latina*, Βρόκχος *Hudson*, Βρούτος *Casaubonus*, Βρόγχος *Niese*), tribunus plebis a. 41, Claudio mandata senatus perfert *Ioseph. ant. 19, 234; cogitari potest de C. Sertorio Broccho.* Gr.
- 154 Brocc(h)us, rhetor *Sen. contr. 2, 1, 23.* St.
- ARMENIVS BROCCIVS.
- L. Iul. Brocchus Valer. Bassus.
- T. IVLIVS MAXIMVS MA.... BROCCIVS SERVILIANVS A. QVADRONIVS L. SERVILIVS VATIA CASSIVS CAM....
- Iunius Brocchus.
- C. SERTORIVS BROCC[CH]VS. St.
- CN. SERTORIVS BROCCIVS AQVILIVS AGRICOLA PEDANIVS [FUSCUS] SALINATOR IVLIVS SERVIANVS.
- Maecius Brundisinus.
- 155 Brutianus, scripsit epigrammata graeca aetate *Martialis 4, 23.* St.
- 156 Brutedius Brutus, rhetor aetate Augusti *Sen. contr. 7, 5, 9; 9, 1, 11.* Cf. *infra n. 171.* St.
- 157 C. BRV[TT]IDI(VS) BRVTIVS, cur(ator munerum) *Rostowzew Tesserae. syll. 521; filius puto eius qui praecedit.* Gr.
- 158 BRVTEDIVS NIGER (*sic Sen. et Tac.*, Bruttidius *Iuvenal. 10, 83*), rhetor, discipulus Apollodori Pergameni *Sen. contr. 2, 1, 35, 36.* Anno 22 p. C. aedilis cum Mamercio Scauro consulari et Iunio Othone praetore (cuius colore in arte rhetorica Brutedius Niger usus est *Sen. l. c. 35*) C. Iunium Silanum accusavit *Tac. a. 3, 66.* Artibus honestis copiosum et ad clarissima quaeque iturum festinatio exstimulabat, dum aequalis, dein superiores, postremo suasmet ipse spes antire parat, quod multos etiam bonos pessum dedit *ib.*, alludens ad interitum eius ob amicitiam *Seiani*, cf. *Iuvenal. l. c. Seneca suas. 6, 20, 21 inter historicos (cf. 6, 16) eum recenset.* St.
- LVSTRICIVS BRVTIANVS.
- 159 Bruttius, rerum scriptor, affertur de persecutione Christianorum a Domitiano instituta *Euseb.-Hieronym. chron. 218. Ol. p. 192 e H.; arm. p. 218 K. (ubi Brettios editur); Syncell. 650 (Βρέττιος); chron. Pasch. 468. Malal. 262 (Βώττιος traditur).* Nescio an idem Bruttius ὁ ἱστορικὸς καὶ χρονογράφος qui de Iove et Danae affertur *chron. Pasch. 69. Malal. 34*

- (Βούττιος) et Βόττιος qui de Alexandro Magno *Malal.* 193, cf. *Schenk v. Stauffenberg Malalas* 237sq. St.
- C. BRVTTIVS CRISPINVS, v. c., patronus Canusii a. 223 IX 338; v. sub L. Bruttio Crispino cos. a. 224. Gr.
- L. BRVTTIVS CRISPINVS, cos. a. 187, v. *infra* L. Bruttius Quintius Crispinus.
- 160 L. BRVTTIVS CRISPINVS, consul a. 224 cum Ap. Claudio Iuliano II. *In consulatu*: L. Bruttius Crispinus XI 2702 = D. 7217. Brutt. Crispinus XIV 125 = D. 2223. Βρούττιος Κρισπίνος IG 14, 2090 = IGR 1, 363. Brutius Crispi II c[os.] VI 3023 *perperam, ceterum Crispinus fasti.* — *Filius probabiliter minor L. Bruttii Quintii Crispini cos. a. 187, frater C. Bruttii Praesentis cos. a. 217. Vix diversus a C. Bruttio Crispino, qui nominatur inter patronos clarissimos viros in albo Canusino a. 223 IX 338 (praenomina fratrum commutata esse videntur).* Gr.
- BRVTTIVS LATERANVS, IG 12, 7, 396 = IGR 4, 1002, v. sub C. Bruttio Praesente cos. I a. 153 II a. 180.
- P. AELIVS BRVTT[IVS] LVCIVS.
- 161 (BRVTTIVS) PRAESENS, ad quem scripsit Plinius epistolam 7, 3 (Praesenti); *ordinis senatorii ut videtur (cf. ib. 2: quin ergo aliquando in urbem redis? ubi dignitas honor amicitiae cet.). Origine Lucanus, uxor Campana ib. 1, unde elucet eum ad gentem Bruttiam pertinere, nam Bruttios Praesentes origine Lucanos fuisse e Pomptina tribu consulis a. 153 (n. 165) et ex t. honorario Volceis in Lucania huic posito X 408 plane efficitur.* — *Pater probabiliter C. Bruttii Praesentis cos. II a. 139.* Gr.
- 162 BRVTTIVS PRAESENS memoratur in titulis Venusinis ab eodem servo pro salute eius Mercurio invicto et Ἡλίῳ Μίθραϊ dedicatis IX 425 = D. 3197 (Praesentis nostri). IG 14, 688 = IGR 1, 464 (Βρυττίου Πραίσειντος); *propter dedicationem Soli Mithrae factam vel de consule II a. 180 vel de uno ex posteris eius cogitandum est.* Gr.
- 163 BRVTTIVS PRAESENS (Brittius Praesens t.), vir clarissimus, p(ontifex) m(aior) nominatur in laterculo mutilo saec. III exeuntis vel IIII ineuntis, in quo enumerantur senatores et philosophi VI 2153; *probabiliter nepos C. Bruttii Praesentis cos. a. 246. Idem videtur Brittius Praesens, v. c., corrector (Lucaniae et Bruttiorum) X 468.* Gr.
- 164 C. BRVTTIVS PRAESENS, consul II a. 139, memoratur in t. Sidamariae in Galatia rep. IGR 3, 273 = Bull. hell. 26, 210 (1), fortasse etiam in t. (acephalo) agri Amiternini a filio ex testamento matris dedicato IX 4512 (2), de quo t. v. *infra.* — *In consulatu altero: C. Bruttius Praesens III 411 = D. 338 = Bruns-Gradenwitz Font. iur. Rom. 257⁷ n. 84. VI 401. IX 2828. C. Brittius Praesens VI 833. C. Brit. Pr. XV 1061. C. Br. P. ib. 1219. Bruttius Praesens tab. cer. III p. 936 = Bruns-Gradenwitz 330 n. 131. VI 3114⁷ = D. 2182. Censorin. 21. [Γ. Βρο]υτίῳ Πραίσι[εντι] IG 7, 2416. Br[u]ttius XV 1440 a (in aliis exemplis huius signaculi, ib. b,*

Balbin. correctum in Br(u)ttio), ceterum Praesens fasti (Πραισεντίου perperam chron. Pasch. Chron. min. 1, 224); ad hunc vel ad filium vel ad nepotem videtur spectare tegula inscripta ex fig(linis) Cuspi Rufini (cos. a. 142 vel cos. a. 197) Brittio cos. XIV 4091, 35 = XV 2322. — Βρουττίου Πραισεντος t. 1. C. Bruttius Praesens t. 2.

Filius videtur (Bruttii) Praesentis amici Plinii (n. 161). Βρούτιος (sic cod. optimus), quem Romanis militibus in Armenia ut videtur praefuisse Suidas s. λύγος loco ex Arriano desumpto (Arr. Parth. fr. 85 Roos) tradit, idem probabiliter intellegendus est. quod monuit Roos Studia Arrianea 58 sq.; ad eundem refert Roos fragmentum sine auctoris nomine servatum a Suida s. ταύτη ubi traditur Βρούτος. Traiani bello Parthico tribuni militum laticlavii officio Bruttium functum esse vexillationemque legionis alicuius in Armenia duxisse coniecit Roos, nihil tamen obstat quominus statuamus eum tunc legioni alicui praefuisse. — Legatus Aug. pr. pr. (Galatae) sub Hadriano t. 1. Consul I (suffectus) a. inc. imperante Hadriano (hic fortasse [Pr]aesens consul cum Tor[quato?] VII 422). Consul II a. 139 cum Antonino Aug. II v. supra (geminati consulatus nota adest III 411. III p. 936. VI 833. 31147. IX 2828. chronogr. a. 354 Chron. min. 1, 58. Victor. Aquit. ib. 694. Cassiodor. ib. 2, 142); m. Maio fascēs etiam tum gesserunt, id quod apparet ex t. III 411 v. 7.

Pater sine dubio C. Bruttii Praesentis cos. a. 153 (n. 165). Ad huius potius quam ad filii uxorem rettulerim t. 2: (nomen feminae perit) C. Brutti Praesentis II cos. uxor, C. Brutti Praesentis cos. mater Aesculapio — — — testamento fieri iussit, C. Bruttius Praesens cos. C. Brutti Praesentis II cos. filius et heres posuit; nam C. Bruttii Praesentis cos. II a. 180 filium L. Bruttium Quintium Crispinum dictum esse ex t. VI 7582 constat. Ad Bruttium hunc rettulit Pallu de Lessert Fast. Afr. 1, 201 t. Capsensem [Val]eriae Mar[ciae] Hostiliae Crispinae Moecciae Corneliae C. Brutti Praesentis proconsulis (Africae) uxori positum VIII 110, sed potius de uxore filii eius cogitaverim (v. sub filio).

Hic vel unus ex posteris C. Bruttius Praesens, qui nominatur in fistulis plumbeis IX 4906 cf. p. 686. XV 7912 et in tegulis IX p. 686. XV 331 in agro Trebulano repertis. Bruttios Praesentes Trebulae Mutuescae fundos possedisse ex lapidibus quoque ibi erutis apparet: IX 4915. 4920 (Brutti Praesentis ser.). 4943. Item praedia huic genti fuisse videntur Amiterni cf. t. 2. IX 4232 (C. Brut[ti] Prae]sentis [I.]), Venusiae IX 425. IG 14, 688 = IGR 1, 464 cf. VI 7588 (Bruttio Venusino C. Bruttius Praesens patronus liberti cet.), in Lucania Volceis cf. X 408. Plin. ep. 7, 3 et Grumentum cf. X 238, Antii XV 7796. Romae Bruttii domus fuit in regione tertia: regio III continet . . . domum Brutti (britti vel bryti vel bruti codd.) Praesentis curiosum urb., not. reg. Jordan Form. urb. Rom. p. 49; Topogr. 2, 545, cf. Jordan-Hülse 1, 3, 318. Gr.

165 C. BRVTTIVS PRAESENS (*haec fuerunt nomina eius principalia, sed vir polyonymus aliquanto plura nomina gerebat, v. infra*), cos. a. 153, II a. 180. Tituli: ei positus est Volceis in Lucania t., cuius a dextra parte dimidium fere perit X 408 = D. 1117 (1); nominatur in t. sepulcrali liberti VI 7582 = D. 8265 (2); memorari videtur in t. Capsae in Africa uxori posito VIII 110 (3); ipse puto posuit ex testamento matris t. agri Amiternini IX 4512 (4), de quo v. sub C. Bruttio Praesente cos. II 139; in t. VI 2006 v. 5 nomen eius perperam restitutum est.

In consulatibus: C. Bruttius Praesens V 7465. G. Bruttius Praesens VI 10234 = D. 7213 = *Bruns-Gradenwitz Font. iur. Rom.*⁷ 391 n. 176. C. Brittius Praesens VI 1979. ... Bruttius Praesens VI 1984 = D. 5025. [C.] Brutt[i]us Praes[ens] *dipl. mil. III* p. 1988 = *Vollmer IBR* 5, 15. [Br]ούτιος Λ[α]τερανός *IG* 12, 7, 396 = *IGR* 4, 1002 = *Ditt. Syll.*³ 866 errore (*Bruttio cognomen consulis a. 154 T. Sextii Laterani inditum esse recte observavit Homolle*), ceterum Praesens fasti. — L. Fulvius C. f. Pomptina) [C.] Bruttius Praesens Min..... Valerius Maximus Pompeius L..... Valens Cornelius Proculus Aquilius Veiento t. 1. C. Bruttius Praesens t. 2. 3. 4. Bruttius Praesens *vita Marci* 27, 8. Praesens *vita Comm.* 12, 8.

C. f., tribu Pomptina t. 1, filius C. Bruttii Praesentis cos. II (a. 139) t. 4. — T. 1 cursum honorum exhibuit ordine inverso: (mentio vigintiviratus perit) [adlectus inter patricios] ab imp. divo Antonino Aug. Pio (minus recte restituerunt editores [donis militaribus donato], cf. *Ritterling RE* 12, 1524); posteros Bruttii huius patricios fuisse inde efficitur, quod C. Bruttius Praesens cos. a. 217 receptus est inter salios Palatinos VI 1982. 1983. Tribunus militum legionis III Gallicae, quaestor Augusti, p[raetor candidatus] t. 1. Consul t. 4 a. 153 cum A. Iunio Rufino v. supra (errore Presente II et Rufino fasti *Vindob. priores Chron. min.* 1, 286). Sodalis Hadrianalis, sodalis Antonin[ianus item? Verianus item?] Marcianus t. 1 (sodalis Marcianus factus post mortem imp. Marci a. 180). Praesentem etiam sacerdotio aliquo ex quattuor amplissimis collegiis ornatum fuisse certum est; mentionem huius sacerdotii in t. excidisse putaverim. Proconsul (Africae) t. 3, p[ro]cos. prov. Africae] restituendum videtur in t. 1, ubi p[rae]fectus urbi] supplevit *Pallu de Lessert Fast. Afr.* 1, 201 sq., dubitatum recte; pro eius aetatis consuetudine sedecim fere annis post consulatum (priorem) ad proconsulatum pervenisse videtur. (Ab hoc puto civitatem accepit Lucretia Bruttia Praesentilla VIII 25919 t. Thignicae in Africa proconsulari rep.). Comes imperatorum Ant[onini et Comodi Augustorum] expeditionis Sarmaticae (i. e. a. 173—175) t. 1. Imp. Marcus Commodo filio suo Bruttii Praesentis filiam iunxit (a. 178 ut videtur) *vita Marci* 27, 8 cf. *Dio exc.* 71, 33, 1; [pater] Crispinae Aug., socer imp. [Caes. Comodi Aug.] t. 1. Consul II t. 1. 2 a. 180 cum Sex. Quintilio Condiano

v. supra; iterationis nota adest VI 1979. 1991 [= XIV 2393]. 2090. III 986 = D. 3848. V 7465 (?). VI 1490 = D. 1106 (in Praesente II cos.). vita Comm. 12, 8. Acta martyr. Scilitanor. ed. Robinson (Texts and studies 1, 2) p. 112 Praesente bis et Claudiano consulibus, ed. Usener (index schol. Bonn. sem. aest. 1881) p. 5. 6 ἐπὶ Πέρσαντος τὸ δεύτερον καὶ Κλαυδιανοῦ. — Clarissimae memoriae vir t. 2.

Maritus [Val?]eriae Mar[ciae] Hostiliae Crispinae Moeeciae Corneliae t. 3 (*si ad hunc pertinet*). Pater L. Bruttii Quintii Crispini cos. a. 187 t. 2 et Crispinae Augustae *v. supra*. C. Bruttius Telesphorio C. Brutti Praesentis c. m. v. II cos. libertus Numida ipsius t. 2; *alii liberti eius et filii sepulti in sepulchro, quod videtur fuisse prope praedia Flaviae Domitillae VI 7583—7589 (C. Bruttius Praesens patronus liberto posuit t. 7588) cf. 33227. Hic vel nepos eius (cos. a. 217) Bruttius Praesens, pro cuius salute actor eius titulos Venusinos dedicavit IX 425 = D. 3197. IG 14, 688 = IGR 1, 464.*

Gr.

- 166 C. BRVTTIVS PRAESENS, consul a. 217 cum T. Messio Extricato II. *In consulatu: C. Bruttius Praesens VI 1984 = D. 5025 fasti sod. Aug. Claud., ceterum Praesens fasti (errore Περσης τὸ β' fasti Theon. Alex. Chron. min. 3, 377). — Filius videtur L. Bruttii Quintii Crispini cos. a. 187. Hic sine dubio [Pr]aesens salius Palatinus factus a. 199 VI 1982. 1983 et ni fallor L. Bruttius Praesens clarissimus vir, patronus coloniae Canusii a. 223 IX 338 praenominibus Bruttiorum Praesentis et Crispini errore inter se commutatis. — Pater videtur C. Bruttii Praesentis cos. a. 246.*

Gr.

- 167 C. BRVTTIVS PRAESENS, consul a. 246 cum C. Al. . . . Albino Pais *Suppl. Ital. n. 941 = III p. 2000 dipl. mil., ceterum Praesens (Praesent. cos. III 5090 = D. 1561, ubi nomen collegae omissum est) fasti (perperam Περσης fasti Theon. Chron. min. 3, 378. Περσις fasti Heracl. ib. 393). Filius videtur C. Bruttii Praesentis cos. a. 217, avus Bruttii Praesentis pontificis maioris (n. 163).*

Gr.

- 168 C. BRVTTIVS PRAESENS *nescio quis nominatur in t. liberti urbano VI 9818 (C. [Brutti] Praesentis plumbario), in fistulis plumbeis Antiatinis XV 7796 a C. Britti Praesentis et in agro Sabino repertis ib. 7912 C. Brutti Praesentis. De fistulis plumbeis tegulisque Trebulanis C. Bruttii Praesentis nomina exhibentibus v. sub C. Bruttio Praesente cos. II a. 139.*

Gr.

— L. BRVTTIVS PRAESENS, c. v., patronus Canusii a. 223 IX 338, *v. sub C. Bruttio Praesente cos. a. 217.*

- 169 L. BRVTTIVS QVINTIVS CRISPINVS, consul a. 187, *memoratur in t. liberti patris VI 7582 = D. 8265, ubi plena nomina extant. In consulatu: L. Bruttius Crispinus X 1784 = D. 6334. L. Brut. . . . VIII 24125, ceterum Crispinus fasti.*

Filius C. Bruttii Praesentis cos. II (a. 180) t.; mater videtur [Val]eria Mar[cia] Hostilia Crispina Moecia Cornelia VIII 110 (v. sub patre). Consul t. a. 187 cum L. Roscio Aeliano v. supra. Huius filii puto C. Bruttius Praesens cos. a. 217 et L. Bruttius Crispinus cos. a. 224. In vivis a. 199, quo anno Praesens filius inter salios receptus est VI 1982. 1983. — Huius ut videtur liberti Lucius Bruttius Pu. . . VI 7584, Bruttius Crispinus alique Bruttii ib. 7589 cf. 33227; Crispini huius vel filii minoris servus nominatur in t. Grumentis rep. X 238 [L. B]ru[tti] Crispini clarissimi viri s[e]r. ac[tor].
Gr.

170 BRVTTIA CRISPINA = CRISPINA AVGVSTA. Nomen gentile exhibent nummi Byzantii cusi Mionnet 1, 379, 108 (male lectum); Suppl. 2 p. 253 sq. Br. Mus. Thrace p. 100 sq. Berl. Mus., Antike Münzen 1, 151 sq. (num item t. Tegianensis X 285, ubi traditur APRVLIAE . . . N. . . valde dubito).

Filia L. Fulvii C. Bruttii Praesentis cet. consulis II a. 180 vita Marci 27, 8. X 408 = D. 1117; mater eius videtur eria Mar. . . Hostilia Crispina Moecia Cornelia VIII 110 (IX 4512 nomen matris eius ut videtur excidit). A. 178 Marcus priusquam ad bellum Germanicum secundum proficisceretur eam Commodus in matrimonium dedit vita Marci 27, 8. Dio-Xiph. 71, 33, 1. Herodian. 1, 8, 4, qua de causa epithalamium scripsit Iulius Pollux Suid. s. Πολυδεύκης. L. Fulvius . . . C. Bruttius Praesens cet. [pater C]r[i]spinae Aug., socer imperatoris [Commodi] X 408. Inde dicta est Crispina Augusta III 12487 (cf. VI 1017). VIII 2366 (= D. 405). 16530 = Gsell Inscr. Lat. Algér. 3032. Ath. Mitt. 48, 99 = Ann. ép. 1926, 94. Nummi (Eckhel. 7, 139. 307). Cohen 3², 382 sqq. Mattingly-Sydenham 3, p. 398—400. 442—444. Alexandrini cf. Vogt Alex. Münzen 1, 148; 2, 105. 106. 107. Adulterii accusata Capreas relegata mox occisa est vita Comm. 5, 9. Dio-Xiph. 72, 4, 6, quod quamquam narratur quasi eodem tempore factum quo coniuratio Lucillae detecta est, anno sc. fere 182, neque nummos Alexandrinos post id annum cunos novimus, minime inde sequitur eam illo anno exactam esse; nam et tituli eius extant positi multo post (VIII 16530) atque etiam a. 187 (III 12487) et L. Bruttius Quintius Crispinus, frater eius sine dubio, a. 187 consulatu ordinario honoratus est. Ordo populusque Nicopolitanorum ad Istrum honorat Θεάν Κρισπείναν Σεβαστήν (Ath. Mitt. 48, 99, 6), quam significationem Graeculorum illius temporis adulationi accomodatam cave pro diva accipias. Eius ni fallor nomen erasum in t. Sabratensi VIII 22689. St.

171 Brutus, ad quem dedit Ovidius librum primum ex Ponto 1, 1, 3. 24; adloquitur eum ib. 3, 9, 1. 44; 4, 6, 1. 17. 22. 28. Cum 4, 6, 29 sqq. accusatorem severum in causis agendis versatum eum describat, cogitare possis de Bruttio Bruto (n. 156). St.

— Bruttidius Brutus.

— C. BRV[TT]IDI(VS) BRVTVS.

- 172 **Bryonianus Lollianus**, signo Ctistius (cf. *Wilhelm Bormann-Heft d. Wien. St. 1902, 365—367*). *Tituli Sidetae Wadd. 1385 = IGR 3, 810 (1)*. *Lanckoroński Städte Pamphyliens 1, 185, 107 = IGR 3, 811 publice ei positus (2)*. Origine Sideta, primipilus, procurator ducenarius, vir egregius (ὁ κράτιστος δουκηνάριος, ἀπὸ ἐπιτρόπων, πριμιπλάριος) *t. 1. 2*, cognatus consularium *t. 2*. Uxor Quirinia Patra, femina clarissima *t. 1*. *St.*
- 173 **Bulla Felix**, latro Italus per biennium (*inter a. 205 et 211*) Italiam infestavit *Dio-Xiph. 76, 10*. *St.*
- C. BVLTIVS GEMINIVS MARCELLVS *v. infra sub Geminiis*.
- C. BVLTIVS GEMINIVS TITIANVS *v. infra sub Geminiis*.
- L. Aurelius Buranus.
- 174 L. BVREBLEIVS OPTAVS LIGARIANVS honoratur *t. post mortem a Rasinia Pietate nutrice filiarum eius Minturnis posito X 6006 = D. 1066*.
- L. f., tribu Quirina *t.* — *Titulus cursum honorum exhibet ordine inverso (cf. Borghesi 4, 103—178)*: III vir kapitalis, tribunus laticlavii legionis IX Hispanae, quaestor Ponti et Bithyniae, aedilis plebis, praetor, curator viarum Clodiae Cassiae Ciminae, curator rei publicae Narbonensium item Anconitanorum item Tarricinorum, legatus legionis XVI Flaviae firmae, logistes Syriae, proconsul Siciliae, praefectus aerarii Saturni, consul (suffectus *a. inc. imperante Hadriano*) *probabiliter ante curationem operum publicorum*, curator operum locorumque publicorum, legatus Hadriani et Antonini Augustorum (*a. igitur 138*) pro praetore provinciae Cappadociae (*a. 137 provinciae etiamtum praefuit Flavius Arrianus*), legatus imperatoris Antonini Augusti Pii pro praetore provinciae Syriae, in quo honore decessit. Sodalis Augustalis. Patronus coloniae Minturnensium. — Filiae eius memorantur *in t.* — L. Burbuleius Optatus, cui mater posuit *t. sepulcralem X 6025 Minturnis, quomodo coniunctus fuerit cum hoc, non liquet*. *Gr.*
- 175 **Burburus**, de numero vexillariorum *vita Firmi 4, 4*. *St.*
- **Iulius Burdo**.
- 176 **Burrus**, Parthenii filius, cuius diem natalem quintum Martialis celebrat *4, 45; memoratur ib. 5, 6, 6*. *St.*
- **Sex. Afranius Burrus**.
- L. ANTISTIVS BVRRVS.
- L. ANTISTIVS BVRRVS ADVENTVS.
- L. ANTISTIVS MVNDICIVS BVRRVS.
- ACILIVS BVTA.
- 177 **Buteo**, rhetor, contra Porcium Latronem declamavit *Sen. contr. 2, 5, 15*. Gorgonius, auditor eius, postea scholae successor *ib. 1, 7, 18*. Sententiae, colores, divisiones eius *persaepe ib.* *St.*
- 178 **Butra**, amicus (Manlii) Torquati et Horatii *ep. 1, 6, 26*. *St.*

a. 120(?) ¹)

19(?) ¹)

(Mannius Verus
prtor (n. 696)

M

is nnia Cornificia Faustina
(n. 708)


M. Annius Libo

- Ummidius Quadratus

. Cécia 9. Imp. Commodus 10. T. Fulvius Aur
gemellus
quadrim

feri non potest quin erraverit biographus.

Stemma subiecti Anniorum Verorum:



1. Annia Galeria Aurelia Faustina
2. filius paucorum dierum
= (?) T. Aelius Antoninus
= (?) T. Aurelius Antoninus
3. Annia Aurelia Galeria Lucilla
a) Imp. L. Verus
b) Tib. Claudius Pompeianus
4. Fadilla
5. T. Aelius Aurelius
6. Domitia Faustina
7. Hadrianus
8. officia
9. Imp. Commodus
10. T. Fulvius Aurelius Antoninus
gemellus Commodi,
quadrimus elatus
11. M. Annii Vetus Caesar (n. 698) septennis mortuus - ~ L. Antistius Burrus
cos. a. 181
12. Vibia Aurelia Sabina
cos. a. 181

¹⁾ Quod in vita Marci 1, 3. 4 mater imperatoris dicitur Calvisii Tulli his consulis filia, proavus maternus Catilius Severus his consul et praefectus urbi. id temporum rationi repugnat; fieri non potest quin erraverit biographus.

Summa rerum Antiquarum Variorum

L. Caelius Severus etc. II

P. Caelius Tullius etc. III

Dionisius LXXII


M. Aureus Verus - Imp. N. Aurelius Antoninus

(N. 127)

- Anna Galatya Praetoria (II)

UNIVERSITÄT
ERLENBEN
BIBLIOTHEK

3925.11A M



LEONHARD LEVINSKY
NITZSCH
LEONHARD

2

Buchh
JACOB
Berlin
Wilhelms
- 23

2



Freie Universität Berlin



5023749/188

Buchbinderel
JACOB KOHNERT
Berlin-Charlottenburg
Kilmersdorfer Str. 60.61
23.9.60



Freie Universität  Berlin

